This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

4940

George Bancroft.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ΘΟΥΚΥΔΙΔΗΣ

THUCYDIDIS
DE BELLO PELOPONNESIACO
LIBRI OCTO

GRAECE ET LATINE

AD EDITIONEM IOS. WASSE ET CAR. ANDR. DUKERI

ACCURATE EXPRESSI

CUM VARIETATE LECTIONIS ET ANNOTATIONIBUS

STUDIIS SOCIETATIS BIPONTINAE

BIPONTI
EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS
CIↃIↃCCLXXXVIII

Digitized by Google

LENOX LIBRARY
NEW YORK

Digitized by Google

THUCYDIDIS
DE
BELLO PELOPONNESIACO
LIBRI VIII

Digitized by Google

Digitized by Google

ΜΑΡΚΕΛΛΙΝΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ

ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ ΒΙΟΥ

ΚΑΙ ΤΗΣ ΙΔΕΑΣ ΑΥΤΟΥ

ἀπὸ τῆς ὅλης ξυγγραφῆς παρεκβολή.

MARCELLINI

DE

THUCYDIDIS VITA

ET GENERE DICENDI

excerpta ex integra ipsius Historia Dissertatio.

Τῶν Δημοσθένους μύστας γεγενημένους θείων λόγων τε καὶ ἀγώνων, συμβουλευτικῶν τε καὶ δικανικῶν νοημάτων μεστοὺς γενομένους, καὶ ἱκανῶς ἐμφορηθέντας, ὥρα λοιπὸν καὶ τῶν Θουκυδίδου τελετῶν ἐντὸς καταστῆναι. πολὺς γὰρ ἀνὴρ τέχναις, καὶ κάλλει

IAM tempus est, ut, qui Demosthenis, & divinarum ipsius orationum & concertationum Mystae fuerunt, quique sententiis ad deliberativum & iudiciale dicendi genus aptis pleni & abunde referti sunt, in Thucydidis etiam mysteria introducantur, ipsiusque sacris initientur. Hic

Digitized by Google

λόγων, καὶ ἀκριβείᾳ πραγμάτων, καὶ στρατηγίᾳ, καὶ συμβουλαῖς, καὶ πανηγυρικαῖς ὑποθέσεσιν· ἀναγκαῖον δὲ πρῶτον εἰπεῖν τοῦ ἀνδρὸς καὶ τὸ γένος καὶ τὸν βίον. πρὸ γὰρ τῶν λόγων ταῦτα ἐξεταστέον τοῖς φρονοῦσι καλῶς. Θουκυδίδης τοίνυν ὁ συγγραφεὺς Ὀλόρου μὲν προῆλθε πατρὸς, τὴν ἐπωνυμίαν ἔχοντος ἀπὸ Ὀλόρου τοῦ Θρακῶν βασιλέως, καὶ μητρὸς Ἡγησιπύλης· ἀπόγονος δὲ τῶν εὐδοκιμωτάτων στρατηγῶν, λέγω δὴ τῶν περὶ Μιλτιάδην καὶ Κίμωνα. ὠκείωτο δὲ ἐκ παλαιοῦ τῷ γένει πρὸς Μιλτιάδην τὸν στρατηγόν. τῷ δὲ Μιλτιάδῃ, πρὸς Αἰακὸν τὸν Διός. οὕτως αὐχεῖ τὸ γένος ὁ συγγραφεὺς ἄνωθεν. καὶ τούτοις Δίδυμος μαρτυρεῖ, Φερεκύδην ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἱστοριῶν φάσκων οὕτως λέγειν· Φιλαίας δὲ ὁ Αἴαντος οἰκεῖ ἐν ταῖς Ἀθήναις. ἐκ

enim vir & arte, & orationum pulchritudine, & accurata rerum notitia, & exercitus ductandi scientia pollet, & in deliberativo & demonstrativo dicendi genere excellit. Sed vitam & genus hominis primum declarare est necesse. Illis enim, qui de rebus bene sentiunt, antequam ad scripta accedant, haec sunt inquirenda. Thucydides igitur, ille historiarum scriptor, ex patre quidem Oloro, (qui ab Oloro Thracum rege nomen impositum habebat) ex matre vero Hegesipyla est procreatus. Traxit autem genus a nobilissimis ducibus, Miltiadem & Cimonem dico. Antiquitus enim cum Miltiade Athenienſium duce, & propter Miltiadis genus, cum ipso Aeaco, Iovis filio, cognatione coniunctus erat. Adeo illustribus maioribus historicus iste se natum gloriatur. Atque Didymus haec suo testimonio confirmat, qui tradit, Pherecydem primo historiarum libro ita scribere: *Athenis habitavit Philaeas, Aiacis*

Digitized by Google

τούτου δὲ γίγνεται Δάϊκλος· τοῦδε, Ἐπίδυκος· τοῦδε, Ἀκέστωρ· τοῦδε, Ἀγήνωρ· τοῦδε, Ὄλιος· τοῦδε, Λύκης· τοῦδε, Τύφων· τοῦδε, Λάϊος· τοῦδε, Ἀγαμήστωρ· τοῦδε, Τίσανδρος, ἐφ' οὗ ἄρχοντος ἐν Ἀθήναις * τοῦδε, Μιλτιάδης· τοῦδε, Ἱπποκλείδης, ἐφ' οὗ ἄρχοντος Παναθήναια ἐτέθη. * τοῦδε, Μιλτιάδης, ὃς ᾤκησε Χερρόνησον. μαρτυρεῖ τούτοις καὶ Ἑλλάνικος ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Ἀσώπιδι. ἀλλ' οὐκ ἂν εἴποι τις, τί αὐτῷ πρὸς Θουκυδίδην; ἔστι γὰρ οὗτος τούτου συγγενής. Θρᾷκες καὶ Δόλοπες ἐπολέμουν πρὸς Ἀψινθίους, ὄντας γείτονας· ταλαιπωρούμενοι δὲ τῷ πολέμῳ, καὶ τί κακὸν οὐ πάσχοντες, ἐκ τοῦ μεῖον ἔχειν ἀεὶ τῶν πολεμίων, καταφεύγουσιν ἐπὶ τὰ τοῦ θεοῦ χρηστήρια, εἰδότες ὅτι μόνος ὁ θεὸς ἐξ ἀμηχάνων εὑρίσκει πόρους. Θεῶν γὰρ ἰσχὺς, καὶ κατ' Αἰσχύλον, ὑπερτέρα· πολλάκις δ' ἐν

*filius: huic filius fuit Daiclus, huic Epidycus, huic Aceſtor, huic Agenor, huic Olius, huic Lyces, huic Typhon, huic Laius, huic Agameſtor, huic Tiſander, qui cum eſſet Athenis archon, * illi filius fuit Miltiades, cui filius Hippoclides, qui cum Athenis eſſet archon, inſtituta ſunt Panathenaea. Illo * natus eſt Miltiades, qui Thraciae Cherroneſum habitavit.* Idem teſtatur & Hellanicus in eo libro, qui inſcribitur Aſopis. Nec vero dicat aliquis, Quid ipſi Miltiadi cum Thucydide? Hic enim eſt huius cognatus. Thraces & Dolopes bellum cum Apſinthiis vicino populo gerebant. Sed eo bello graviter afflicti, & graviſſima quaeque paſſi, quod hoſtibus ſemper eſſent inferiores, ad oracula divina confugiunt, quia ſciebant, ſolum Deum rationem invenire poſſe, quae vel difficillimas res expediat. *Nam*, (ut & Aeſchylus canit) *Deorum vis eſt ſumma. Saepe enim urbem in rebus adverſis conſilii*

Digitized by Google

κακοῖσι τὰν ἀμήχανον ἐκ χαλεπᾶς δύας, ὑπέρ τε ὀμμάτων κρημναμένεαν νεφέλαν ὀρθοῖ. καὶ οὐκ ἐψεύσθησαν τῶν ἐλπίδων. ἐχρήσθησαν γὰρ κράτιστον ἔξειν ἡγεμόνα τοῦτον ὃς ἂν αὐτοὺς ἀλωμένους ἐπὶ ξενίαν καλέσοι. τότε καὶ Κροῖσος εἶχε Λυδίαν, καὶ τὰς Ἀθήνας ἡ Πεισιστρατιδῶν τυραννίς. ἐπανιόντες οὖν ἀπὸ τοῦ χρηστηρίου, περιέτυχον τῷ Μιλτιάδῃ πρὸ τῶν ὅρων καθεζομένῳ τῆς Ἀττικῆς· ἀχθομένῳ μὲν τῇ τυραννίδι, δικαίαν δὲ ζητοῦντι τῆς Ἀττικῆς ἔξοδον. ταῦτα γὰρ ὠκονόμησεν ὁ χρησμὸς αὐτοῖς. ὁρῶν οὖν αὐτοὺς πλανήτων ἔχοντας στολὴν, συνεὶς τί δύναται πλάνη, καλεῖ τοὺς ἄνδρας ἐπὶ ξενίαν, ὑπηρετῶν τῷ χρησμῷ λανθάνων. οἱ δ' ἥσθησαν, τὸν ἡγεμόνα τὸν ἀπὸ τῶν ξενίων εἰληφότες· καὶ πάντα αὐτῷ διηγησάμενοι, στρατηγὸν ἐχειροτόνησαν

inopem a gravi moleſtia liberavit, & oculis imminentem nubem in bonum vertit. Nec eos ſua ſpes fefellit. Oraculum enim acceperunt, fore ut optimum ducem haberent, eum, qui ipſos errantes ad hoſpitium invitaſſet. Tunc vero temporis Croeſus Lydiae rex erat: Piſiſtratidae vero tyrannidem Athenis obtinebant. Illi igitur, dum ab oraculo reverterentur, in Miltiadem ante fines Atticae ſedentem inciderunt, qui Piſiſtratidarum tyrannidem iniquo animo ferebat, & iuſtam ex Attica excedendi occaſionem quaerebat. Haec enim Deus, qui reſponſum dederat, ipſis praeparaverat. Cum igitur Miltiades eos hominum errantium veſte amictos vidiſſet, quia ſciebat, quid valeret erratio, ipſos ad hoſpitium invitavit, cum interea ſe oraculo inſervire neſciret. Illi vero laetati ſunt, quod ducem nacti fuiſſent, a quo ad hoſpitium fuiſſent vocati. Cum autem omnia ipſi narraſſent, ipſum ducem ſibi crearunt. Sunt au-

Digitized by Google

αὐτόν. οἱ μὲν οὖν τὸν θεὸν φασιν ἐρωτήσαντα ἐξελθεῖν· οἱ δὲ, οὐκ ἄνευ γνώμης τοῦ τυράννου τὴν ἔξοδον πεποιηκέναι, ἀλλὰ τῷ κρατοῦντι τὴν πρόσκλησιν τῶν Θρᾳκῶν διηγησάμενον, ἀπελθεῖν. οἷς καὶ προσδοὺς δύναμιν, ἀπέπεμψεν, ἡσθεὶς ὅτι μέγα δυνάμενος ἀνὴρ ἔξεισι τῶν Ἀθηνῶν. οὗτος οὖν ἡγούμενος ἐπλήρωσε τὰ μεμαντευμένα, καὶ μετὰ τὴν νίκην γίνεται καὶ Χερρονήσου οἰκιστής. ἀποθανόντος δὲ μετὰ παιδὸς αὐτοῦ, διαδέχεται τὴν ἐν Χερρονήσῳ ἀρχὴν Στησαγόρας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁμομήτριος. ἀποθανόντος δὲ καὶ τούτου, διαδέχεται τὴν ἀρχὴν Μιλτιάδης, ὁμώνυμος μὲν τῷ πρώτῳ οἰκιστῇ, ἀδελφὸς δὲ Στησαγόρου ὁμομήτριος καὶ ὁμοπάτριος. οὗτος οὖν, ἄντων αὐτῷ παίδων ἐξ Ἀττικῆς γυναικὸς, ὅμως ἐπιθυμῶν δυναστείας, λαμβάνει Θρᾳ-

tem, qui dicant, Militiadem, Deo prius consulto, Athenis excessisse. Alii vero tradunt, eum non sine tyranni voluntate inde exiisse; sed postquam tyranno significasset, se a Thracibus vocari, sic demum abiisse. Quibus tyrannus copias praeterea dedit, ac eos dimisit, quia gaudebat, virum magna potentia praeditum Athenis exire. Hic igitur factus dux res oraculo praedictas implevit, & ad suum finem perduxit: & post partam victoriam coloniae etiam in Cherronesum deductae dux fuit. Cum autem is sine liberis obiisset, Stesagoras uterinus eius frater Cherronesi regnum, hereditario iure ad se devolutum, ei succedens accepit. Hoc autem etiam sine liberis defuncto, successit in regnum Miltiades, qui & idem nomen ferebat, quod prior ille coloniae in Cherronesum deductae dux, & uterinus ac germanus Stesagorae frater erat. Hic igitur Miltiades, quamvis ex Attica muliere liberos suscepisset, ta-

Digitized by Google

κῶν βασιλέως Ὀλόρου θυγατέρα Ἡγησιπύλην πρὸς γάμον. ἐξ οὗ καὶ αὐτῆς γίνεται παιδίον. κατελθόντων δὲ εἰς τὴν Ἑλλάδα Περσῶν, συσκευασάμενος τὰ αὐτοῦ, εἰς τὰς Ἀθήνας πέμπει, καὶ τὰ πολλὰ τοῦ γένους ἀποστέλλει. ἡ δὲ ναῦς ἁλίσκεται, ἐν ᾗ καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ. ἀλλ' οὐχ οἱ ἐκ τῆς γυναικὸς τῆς Θρᾳκικῆς. ἀφίενται δ' ὑπὸ βασιλέως, εἴγε μὴ Ἡρόδοτος ψεύδεται. Μιλτιάδης δ' εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐκ Θρᾴκης διαφυγὼν, σώζεται. οὐκ ἀπέδρα δὲ καὶ τὴν τῶν [ἐχθρῶν] συκοφαντίαν. ἐγκλήματα γὰρ αὐτῷ [ἐπέφερον,] διεξιόντες [αὐτοῦ] τὴν τυραννίδα [τὴν ἐν Χερρονήσῳ.] ἀποφεύγει δὲ [καὶ τούτους, καὶ] στρατηγὸς τοῦ πρὸς τοὺς βαρβάρους πολέμου γίγνεται. ἀπὸ τούτου οὖν κατάγεσθαί φασι τὸ Θουκυδίδου γένος· καὶ μέγιστον τεκμήριον νομίζουσι τὴν πολλὴν περιουσίαν, καὶ τὰ ἐπὶ

men regnandi cupiditate flagrans, Hegesipylam, Olori Thracum regis filiam, uxorem duxit, ex qua filius est ipsi natus. Sed quo tempore Persae in Graeciam venerunt, Miltiades res suas convasatas, magnamque generis partem Athenas misit. Sed accidit, ut navis caperetur, in qua etiam liberi ipsius inerant: non tamen ii, quos ex Thressa muliere susceperat. nam (si modo verum est Herodoti testimonium) a rege dimissi fuerunt. Miltiades vero, ex Thracia fugiens, in agrum Atticum salvus pervenit. at non ita quidem inimicorum suorum calumnias effugere potuit. Crimina enim ipsi intulerunt, eumque accusarunt, narrantes, quonam modo tyrannidem in Cherroneso exercuisset. Sed tamen tandem ex hoc etiam periculo evasit: & in bello contra barbaros imperator est creatus. Ab hoc igitur Thucydidem genus ducere tradunt. Et validissimum

Digitized by Google

Θρᾴκης κτήματα, καὶ μέταλλα χρυσᾶ. δοκεῖ οὖν τισὶν * εἶναι τοῦ Μιλτιάδου, ἢ θυγατριδοῦς. παρέσχε δ' ἡμῖν τηνάλλως αὐτὸς ζήτησιν, μηδεμίαν μνήμην περὶ τοῦ γένους πεποιημένος. μὴ ἀγνοῶμεν δὲ τοῦτο, ὅτι Ὄρολος ὁ πατὴρ αὐτῷ ἐστι, τῆς μὲν πρώτης συλλαβῆς τὸ ρ ἐχούσης, τῆς δὲ δευτέρας τὸ λ. αὕτη γὰρ ἡ γραφὴ, ὡς καὶ Διδύμῳ δοκεῖ, ἡμάρτηται. ὅτι γὰρ Ὀρόλος ἐστιν, ἡ στήλη δηλοῖ ἡ ἐπὶ τοῦ τάφου αὐτοῦ κειμένη· ἔνθα κεχάραχται,

Θουκυδίδης Ὀρόλου Ἁλιμούσιος ἐνθάδε κεῖται.

πρὸς γὰρ ταῖς Μελιρίσι πύλαις καλουμέναις ἐστὶν ἐν Κοίλῃ τὰ καλούμενα Κιμώνια μνήματα, ἔνθα δείκνυται Ἡροδότου καὶ Θουκυδίδου τάφος. εὑρίσκεται δηλονότι τοῦ Μιλτιάδου γένους ὄντως. ξένος γὰρ οὐδεὶς ἐκεῖ

huius rei argumentum esse putant, ingentem ipsius opulentiam, & possessiones, quas in Thracia habuit, & aurifodinas. Quibusdam igitur videtur fratris, sororisve Miltiadis filius fuisse, vel ex filia nepos. Porro Thucydides ipse hanc ipsius generis quaerendi occasionem nobis frustra praebuit, quia nullam eius mentionem fecit. Hoc vero ne ignoremus, Thucydidis patri Orolo nomen fuisse, cuius nominis prima syllaba habet R, secunda L. Haec enim recta nominis scribendi ratio (ut & Didymo placet) a nonnullis postea corrupta fuit. Quod enim Orolus sit scribendum, columna eius monumento imposita aperte testatur, ubi haec sunt insculpta, THUCYDIDES OROLI F. HALIMUSIUS HIC IACET. Etenim ad portas, quae Melitides vocantur, in Coela sunt quae appellantur Cimonia monumenta, ubi visuntur Herodoti & Thucydidis sepulcra. Hinc manifestè patet, illud videlicet, Thucydidem ex

Digitized by Google

θάπτεται. καὶ Πολέμων δὲ ἐν τῷ περὶ ἀκροπόλεως μαρτυρεῖ ἔνθα * καὶ θεο * αὐτῷ γεγενῆσθαι προσιστορεῖ. ὁ δὲ Ἑρμιππος καὶ ἀπὸ τῶν Πεισιστρατιδῶν αὐτὸν λέγει τῶν τυράννων ἕλκειν τὸ γένος. διὸ καὶ διαφθονεῖν αὐτόν φησιν ἐν τῇ συγγραφῇ τοῖς περὶ Ἁρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα λέγοντα ὡς οὐκ ἐγένοντο τυραννοφόνοι. οὐ γὰρ ἐφόνευσαν τὸν τύραννον, ἀλλὰ τὸν ἀδελφὸν τοῦ τυράννου Ἵππαρχον. ἠγάγετο δὲ γυναῖκα ἀπὸ Σκαπτῆς ὕλης τῆς Θρᾴκης πλουσίαν σφόδρα, καὶ μέταλλα κεκτημένην ἐν τῇ Θρᾴκῃ. τοῦτον δὲ τὸν πλοῦτον λαμβάνων, οὐκ εἰς τρυφὴν ἀνήλισκεν, ἀλλὰ πρὸ τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου, τὸν πόλεμον αἰσθηθεὶς κινεῖσθαι μέλλοντα, προελόμενος συγγράψαι αὐτὸν, παρεῖχε πολλὰ τοῖς Ἀθηναίων στρατιώταις καὶ ταῖς Λακεδαιμονίων, καὶ πολλοῖς ἄλλοις, ἵνα ἀπαγγέλ-

Miltiadis genere oriundum esse. nullus enim peregrinus & ab illa familia alienus ibi sepeliebatur. Idem testatur etiam Polemon in libro de arce Athenienſi. Ubi etiam hoc praeterea scribit, Thucydidi filium fuisse Timotheum. Hermippus vero & ab ipsis tyrannis Pisistratidis genus eum trahere dicit. Quae enim, inquit, causa est, cur ille in suis scriptis de Harmodio & Aristogitone invidiose loquatur, &, tyrannum ab iis caesum fuisse, neget? nec enim, ut inquit ille, tyrannum, sed Hipparchum tyranni fratrem interfecerunt. Thucydides autem duxit uxorem e Scapteſyla Thraciae urbe ditissimam, & metallorum fodinas in Thracia possidentem. Has autem opes adeptus, non in delicias consumsit: sed cum multo ante bellum Peloponnesiacum motum iri praesensisset, quia cupiebat hoc bellum conscribere, multa Athenienſium & Lacedaemo-

Digitized by Google

λοιεν αὐτῷ βουλομένῳ συγγράφειν τὰ γινόμενα κατὰ καιρὸν καὶ λεγόμενα ἐν αὐτῷ τῷ πολέμῳ. ζητητέον δὲ διὰ τί καὶ Λακεδαιμονίοις παρεῖχε καὶ ἄλλοις· ἐξὸν Ἀθηναίοις μόνοις διδόναι, καὶ παρ' ἐκείνων μανθάνειν. καὶ λέγομεν ὅτι οὐκ ἀσκόπως καὶ τοῖς ἄλλοις παρεῖχε. σκοπὸς γὰρ ἦν αὐτῷ τὴν ἀλήθειαν τῶν πραγμάτων συγγράψαι. εἰκὸς δὲ ἦν, Ἀθηναίους πρὸς τὸ χρήσιμον ἀπαγγέλλοντας τὸ ἑαυτῶν, ψεύδεσθαι, καὶ λέγειν πολλάκις ὡς ἡμεῖς ἐνικήσαμεν, οὐ νικήσαντες. διὸ πᾶσι παρεῖχεν, ἐκ τῆς τῶν πολλῶν συμφωνίας θηρώμενος τὴν τῆς ἀληθείας κατάληψιν. τὸ γὰρ ἀσαφὲς ἐξελέγχεται τῇ τῶν πολλῶν συναδούσῃ συμφωνίᾳ. ἤκουσε δὲ διδασκάλων, Ἀναξαγόρου μὲν, ἐν φιλοσόφοις, (ὅθεν, φησὶν Ἀντυλλος, καὶ ἄθεος ἡρέμα ἐνομίσθη, τῆς ἐκεῖ-

niorum militibus, & multis aliis largitus est, ut res omnes, in hoc bello opportune gestas dictasque sibi, eas memoriae literisque mandare cupienti referrent. Hic autem quaerendum, cur & Lacedaemoniis & aliis pecunias dederit; cum solis Athenienſibus eas dare, & ex ipsis res omnes intelligere posset. Respondemus, non sine causa, certoque consilio, pecunias aliis etiam ab eo datas. Rerum enim omnium veritatem sibi conscribendam proposuerat. Erat autem verisimile, fore, ut Athenienses utilitati suae servientes in rerum a se gestarum relatione mentirentur, & saepe dicerent hostes a se victos, quos tamen non vicissent. Quamobrem pecuniam omnibus praebuit, ut ex multorum consensu veritatis notitiam indagaret ac adipiscereturr. Quod enim obscurum est, id multorum concentu consensuque declaratur, & aperte demonstratur. Doctores autem audivit, in philosophia quidem, Anaxagoram (unde etiam,

Digitized by Google

θεν θεωρίας ἐμφορηθεὶς) Ἀντιφῶντος δὲ ῥήτορος, δεινοῦ τὴν ῥητορικὴν ἄνδρος, οὗ καὶ μέμνηται ἐν τῇ ὀγδόῃ ὡς αἰτίου τῆς καταλύσεως τῆς δημοκρατίας, καὶ τῆς τῶν τετρακοσίων καταστάσεως. ὅτι δὲ μετὰ τὸν θάνατον τιμωρούμενοι τὸν Ἀντιφῶντα οἱ Ἀθηναῖοι ἔῤῥιψαν ἔξω τῆς πόλεως τὸ σῶμα, σεσιώπηκεν, ὡς διδασκάλῳ χαριζόμενος. λέγεται γὰρ ὡς ἔῤῥιψαν αὐτοῦ τὸ σῶμα οἱ Ἀθηναῖοι ὡς αἰτίου τῆς μεταβολῆς τῆς δημοκρατίας. οὐκ ἐπολιτεύσατο δὲ ὁ συγγραφεὺς γενόμενος ἐν ἡλικίᾳ, οὐδὲ προσῆλθε τῷ βήματι, ἐστρατήγησε δὲ, ἀρχέκακον ἀρχὴν παραλαβών· ἀπὸ γὰρ ταύτης φυγαδεύεται. πεμφθεὶς γὰρ ἐπ' Ἀμφίπολιν, Βρασίδου

Antyllo teſte, atheus paulatim haberi coepit, quod illius philoſophiae diſciplinam avidius hauſiſſet) in rhetoricis vero praeceptis, Antiphontem rhetorem, virum in arte rhetorica eximium, cuius in octavo ſuae hiſtoriae libro mentionem facit, eumque auctorem fuiſſe dicit, ut popularis dominatus abrogaretur, & cccc virorum dominatio conſtitueretur. Quod autem Antiphontis defuncti cadaver Athenienſes extra urbem, quaſi poenas exigentes, proiecerint, hoc quidem Thucydides in praeceptoris gratiam ſilentio praetermiſit. Sunt enim, qui dicant, eius cadaver ab Athenienſibus proiectum, quod eo auctore popularis dominatus Athenis mutatus fuiſſet. Thucydides autem, qui hanc hiſtoriam ſcripſit, cum ad virilem aetatem perveniſſet, nullis reipublicae adminiſtrandae negotiis ſe immiſcuit, nec ad tribunal & concionem acceſſit. Duxit tamen exercitum, & imperium ſibi a populo delatum, primam ſuorum malorum cauſam accepit: nam propter hoc ipſum in exſilium eſt pulſus. Nam cum Amphipolim miſ-

Digitized by Google

Θάσαντος καὶ προλαβόντος αὐτὴν, ἔσχεν αἰτίαν· καίτοι μὴ πάντα καταστὰς ἀνόνητος Ἀθηναίοις. τῆς μὲν γὰρ ἁμαρτάνει, Ἠιόνα δὲ τὴν ἐπὶ Στρυμόνι λαμβάνει. ἀλλὰ καὶ οὕτω, τὸ πρῶτον ἀτύχημα εἰς ἁμάρτημα μεταλαβόντες, φυγαδεύουσιν αὐτόν. γενόμενος δ' ἐν Αἰγίνῃ μετὰ τὴν φυγὴν, ὡς ἂν πλουτῶν, ἐδάνεισε τὰ πλεῖστα τῶν χρημάτων. ἀλλὰ καὶκεῖθεν μετῆλθε, καὶ διατρίβων ἐν Σκαπτῇ ὕλῃ, ὑπὸ πλατάνῳ ἔγραφε. μὴ γὰρ δὴ πειθώμεθα Τιμαίῳ λέγοντι ὡς φυγὼν ὤκησεν ἐν Ἰταλίᾳ. ἔγραφε δ' οὐδ' οὕτω μνησικακῶν τοῖς Ἀθηναίοις, ἀλλὰ φιλαλήθης ὢν, καὶ τὰ ἤθη μέτριος· εἴγε οὔτε Κλέων παρ' αὐτῷ, οὔτε Βρασίδας ὁ τῆς συμφορᾶς αἴτιος, ἀπέλαυσε λοιδορίας, ὡς ἂν τοῦ συγγρα-

sus fuisset, & Brasidas eum antevertisset, ac urbem illam occupasset, hoc nomine ab Athenienſibus est accusatus, huiusque rei apud eos culpam sustinuit. eius tamen opera Athenienſibus non prorsus fuit inutilis. Nam ab hac quidem urbe capienda aberravit; sed Eionem cepit, quae ad fluvium Strymonem est sita: nihilominus tamen Athenienſes, prius infortunium eius culpae tribuentes, ipsum exsilio mulctarunt. Ille vero pulsus in exsilium, cum Aeginae esset, quia magnas habebat opes, maximam suarum pecuniarum partem foenori collocavit. Postea tamen inde quoque discessit, & in Scapteſyla Thraciae urbe degens, sub platano suam historiam scripsit. Absit enim, ut fidem adhibeamus Timaeo, qui Thucydidem exsilio mulctatum, in Italia vitam transegisse dicit. Verumtamen ne sic quidem iniuriae acceptae memor, animo erga Athenienſes male affecto historiam scripsit; sed veritatis amans, & moderatis moribus fuit. siquidem neque Cleon, neque Brasidas (qui

Digitized by Google

φέως ὀργιζομένου. καίτοι οἱ πολλοὶ τοῖς ἰδίοις πάθεσι συνέθεσαν τὰς ἱστορίας, ἥκιστα μελήσαν αὐτοῖς τῆς ἀληθείας. Ἡρόδοτος μὲν γὰρ ὑπεροφθεὶς ὑπὸ Κορινθίων, ἀποδράναι φησὶν αὐτοὺς τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν. Τίμαιος δ' ὁ Ταυρομενίτης Τιμολέοντα ὑπερεπήνησε τοῦ μετρίου, καθότι Ἀνδρόμαχον τὸν αὐτοῦ πατέρα οὐ κατέλυσε τῆς μοναρχίας· Φίλιστος δὲ τῷ νέῳ Διονυσίῳ τοῖς λόγοις πολεμεῖ· Ξενοφῶν δὲ Μένωνι λοιδορεῖται τῷ Πλάτωνος ἑταίρῳ, διὰ τὸν πρὸς Πλάτωνα ζῆλον. ὁ δὲ, μέτριος, καὶ ἐπιεικὴς, τῆς ἀληθείας ἥττων. μὴ ἀγνοῶμεν δὲ ὅτι ἐγένοντο Θουκυδίδαι πολλοί· οὗτός τε ὁ Ὀλόρου παῖς, καὶ δεύτερος δημαγωγὸς, Μιλησίου, ὃς καὶ Περικλεῖ διεπολιτεύσατο. τρίτος δὲ γένει Φαρσάλιος, οὗ μέμνηται Πολέμων ἐν τοῖς περὶ ἀκροπόλεως, φά-

calamitatis auctor ipsi fuerat) ullo in ipsius scriptis maledicto, ut ab irato scriptore, est affectus: quamquam plerique suis affectibus inservientes, veritate prorsus neglecta, historias conscripserunt. Herodotus enim a Corinthiis spretus, ipsos subterfugisse dicit pugnam navalem, quae ad Salaminem est commissa. Timaeus vero Tauromenita Timoleontem supra modum laudavit, quod Andromachus ipsius pater potestate regia ab eo spoliatus non fuisset. Philistus vero cum iuniore Dionysio verbis proeliatur. Xenophon vero Menonem, Platonis amicum, quod ipse Platonis esset aemulus, conviciis incessit. Hic vero scriptor est moderatus, & aequus, & veritati cedit. Illud autem sciamus, plures fuisse Thucydides. nam & hic fuit, Olori filius, & secundus demagogus, Milesii filius, qui & Pericli in reipublicae administratione est adversatus. tertius vero, genere Pharsalius, cuius mentionem facit Polemon

Digitized by Google

σκων αὐτὸν εἶναι πατρὸς Μένωνος. τέταρτος ἄλλος Θουκυδίδης ποιητὴς, τὸν δῆμον Ἀχερδούσιος· οὗ μέμνηται Ἀνδροτίων ἐν τῇ Ἀτθίδι, λέγων εἶναι πατρὸς Ἀρίστωνος. συνεχρόνισε δ' ὡς φησι Πραξιφάνης ἐν τῷ περὶ ἱστορίας, Πλάτωνι τῷ κωμικῷ, Ἀγάθωνι τραγικῷ, Νικηράτῳ ἐποποιῷ, καὶ Χοιριδίῳ, καὶ Μελανιππίδῃ. καὶ ἐπεὶ μὲν ἔζη Ἀρχέλαος, ἄδοξος ἦν ὡς ἐπιπλεῖστον, ὡς αὐτὸς Πραξιφάνης φησίν· ὕστερον δὲ δαιμονίως ἐθαυμάσθη. οἱ μὲν οὖν ἐκεῖ λέγουσιν αὐτὸν ἀποθανεῖν ἔνθα καὶ διέτριβε φυγὰς ὤν· καὶ φέρουσι μαρτύριον τοῦ μὴ κεῖσθαι τὸ σῶμα ἐπὶ τῆς Ἀττικῆς. ἰκρίον γὰρ ἐπὶ τοῦ τάφου κεῖσθαι· τοῦ κενοταφίου δὲ τοῦτο γνώρισμα εἶναι ἐπιχώριον καὶ νόμιμον Ἀττικὸν τῶν ἐπὶ τοιαύτῃ δυστυχίᾳ τετελευτηκότων, καὶ μὴ ἐν Ἀθήναις

in libro de arce, patrem ei fuisse dicens Menonem. Fuit etiam quartus alius Thucydides poëta, ex pago Acherdusio, cuius mentionem faciens Androtion in rerum Atticarum historia, Aristonem ei patrem fuisse dicit. Vixit autem, teste Praxiphane in libro de historia, iisdem temporibus, quibus Plato comicus, Agatho tragicus, Niceratus epicus poëta, & Choerilus, ac Melanippides. Ceterum Thucydides, quamdiu quidem vixit Archelaus, ut plurimum nominis obscuri fuit, ut ipse Praxiphanes ait. Postea vero in summa apud omnes admiratione fuit. Illius autem regionis homines ipsum obiisse dicunt, ubi etiam vitam exsul degebat; corpusque ipsius non fuisse Athenis humatum, hoc argumento confirmant. Aiunt enim, tabulatum eius tumulo impositum fuisse, hoc autem ex instituto & solemni Athenienſium more manifestum esse cenotaphii indicium, quoties quis huiusmodi fortuna usus obierat, nec

Digitized by Google

ταφέντων. Δίδυμος δ' ἐν Ἀθήναις, ἀπὸ τῆς Φυγῆς ἐλθόντα, βιαίῳ θανάτῳ φησὶν ἀποθανεῖν. τοῦτο δέ φησι Ζώπυρον ἱστορεῖν. τοὺς γὰρ Ἀθηναίους κάθοδον δεδωκέναι τοῖς φυγάσι, πλὴν τῶν Πεισιστρατιδῶν, μετὰ τὴν ἧτταν τὴν ἐν Σικελίᾳ. ἥκοντα οὖν αὐτὸν ἀποθανεῖν βίᾳ, καὶ τεθῆναι ἐν τοῖς Κιμωνίοις μνήμασι. καὶ καταγινώσκειν εὐήθειαν ἔφη τῶν νομιζόντων αὐτὸν ἐκτὸς μὲν τετελευτηκέναι, ἐπὶ γῆς δὲ τῆς Ἀττικῆς τεθάφθαι. εἰ γὰρ οὐκ ἂν ἐτέθη ἐν τοῖς πατρῴοις μνήμασι συλληβθὴν τεθεὶς, οὐκ ἂν ἔτυχεν οὔτε στήλης, οὔτε ἐπιγράμματος, ἢ τῷ τάφῳ προσκειμένη, τοῦ συγγραφέως μηνύει τοὔνομα. ἀλλὰ δῆλον ὅτι κάθοδος ἐδόθη τοῖς φεύγουσιν, ὡς καὶ Φιλόχορος λέγει, καὶ Δημήτριος ἐν τοῖς ἄρχουσιν. ἐγὼ δὲ Ζώπυρον ληρεῖν νομίζω, λέγοντα τοῦτον

Athenis ſepultus fuerat. Didymus vero, Thucydidem ab exſilio reverſum, morte violenta Athenis obiiſſe tradit. hoc autem a Zopyro memoriae proditum dicit. Athenienſes enim, poſt cladem in Sicilia acceptam, omnibus exſulibus, exceptis Piſiſtratidis, in patriam redeundi poteſtatem permiſiſſe. hunc autem reverſum, violenta morte ſublatum, & in Cimoniis monumentis ſepultum. quin etiam ait, illorum ſimplicitatem a Zopyro derideri, qui Thucydidem peregre quidem obiiſſe, Athenis vero ſepultum fuiſſe, putent. Si enim in paterno monumento clam poſitus fuiſſet, nec columnam adeptus fuiſſet, nec inſcriptionem, quae ipſius ſepulcro impoſita nomen auctoris indicat. Verum illud conſtat, exſulibus in patriam redeundi poteſtatem fuiſſe datam, ut & Philochorus teſtatur, & Demetrius Phalareus, in libro de Archontibus Athenienſibus. Ego vero Zopyrum nugari puto, qui Thucydidem in Thracia obiiſſe

Digitized by Google

ἐν Θράκῃ τετελευτηκέναι· καὶν ἀληθεύειν νομίζῃ Κράτιππος αὐτόν. τὸ δ' ἐν Ἰταλίᾳ Τίμαιον αὐτὸν καὶ ἄλλους λέγειν κεῖσθαι, μὴ καὶ σφόδρα καταγέλαστον ᾖ. λέγεται δ' αὐτὸν τὸ εἶδος γεγονέναι, σύννουν μὲν τὸ πρόσωπον, τὴν δὲ κεφαλὴν καὶ τὰς τρίχας εἰς ὀξὺ πεφυκυίας, τήν τε λοιπὴν ἕξιν προσπεφυκέναι τῇ συγγραφῇ. παύσασθαι δὲ τὸν βίον ὑπὲρ τὰ πεντήκοντα ἔτη, μὴ πληρώσαντα τῆς συγγραφῆς τὴν προθεσμίαν. ζηλωτὴς δὲ γέγονεν ὁ Θουκυδίδης εἰς μὲν τὴν οἰκονομίαν, Ὁμήρου· Πινδάρου δὲ, εἰς τὸ μεγαλοφυὲς καὶ ὑψηλὸν τοῦ χαρακτῆρος. ἀσαφῶς δὲ λέγων ἀνὴρ ἐπίτηδες, ἵνα μὴ πᾶσιν εἴη βατὸς, μηδὲ εὐτελὴς φαίνηται, παντὶ τῷ βουλομένῳ νοούμενος εὐχερῶς, ἀλλὰ τοῖς λίαν σοφοῖς. δοκιμαζόμενος, παρὰ τούτοις θαυμάζηται. ὁ γὰρ τοῖς

dicat: licet Cratippus, etiam eum vere locutum cenſeat. Quod autem Timaeus, & alii, eum in Italia ſepultum fuiſſe, tradant, vereor ne hoc perridiculum habeatur. Fertur autem Thucydides hanc habuiſſe formam: vultum quidem cogitabundum, caput vero cum capillis in acutum deſinens, & reliquam corporis habitudinem ſuis ſcriptis convenientem. Eum autem obiiſſe tradunt vita ultra quinquageſimum aetatis annum producta, opere inſtituto ad ſuum finem nondum perducto. Porro Thucydides aemulatus eſt Homeri quidem diſpoſitionem, Pindari vero grande & ſublime dicendi genus. Obſcure autem de induſtria loquitur, ne omnibus ad ipſius lectionem aditus pateret, neve in contemtionem veniret, ac in minori pretio habendus videretur, ſi a quovis facile poſſet intelligi; ſed potius ſapientiſſimis quibuſque probatus, apud hos in admiratione eſſet. Qui enim a praeſtantiſſimis viris laudatur, & lau-

Digitized by Google

ἀρίστοις ἐπαινούμενος, καὶ κεκριμένην δόξαν λαβὼν, ἀνάγραπτον εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον κέκτηται τὴν τιμὴν, οὐ κινδυνεύουσαν ἐξαλειφθῆναι τοῖς ἐπικρίνουσιν. ἐζήλωσε δὲ ἐπ' ὀλίγον, ὡς φησιν Ἀντυλλος, καὶ τὰς Γοργίου τοῦ Λεοντίνου παρισώσεις, καὶ τὰς ἀντιθέσεις τῶν ὀνομάτων, εὐδοκιμούσας κατ' ἐκεῖνο καιροῦ παρὰ τοῖς Ἕλλησι· καὶ μέντοι καὶ Προδίκου τοῦ Κείου τὴν ἐπὶ τοῖς ὀνόμασιν ἀκριβολογίαν. μάλιστα δὲ πάντων (ὅπερ εἴπομεν) ἐζήλωσεν Ὅμηρον, καὶ τῆς περὶ τὰ ὀνόματα ἐκλογῆς, καὶ τῆς περὶ τὴν σύνθεσιν ἀκριβείας, τῆς τε ἰσχύος τῆς κατὰ τὴν ἑρμηνείαν, καὶ τοῦ κάλλους, καὶ τοῦ τάχους. τῶν δὲ πρὸ αὐτοῦ συγγραφέων τε καὶ ἱστορικῶν ἀψύχους ὥσπερ εἰσαγάντων τὰς συγγραφὰς, καὶ ψιλῇ μόνῃ χρησαμένων διαπαντὸς διηγήσει, προσώποις δὲ οὐ περιβέντων λόγους τινὰς, οὐδὲ ποιησάν-

dem illorum iudicio est consecutus, in posterum omne tempus honorem literarum monumentis mandatum, nullisque periculis obnoxium, est adeptus, quem nulla posterorum iudicio aetas delere poterit. Nonnihil etiam, ut ait Antyllus, Gorgiae Leontini studium est imitatus, ut verba verbis quasi dementa respondeant, & in collatione contrariorum, quae tunc temporis apud Graecos maxime probabantur. Prodicum quoque Ceium in accurato verborum delectu est imitatus. Homerum vero inprimis (ut iam diximus) & in verborum electione, & in exquisita eorundem compositione, & in elocutionis vi, orationisque pulchritudine, ac velocitate. Cum autem scriptores, ac historici, qui eum aetate praecesserunt, historias anima (ut ita loquar) carentes conscripserint, & nuda simplicique rerum narratione ubique sint usi, nec ullis personis ullam

Digitized by Google

των δημηγορίας, ἀλλ' Ἡροδότου μὲν ἐπιχειρήσαντος, οὐ μὴν ἐξισχύσαντος (δι' ὀλίγων γὰρ ἐποίησε λόγων, ὡς προσωποποιίας μᾶλλον ἢπερ δημηγορίας) μόνος ὁ συγγραφεὺς ἐξεῦρέ τε δημηγορίας, καὶ τελείως ἐποίησε μετὰ κεφαλαίων καὶ διαιρέσεως, ὥστε καὶ στάσει ὑποπίπτειν τὰς δημηγορίας. ὅπερ ἐστὶ λόγων τελείων εἰκών. τριῶν δὲ ὄντων χαρακτήρων φραστικῶν, ὑψηλοῦ, ἰσχνοῦ, μέσου, παρεὶς τοὺς ἄλλους, ἐζήλωσε τὸν ὑψηλὸν, ὡς ὄντα τῇ φύσει πρόσφορον τῇ οἰκείᾳ, καὶ τῷ μεγέθει πρέποντα τοῦ τοσούτου πολέμου. ὧν γὰρ αἱ πράξεις μεγάλαι, καὶ τὸν περὶ αὐτῶν ἔπρεπε λόγον εἰκέναι ταῖς πράξεσιν. ἵνα δὲ μηδὲ τοὺς ἄλλους ἀγνοῇς χαρακτῆρας, ἴσθι ὅτι μέσῳ μὲν Ἡρόδοτος ἐχρήσατο· (ὃς οὔτε ὑψηλός ἐστιν, οὔτε ἰσχνός.) ἰσχνῷ δὲ ὁ Ξενο-

orationem attribuant, nec ullas conciones ſuis ſcriptis inſertas fecerint, cumque Herodotus rem tentarit, nec voti compos fieri potuerit, (Herodotus enim conciones paucis verbis expreſſas fecit, perſonarum fictionibus ſimiliores, quam concionibus) unus hic hiſtoriae conditor conciones & invenit, & perfecte compoſuit, ita ut earum unaquaeque ſua capita & partitiones habeat, & ad certum cauſae ſtatum revocari poſſit. quae eſt perfectarum concionum forma. Cum autem ſint tres dicendi formae, ſublimis, tenuis, & media; reliquis neglectis, ſublimem elegit, utpote ſuo ingenio congruentem, & tanti belli magnitudini convenientem. Res enim magnas ab hominibus geſtas magna etiam oratione declarari decet. Sed ut reliquas quoque dicendi formas cognoſcas, ſcias, Herodotum quidem media eſſe uſum, (quae neque ſublimis, neque tenuis eſt;) Xenophontem vero tenui. Thucydides igitur, ut ſublimem

Digitized by Google

φῶν. διά γε οὖν τὸ ὑψηλὸν ὁ Θευκυδίδης καὶ ποιητικαῖς πολλάκις ἐχρήσατο λέξεσι, καὶ μεταφοραῖς τισι. περὶ δὲ πάσης τῆς συγγραφῆς ἐτόλμησάν τινες ἀποφήνασθαι, ὅτι αὐτὸ τὸ εἶδος τῆς συγγραφῆς, οὐκ ἔστι ῥητορικῆς, ἀλλὰ ποιητικῆς. καὶ ὅτι μὲν οὐκ ἔστι ποιητικῆς, δῆλον, ἐξ ὧν οὐχ ὑποπίπτει μέτρῳ τινί. εἰ δέ τις ἡμῖν ἀντείποι, ὅτι οὐ πάντως ὁ πεζὸς λόγος ῥητορικῆς ἐστιν, ὥσπερ οὐδὲ τὰ Πλάτωνος συγγράμματα, οὐδὲ τὰ ἰατρικὰ, λέγομεν ὅτι ἀλλ' ἡ συγγραφὴ κεφαλαίοις διαιρεῖται, καὶ ἐπὶ εἶδος ἀνάγεται ῥητορικῆς· κοινῶς μὲν πᾶσα συγγραφὴ ἐπὶ τὸ συμβουλευτικὸν (ἄλλοι δὲ καὶ ὑπὸ τὸ πανηγυρικὸν ἀνάγουσι, φάσκοντες ὅτι ἐγκωμιάζει τοὺς ἀρίστους ἐν τοῖς πολέμοις γενομένους) ἐξαιρέτως δὲ ἡ Θουκυδίδου ἐν τοῖς τρισὶν εἴδεσιν ὑποπίπτει· τῷ μὲν συμβουλευτικῷ, διὰ τῶν ὅλων δημηγο-

faceret orationem, saepe & poëticis dictionibus, & quibusdam translationibus est usus. Ceterum nonnulli de toto hoc scriptionis genere dicere sunt ausi, hanc scribendi formam ad rhetoricam non pertinere, sed ad poëticam: hoc vero vel ex eo falsum esse arguitur, quod historici oratio nulla metri lege sit adstricta. Sed si quis nobis obiiciat, non omnem metro solutam orationem esse rhetorum, ut Platonis & Medicorum scripta: respondebimus, historiam certe esse rhetorum, quae & in sua capita dividitur, & ad illa rhetorum genera refertur. In genere quidem omnis historia ad deliberativum refertur, (alii vero & ad demonstrativum eam referunt, quia viros, qui in proeliis rem fortissime gesserunt, historia laudari dicunt) speciatim vero historia Thucydidea, in unumquodque de illis tribus generibus cadit. Nam in deliberativum quidem ca-

Digitized by Google

ριῶν, πλὴν τῆς Πλαταιέων, καὶ Θηβαίων, ἐν τῇ τρίτῃ· τῷ δὲ πανηγυρικῷ, διὰ τοῦ ἐπιταφίου· τῷ δὲ δικανικῷ, διὰ τῆς δημηγορίας τῶν Πλαταιέων καὶ τῶν Θηβαίων, ἃς ἀνωτέρω τῶν ἄλλων ὑπεξειλόμεθα. ὅπου γὰρ δικασταὶ κρίνουσι Λακεδαιμονίων οἱ παραγενόμενοι, καὶ κρίνεται πρὸς τὴν ἐρώτησιν ὁ Πλαταιεὺς, καὶ ἀπολογεῖται περὶ ὧν ἐρωτᾶται, διὰ πλείονων τοὺς λόγους ποιούμενος, καὶ ἀντιλέγει τούτοις ὁ Θηβαῖος, εἰς ὀργὴν τὸν Λακεδαιμόνιον προκαλούμενος· ἡ τοῦ λόγου τάξις καὶ μέθοδος καὶ τὸ σχῆμα, δικανικὸν καθαρῶς ἀποφαίνει τὸ εἶδος. λέγουσι δέ τινες τὴν ὀγδόην ἱστορίαν νοθεύεσθαι, καὶ μὴ εἶναι Θουκυδίδου. ἀλλ' οἱ μὲν φασὶν εἶναι τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ, οἱ δὲ, Ξενοφῶντος. πρὸς οὓς λέγομεν ὅτι τῆς μὲν θυγατρὸς ὡς οὐκ ἔστι, δῆλον. οὐ γὰρ γυναικείας ἦν φύσεως τοιαύτην ἀρετήν

dunt omnes conciones, praeter illam, quae est Plataeensium & Thebanorum lib. III. In demonstrativum vero, oratio funebris. In iudiciale, conciones Plataeensium & Thebanorum, quas paulo ante a reliquis separavimus. Ad iudiciale enim genus pertinere hanc concionem, manifesto ex eo evincitur, quod causa agitur apud iudices eos, qui Lacedaemone advenerant, quodque Plataeenses in iudicio interrogantur, & interrogationi longa oratione respondent, eique orationi contradicunt Thebani, ut Lacedaemoniorum iram contra Plataeenses incendant: ipsa denique id arguit orationum compositio, ratio, ac forma. Quidam autem aiunt, librum VIII suppositium esse, neque Thucydidis esse: ac sunt, qui eum tribuant ipsius filiae: sunt etiam, qui Xenophonti. Nos autem dicimus, filiae quidem non esse: id vero per se esse manifestum. Non enim muliebris est

Digitized by Google

τε καὶ τέχνην μιμήσασθαι. ἔπειτα, εἰ τοιαύτη τις ἦν, οὐκ ἂν ἐσπούδασε λαθεῖν, οὐδ' ἂν τὴν ὀγδόην ἔγραψε μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλα πολλὰ κατέλιπεν ἂν, τὴν οἰκείαν ἐκφαίνουσα φύσιν. ὅτι δὲ αὐδὲ Ξενοφῶντός ἐστιν, ὁ χαρακτὴρ μανοναχὶ βοᾷ. πολὺ γὰρ τὸ μέσον ἰσχνοῦ χαρακτῆρος καὶ ὑψηλοῦ. οὐ μὴν οὐδὲ Θεοπόμπου, καθά τινες ἠξίωσαν. τισὶ δὲ, καὶ μᾶλλον τοῖς χαριεστέροις Θουκυδίδου μὲν εἶναι δοκεῖ, ἄλλως δ' ἀκαλλώπιστος, δι' ἐκτύπων γεγραμμένη, καὶ πολλῶν πλήρης ἐν κεφαλαίῳ πραγμάτων, καλλωπισθῆναι καὶ λαβεῖν ἔκτασιν δυναμένων. ἔνθεν καὶ λέγομεν ὡς ἀσθενέστερον πέφρασται, καὶ ὀλίγον, καθότι ἀῤῥωστῶν αὐτὴν φαίνεται συντεθεικώς. ἀσθενοῦντος δὲ σώματος, βραχύ τι καὶ ὁ λογισμὸς ἀτονώτερος εἶναι φιλεῖ. μικροῦ γὰρ συμπάσχουσιν ἀλλήλοις ὅ, τε λογισμὸς καὶ τὸ σῶμα.

ingenii, talem virtutem, artifque praeſtantiam imitari: deinde, ſi talis aliqua exſtitiſſet, non illa profecto latere voluiſſet; neque octavum tantum librum ſcripſiſſet, ſed alia quoque multa ingenii ſui monumenta reliquiſſet. Xenophontis quoque non eſſe, ipſa dicendi forma hoc propemodum clara voce teſtatur. Longe enim differt tenue dicendi genus a ſublimi. Sed nec Theopompi eſt, ut nonnullis placet. Quibuſdam, iiſque peritioribus, Thucydidis quidem eſſe videtur, nondum tamen perpolitus, ſed inchoatus tantum & rudis, multa ſummatim complectens, quae & poliri & dilatari poterant. unde etiam adducimur, ut dicamus, videri hunc librum a Thucydide iam aegrotante conſcriptum: eamque eſſe cauſam, cur & languidius ſcriptus ſit, & brevius. Nam quando corpus eſt infirmum, animus quoque vires nonnihil remittere ſolet. Eſt enim

Digitized by Google

ἀπέθανε δὲ μετὰ τὸν πόλεμον τὸν Πελοποννησιακὸν ἐν τῇ Θράκῃ, συγγράφων τὰ πράγματα τοῦ εἰκοστοῦ καὶ πρώτου ἐνιαυτοῦ. εἴκοσι γὰρ καὶ ἑπτὰ κατέσχεν ὁ πόλεμος. τὰ δὲ τῶν ἄλλων ἐξ ἐτῶν πράγματα ἀναπληροῖ ὅ, τε Θεόπομπος καὶ ὁ Ξενοφῶν, οἷς συνάπτει τὴν Ἑλληνικὴν ἱστορίαν. Ἰστέον δὲ ὅτι στρατηγήσας ὁ Θουκυδίδης ἐν Ἀμφιπόλει, καὶ δόξας ἐκεῖ βραδέως ἀφικέσθαι, καὶ προλαβόντος αὐτὸν τοῦ Βρασίδου, ἐφυγαδεύθη ὑπ' Ἀθηναίων, διαβάλλοντος αὐτὸν τοῦ Κλέωνος (διὸ καὶ ἀπεχθάνεται τῷ Κλέωνι, καὶ ὡς μεμψόμενος αὐτὸν εἰσάγει πανταχοῦ) καὶ ἀπελθὼν, ὥς φασιν, ἐν τῇ Θράκῃ, τὸ κάλλος ἐκεῖ τῆς συγγραφῆς συνέθηκεν. ἀφ' οὗ μὲν γὰρ ὁ πόλεμος ἤρξατο, ἐσημειοῦτο τὰ λεγόμενα ἅπαντα, καὶ τὰ πραττόμενα. οὐ μὴν κάλλους

inter animum & corpus quasi consensus quidam atque naturae coniunctio. Obiit in Thracia, post Peloponnesiacum bellum, dum res eius belli anno XXI gestas conscriberet. Hoc enim bellum XXVII annos duravit. Res vero gestas reliquis sex annis supplent Theopompus & Xenophon, quibus rerum in Graecia gestarum historiam annectit. Sciendum vero, Thucydidem, qui Amphipolin dux exercitus missus fuisset, visusque esset serius eo perveniisse, occupata iam urbe a Brasida, in exsilium ab Athenienſibus fuisse missum, ob Cleonis (quem ille ideo exosus, tanquam insanum ubique introducit) calumnias: illum vero, Athenis relictis, in Thraciam, ut aiunt, secessisse; ubi pulcherrimam illam historiam contexuit. Notaverat enim ille quidem, iam inde a belli initio, quaecunque memoria digna dicerentur fierentve: non tamen etiam principio de ullis suae historiae ornamentis fuit sollicitus; sed satis ei

Digitized by Google

ἐφρόντισε τὴν ἀρχὴν ἢ τοῦ μόνον σῶσαι τῇ σημειώσει τὰ πράγματα· ὕστερον δὲ μετὰ τὴν ἐξορίαν ἐν Σκαπτῇ ὕλῃ τῆς Θράκης χωρίῳ διαιτώμενος, συνέταξε μετὰ κάλλους ἃ ἐξ ἀρχῆς μόνον ἐσημειοῦτο διὰ τὴν μνήμην. ἔστι δὲ τοῖς μύθοις ἐναντίος, διὰ τὸ χαίρειν ταῖς ἀληθείαις. οὐ γὰρ ἐπετήδευσε τοῖς ἄλλοις ταυτὸν συγγραφεῦσιν, οὐδὲ ἱστορικοῖς, οἳ μύθους ἐγκατέμιξαν ταῖς ἑαυτῶν ἱστορίαις, τοῦ τερπνοῦ πλέον τῆς ἀληθείας ἀντιποιούμενοι. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν οὕτω· τῷ συγγραφεῖ δ' οὐκ ἐμέλησε πρὸς τέρψιν τῶν ἀκουόντων, ἀλλὰ πρὸς ἀκρίβειαν τῶν μανθανόντων γράφειν. καὶ γὰρ ὠνόμασεν ἀγώνισμα τὴν ἑαυτοῦ συγγραφήν. πολλὰ γὰρ τῶν πρὸς ἡδονὴν ἀπέφυγε, τὰς παρενθήκας, ἃς εἰώθασι ποιεῖν οἱ πλείονες, ἀποκλίνας. ὅπου γὰρ καὶ παρ' Ἡροδότῳ καὶ ὁ δελφίς ἐστιν ὁ Φιλήκους, καὶ Ἀρίων ὁ κυ-

fuit, ſi rerum memoriam ſua notatione conſervaret. Poſtea vero exſul, vitam in Scapteſyla, Thraciae loco, agens, dolavit perpolivitque, quae initio memoriae tantum cauſa notaverat. Fabulis autem adverſatur, ſtudio veritatis: non enim fecit, quod alii auctores & hiſtoriarum ſcriptores, qui delectationis ſtudioſiores, quam veritatis, fabulas in ſuas hiſtorias inſeruerunt. Atque illi quidem ita ſe geſſerunt. At noſtri auctoris inſtitutum longe aliud fuit: qui ſibi propoſuit, non auditores oblectare, ſed ſtudioſos homines erudire. Ideo ait, opus hoc ſuum eſſe κτῆμα ἐς ἀεὶ, (quaſi quis dicat monumentum in omne tempus duraturum) non ἀγώνισμα, ſive, ad oſtentationem elaboratum opus. multa ſiquidem omiſit, quae ad delectationem faciunt: digreſſioneſque vitavit, quibus alii delectantur. cuiuſmodi ſunt apud Herodotum, quae de delphine narrantur, qui au-

Digitized by Google

βερνώμενος μουσικῇ, καὶ ὅλως ἡ δευτέρα τῶν ἱστοριῶν τὴν ὑπόθεσιν ψεύδεται. ὁ δὲ συγγραφεὺς οὗτος, ἂν ἀναμνησθῇ τινος περιττοῦ, διὰ μὲν τὴν ἀνάγκην λέγει, διηγεῖται δὲ μόνον εἰς γνῶσιν τῶν ἀκουόντων ἀφικνούμενος. ὅ, τε γὰρ περὶ Τηρέως αὐτῷ λόγος πέφρασται μόνον περὶ παθῶν τῶν γυναικῶν, ἥ τε Κυκλώπων ἱστορία, τῶν τόπων ἐμνημονεύθη χάριν. καὶ ὁ Ἀλκμαίων, ὅτε σωφρονεῖν μνημονεύεται, ἔνθα τὰ τῆς σωφροσύνης αὐτοῦ νήσους ποιεῖ, τὰ δ' ἄλλα οὐκ ἀκριβοῖ. περὶ μὲν οὖν τοὺς μύθους τοιοῦτος. δεινὸς δὲ ἠθογραφῆσαι. καὶ ἐν μὲν τοῖς μέρεσι, σαφής· ὑπὸ δὲ τὴν σύνταξιν, ἐνίοτε διὰ τὸ ἐπιτεῖνον τῆς ἑρμηνείας, ἄδηλος εἶναι δοκῶν. ἔχει δὲ χαρακτῆρα ὑπέρσεμνον, καὶ μέγαν. τὸ δὲ τῆς συνθέσεως, τραχύτητος ὂν μεστὸν, καὶ ἐμβριθὲς, καὶ ὑπερ-

dienda lyra delectatur: & de Arione, qui musica navem dirigit: immo totus liber fecundus titulum operis mentitur. Contra hic auctor, si quid mirabile vel praeter institutum opus sit commemorandum, id ille quidem commemorat, quia necesse est: verum ita, ut in eius enarratione non diutius immoretur, quam quantum opus est, ut rem lector intelligat. Nam Terei meminit, propter Prognes & Philomelae casus tantum: Cyclopum etiam mentionem fecit, propter locorum cognitionem: Alcmaeonis quoque obiter meminit, de Acarnania & ei oppositis insulis loquens: reliqua non accurate persequitur. Ac fabulas quidem ita tractat Thucydides. Ceterum in moribus exprimendis mirabilis plane est: in singulis quidem orationis partibus est perspicuus: at in verborum constructione, quod longioribus periodis ac sententiis utitur, interdum obscurus videtur esse. Genere dicendi utitur grandi, & imprimis subli-

Digitized by Google

βατικὸν, ἐνίοτε δὲ καὶ ἀσαφές. αἱ δὲ βραχύτητες θαυμασταὶ, καὶ τῶν λέξεων οἱ νόες πλείονες. τὸ δὲ γνωμολογικὸν αὐτοῦ, πάνυ ἐπαινετόν. ἐν δὲ ταῖς ἀφηγήσεσι σφόδρα δυνατὸς, ναυμαχίας ἡμῖν καὶ πολιορκίας, νόσους τε καὶ στάσεις διηγούμενος. πολυειδὴς δὲ ἐν τοῖς σχήμασι, τὰ πολλὰ καὶ τῶν Γοργίου τοῦ Λεοντίνου μιμούμενος· ταχὺς ἐν ταῖς σημασίαις, πικρὸς ἐν ταῖς αὐστηρότησιν, ἠθῶν μιμητὴς, καὶ ἄριστος διαγραφεύς. ὄψει γοῦν παρ' αὐτῷ Φρόνημα Περικλέους, καὶ Κλέωνος οὐκ οἶδ' ὅ, τι ἂν εἴποι τις· Ἀλκιβιάδου νεότητα, Θεμιστοκλέους πάντα, Νικίου χρηστότητα, δεισιδαιμονίαν, εὐτυχίαν, μέχρι Σικελίας· καὶ ἄλλα μυρία, ἃ κατὰ μέρος ἐπιδεῖν πειρασόμεθα. ὡς ἐπιπλεῖστον δὲ χρῆται τῇ ἀρχαίᾳ Ἀττίδι τῇ παλαιᾷ, ἢ τὸ ξ ἀντὶ τοῦ

mi. Compoſitio aſpera eſt, gravis, & hyperbatis ſcatens, interdum etiam obſcura. brevitas mirabilis, & dictionum plures ſenſus. In ſententiis, quae ad mores pertinent, excellit. Praeſtat etiam in narrationibus, dum proelia navalia, obſidiones urbium, morbos, ac ſeditiones nobis narrat. Orationi ſuae multiplicia adhibet figurarum lumina, in pleriſque Gorgiam Leontinum imitatus, velox in elocutione, auſterus ſupra modum, morum exprimendorum optimus artifex. Itaque videbis apud eum in Pericle ſpiritum elatum, atque in Cleone neſcio quid, quod quo nomine ſit appellandum non reperio, in Alcibiade iuventutem, in Themiſtocle omnia, in Nicia probitatem, ſuperſtitionem, & felicitatem, antequam veniſſet in Siciliam: itemque alia ſexcenta, quae ſuis locis ſigillatim conabimur obſervare. Plurimus eſt apud Thucydidem veteris linguae Atticae uſus, quae ξ pro σ uſurpat, ut cum dicit ξυνέ-

Digitized by Google

σταμίληφεν, ὅταν ξυνέγραψε καὶ ξυμμαχίαν λέγῃ καὶ τὴν δίφθογγον τὴν αι ἀντὶ τοῦ α γράφῃ, αἰεὶ λέγων. καὶ ἄλως ἐφευρετής ἐστι καινῶν ὀνομάτων. τὰ μὲν γὰρ, ἔστιν ἀρχαιότερα τῶν κατ' αὐτὸν χρόνων, τὸ Αὐτοβοεὶ, καὶ τὸ Πολεμησείοντες, καὶ Παγχάλεπον, καὶ Ἀμαρτάδα, καὶ ὕλης Φακέλους· τὰ δὲ ποιηταῖς μέλει, οἷον τὸ Ἐπιλύγξαι, καὶ τὸ Ἐπηλύται, καὶ τὸ Ἀνακῶς, καὶ τὰ τοιαῦτα. τὰ δ' ἴδια, οἷον Ἀποσίμωσις, καὶ Κωλύμη, καὶ Ἀποτείχισις· καὶ ὅσα ἄλλα παρ' ἄλλοις μὲν οὐ κεῖται, ὑπ' αὐτοῦ δὲ λέλεκται. μέλει δὲ αὐτῷ καὶ ἄγκου τῶν ὀνομάτων, καὶ δεινότητος τῶν ἐνθυμημάτων, καὶ, ὥσπερ φθάσαντες εἴπομεν, βραχύτητος συντάξεως. τὰ γὰρ πολλὰ τῶν πραγμάτων καὶ λέξει δείκνυται. τέθεικε δὲ παλλάκις καὶ πάθη καὶ πράγματα ἀντ' ἀνδρῶν, ὡς τὸ Ἀντίπαλον δέος. ἔχει δὲ καί τι τοῦ παναγυρικοῦ, ἐν οἷς ἐπιταφίους λέ-

γραψε & ξυμμαχίαν. Per diphthongum αι ſcribit, quae reliqui per α, dicitque αἰεὶ. Et omnino nomina multa nova invenit. ſiquidem in Thucydidis dictione, quaedam vocabula reperiuntur ipſius aetate antiquiora, ut αὐτοβοεὶ, & πολεμησείοντες, & παγχάλεπον, & ἁμαρτάδα, & ὕλης φακέλους. Quaedam & poëtis ſunt in uſu, ut ἐπιλύγξαι, ἐπηλύται, ἀνακῶς, & ſimilia. quaedam ipſi propria, ἀποσίμωσις, & κωλύμη, & ἀποτείχισις: itemque alia, quae apud reliquos ſcriptores non leguntur, ſed apud hunc tantum. Porro huic etiam curae eſt verborum maieſtas, vis argumentorum, ac ſententiarum gravitas: &, ut iam diximus, in compoſitione brevitas. Nam ſaepe multae res vel unica voce declarantur. Saepe etiam res & affectiones pro perſonis uſurpat, ut in illo ἀντίπαλον δέος. Habet etiam

Digitized by Google

γει· καὶ ποικίλως εἰρωνείας εἰσφέρων, καὶ ἐρωτήσεις ποιούμενος, καὶ φιλοσόφοις εἴδεσι δημηγορῶν. ἐν οἷς γὰρ ἀμοιβαῖός ἐστι, φιλοσοφεῖ. τὴν μέντοι ἰδέαν αὐτοῦ τῶν λέξεων καὶ τῶν συνθέσεων αἰτιῶνται οἱ πλείους, ὧν ἐστι Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεύς. μέμφεται γὰρ αὐτῷ ὡς πεζῇ καὶ πολιτικῇ λέξει χρῆσθαι μὴ δυναμένῳ· οὐκ εἰδὼς ὅτι ταῦτα πάντα δυνάμεως ἐστὶ περιττῆς καὶ ἕξεως πλεονεξίαι. φαίνεται δὲ ἐπὶ τῶν Ἡροδότου χρόνων γενόμενος, εἴγε ὁ μὲν Ἡρόδοτος μέμνηται τῆς Θηβαίων ἐσβολῆς ἐς τὴν Πλάταιαν, περὶ ἧς ἱστορεῖ Θουκυδίδης ἐν τῇ δευτέρᾳ. λέγεται δέ τι καὶ τοιοῦτον, ὡς ποτε τοῦ Ἡροδότου τὰς ἰδίας ἱστορίας ἐπιδεικνυμένου, παρὼν τῇ ἀκροάσει Θουκυδίδης, καὶ ἀκούσας, ἐδάκρυσεν. ἔπειτα φασὶ τὸν Ἡρόδοτον τοῦτο θεασάμενον εἰπεῖν αὐτοῦ πρὸς

generis demonſtrativi nonnihil: ut in oratione funebri: & quod variis ironiis, atque interrogationibus utitur: conciones quoque quaſdam habet philoſophico more conſcriptas: ſunt enim inſtar dialogorum, qui philoſophis conveniunt, compoſitae. Ipſius tamen elocutionem ac verborum compoſitionem plerique reprehendunt, inter quos eſt Dionyſius Halicarnaſſeus. eum enim reprehendit, quaſi ſoluta ac civili oratione uti nequeat. quod ideo Dionyſius facit, quia ignorat, haec omnia eſſe cuiuſdam eximiae facultatis & habitus perfectiſſimi. Herodoti autem temporibus videtur vixiſſe, ſiquidem Herodotus meminit irruptionis in urbem Plataeam factae, quam hiſtoriam narrat Thucydides libro ſecundo. Aiunt etiam, cum Herodotus ſuas hiſtorias in hominum coetu recitaret, Thucydidem recitationi illi interfuiſſe, & cum eas audiviſſet, lacrimaſſe. quod ubi animadvertiſſet Herodotus, dixiſſe eum ferunt Oloro

Digitized by Google

τὸν πατέρα τὸν Ὄλορον, ὦ Ὄλορε, ὀργὴ ἡ φύσις τοῦ υἱοῦ σου πρὸς μαθήματα. ἐτελεύτησε δὲ ἐν τῇ Θράκῃ· καὶ οἱ μὲν λέγουσιν ὅτι ἐκεῖ ἐτάφη· ἄλλοι λέγουσιν ὅτι ἐν ταῖς Ἀθήναις ἠνέχθη τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ κρύφα παρὰ τῶν συγγενῶν, καὶ οὕτως ἐτάφη. οὐ γὰρ ἐξῆν φανερῶς θάπτειν ἐν Ἀθήναις τὸν ἐπὶ προδοσίᾳ φεύγοντα. ἔστι δὲ αὐτοῦ τάφος πλησίον τῶν Πυλῶν, ἐν χωρίῳ τῆς Ἀττικῆς ὃ Κοίλη καλεῖται, καθά φησιν Ἀντυλλος, ἀξιόπιστος ἀνὴρ μαρτυρῆσαι, καὶ ἱστορίαν γνῶναι, καὶ διδάξαι δεινός. καὶ στήλη δέ, φησὶν, ἕστηκεν ἐν τῇ Κοίλῃ, Θουκυδίδης Ὀλόρου Ἁλιμούσιος, ἔχουσα ἐπίγραμμα. τινὲς δὲ προσέθηκαν καὶ τὸ, ἐνθάδε κεῖται. ἀλλὰ λέγομεν ὅτι νοούμενόν ἐστι τοῦτο καὶ προσυπακουόμενον. οὐδὲ γὰρ ἔκειτο ἐν τῷ ἐπιγράμματι. ἔστι δὲ τὴν ἰδέαν καὶ τὸν χαρακτῆρα μεγαλοπρεπὴς, ὡς μηδὲ

patri Thucydidis, Filii tui, o Olore, ingenium magno impetu ad literarum ſtudia fertur. Mortuus eſt in Thracia, &, ut quidem volunt nonnulli, ibi eſt ſepultus: ſed alii dicunt, oſſa eius clam a cognatis Athenas fuiſſe importata, itaque ſepulta. neque enim palam licuit Athenis ſepelire eum, qui propter crimen proditionis exſilio fuiſſet mulctatus. Erat autem eius ſepulcrum prope portam in eo loco agri Attici, qui appellatur Coela, quemadmodum teſtatur Antyllus, vir fide digniſſimus, hiſtoriaeque peritiſſimus, & ad docendum appoſitiſſimus. Fuit etiam, ait ille, in Coela habens hanc inſcriptionem columna, THUCYDIDES OLORI HALIMUSIUS. Addiderunt vero quidam haec, HIC IACET. quod nos facile intelligi poſſe ac ſubaudiri putamus: in inſcriptione enim non erat. Forma autem, & dicendi genus, quo Thucydides utitur, eſt magnificum

Digitized by Google

ἐν τοῖς οἴκτοις ἀφίστασθαι τοῦ μεγαλοπρεποῦς· ἐμβριθὴς τὴν φράσιν, ἀσαφὴς τὴν διάνοιαν, διὰ τὸ ὑπερβατοῖς χαίρειν· ὀλίγοις ὀνόμασι πολλὰ πράγματα δηλῶν, καὶ ποικιλώτατος μὲν ἐν τοῖς τῆς λέξεως σχήμασι, κατὰ δὲ τὴν διάνοιαν τοὐναντίον ἀσχηματίστος. οὔτε γὰρ εἰρωνείαις, οὔτε ἐπιτιμήσεσιν, οὔτε ταῖς ἐκ πλαγίου ῥήσεσιν, οὔτε ἄλλαις τισὶ πανουργίαις πρὸς τὸν ἀκροατὴν κέχρηται, τοῦ Δημοσθένους μάλιστα ἐν τούτοις ἐπιδεικνυμένου τὴν δεινότητα. οἶμαι δὲ οὐκ ἀγνοίᾳ σχηματισμοῦ τοῦ κατὰ διάνοιαν παρεῖναι τὸν Θουκυδίδην τὸ τοιοῦτον, ἀλλὰ τοῖς ὑποκειμένοις πρόσωποις πρέποντας καὶ ἁρμόζοντας συντιθέντα τοὺς λόγους. οὐ γὰρ ἔπρεπε Περικλεῖ καὶ Ἀρχιδάμῳ καὶ Νικίᾳ καὶ Βρασίδᾳ, ἀνθρώποις μεγαλόφροσι καὶ γενναίοις καὶ ἡρωϊκὴν ἔχουσι δόξαν, λόγους εἰρωνείας καὶ πανουργίας

adeo, ut ne in commiserationibus quidem ab hac magnifica loquendi forma abstineat. Elocutio est gravis, sententiae obscurae, quia hyperbatis delectatur, & multas res paucis verbis declarat. Et verborum quidem plurimas habet figuras. contra vero pauciſſimas sententiarum figuras habet. Nam nec ironiis, nec obiurgationibus, nec obliquis dictis, nec ullis aliis callidis artibus, quibus auditorem capiat, utitur, cum tamen Demosthenes in his potiſſimum suae eloquentiae vim ostentet. Puto autem, huiusmodi sententiarum figuras a Thucydide non propter earum ignorationem praetermissas: verum quia orationem personis, de quibus verba facit, congruentem, atque convenientem tribuere volebat. Nec enim decebat Pericli, & Archidamo, & Niciae, & Brasidae, viris excelso animo praeditis, & generosis, & heroica gloria ornatis, ironias, & alias artis

Digitized by Google

περιτιθέναι, ὡς μὴ παῤῥησίαν ἔχουσι φανερῶς ἐλέγχειν, καὶ ἀντικρυς μέμφεσθαι, καὶ ὁτιοῦν βούλονται λέγειν. διὰ τοῦτο τὸ ἁπλαστον καὶ ἀνηθοποίητον ἐπετήδευσε, σώζων κἀν τούτοις τὸ προσῆκον, καὶ τῇ τέχνῃ δοκοῦν. τεχνίτου γὰρ ἀνδρὸς φυλάξαι τοῖς προσώποις τὴν ἐπιβάλλουσαν δόξαν, καὶ τοῖς πράγμασι τὸν ἀκόλουθον κόσμον. Ἰστέον δὲ ὅτι τὴν πραγματείαν αὐτοῦ οἱ μὲν κατέτεμον εἰς τρεισκαίδεκα ἱστορίας, ἄλλοι δὲ ἄλλως. ὅμως δὲ ἡ πλείστη καὶ ἡ κοινὴ κεκράτηκε, τὸ μέχρι τῶν ὀκτὼ διηρῆσθαι τὴν πραγματείαν· ὡς καὶ ἐπέκρινεν ὁ Ἀσκληπιός.

oratoriae fraudes attribuere, quasi non liceret ipsis alios aperte arguere, & palam accusare, & dicere quidquid vellent. Propterea igitur simplicem, & minime figuratam orationem accurate est secutus, in his etiam rebus decorum, & artis praecepta servans. Est enim artificis periti, dignitatem singulis personis convenientem servare, & rebus quibusque congruens ornamentum tribuere. Sciendum autem est, totam Thucydidis historiam a quibusdam in XIII libros fuisse divisam, ab aliis aliter. Frequens tamen, & communis usus obtinuit, ut totum hoc opus in octo tantum libros divideretur: quod & Asclepius suo iudicio comprobavit.

Digitized by Google

ΑΛΛΩΣ

ΕΚ ΤΩΝ ΤΟΥ ΣΟΥΙΔΑ.

Θουκυδιδης Ὀλόρου, Ἀθηναῖος· παῖδα δὲ ἔσχε Τιμόθεον. ἦν δὲ ἀπὸ μὲν μητρὸς Μιλτιάδου τοῦ στρατηγοῦ τὸ γένος ἕλκων· ἀπὸ δὲ πατρὸς, Ὀλόρου τοῦ Θρακῶν βασιλέως. μαθητὴς Ἀντιφῶντος. ἤκμαζε κατὰ τὴν πζ' Ὀλυμπιάδα. ἔγραψε δὲ τὸν πόλεμον τῶν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων. οὗτος ἤκουσεν ἔτι παῖς τυγχάνων Ἡροδότου, ἐπὶ τῆς Ὀλυμπίας τὰς ἱστορίας αὐτοῦ διερχομένου, ἃς συνεγράψατο, καὶ κινηθεὶς ὑπό τινος ἐνθουσιασμοῦ, πλήρης δακρύων ἐγένετο. καὶ ὁ Ἡρόδοτος καταγνοὺς τὴν αὐτοῦ φύσιν, πρὸς τὸν πατέρα Θουκυ-

ALITER EX SUIDA.

THUCYDIDES, Olori filius Athenienſis. Habuit autem filium Timotheum. Maternum autem genus a Miltiade duce, paternum vero ab Oloro, Thracum rege, ducebat. Antiphontis diſcipulus. Floruit Olympiade 87. Scripſit autem Peloponneſiorum & Athenienſium bellum. Hic, dum adhuc eſſet puer, audivit Herodotum, qui ſuas hiſtorias Olympiae recitabat, quas conſcripſerat, & quaſi quodam furore divino percitus, lacrimis eſt repletus. Herodotus autem, animadverſo eius ingenio, Oloro Thucydidis patri

Digitized by Google

δίδου Ὄλορον ἔφη, μακαρίζω σε τῆς εὐτεκνίας, Ὄλορε. ὁ γὰρ σὸς υἱὸς ὀργῶσαν ἔχει τὴν ψυχὴν πρὸς τὰ μαθήματα. καὶ οὐκ ἐψεύσθη γε τῆς ἀποφάνσεως. οὗτος ὁ Θουκυδίδης ἀνὴρ ἦν πολὺς ταῖς τέχναις, κάλλει λόγων, καὶ ἀκριβείᾳ πραγμάτων, καὶ στρατηγίαις, καὶ συμβουλίαις, καὶ πανηγυρικαῖς ὑποθέσεσιν. οὗτος ὁ συγγραφεὺς μεταβαίνειν εἴωθεν ἀπὸ τῶν θηλυκῶν εἰς οὐδέτερα· οἷον, Τρέπονται εἰς Μακεδονίαν, ἐφ' ὅπερ καὶ πρότερον. Καὶ Θουκυδίδειος γραφή.

dixit: Te, Olore, propter egregiam prolem beatum iudico. Tuus enim filius animum ad disciplinas incitatum, earumque vehementer cupidum habet. Nec eum sua sententia fefellit. Hic Thucydides fuit vir insignis artificio, orationis elegantia, accurata rerum expositione, & imperatoriis artibus, & consiliis, & panegyricis argumentis. Hic scriptor a femineo ad neutrum genus transire solet, ut Τρέπονται εἰς Μακεδονίαν, ἐφ' ὅπερ καὶ πρότερον. Et haec est Thucydidis propria peculiarisque scribendi ratio.

Digitized by Google

ΑΛΛΑ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ, ΑΔΕΣΠΟΤΑ.

Θουκυδίδης Ἀθηναῖος, Ὀλόρου ἦν παῖς, Θρᾴκιον δὲ αὐτῷ τὸ γένος. καὶ γὰρ ὁ πατὴρ αὐτῷ Ὄλορος ἐκ Θρᾴκης εἶχε τοὔνομα. γέγονε δὲ τῶν Μιλτιάδου συγγενής. αὐτίκα γοῦν ἔνθα Μιλτιάδης περὶ Κοίλην τέθαπται, ἐνταῦθα καὶ Θουκυδίδης τέθαπται. ὁ δὲ Μιλτιάδης ἔγημε τοῦ Θρακῶν βασιλέως θυγατέρα Ἡγησιπύλην. γέγονε δὲ Ἀντιφῶντος τοῦ Ῥαμνουσίου μαθητής, δεινοῦ λέγειν, καὶ ὑπόπτου γενομένου τοῖς δικαστηρίοις. καὶ διὰ ταῦτα λέγοντος μὲν οὐκ ἠνείχοντο αὐτοῦ, γράφειν δὲ ἐπεχείρησε τοὺς λόγους, καὶ ἐξέδωκε τοῖς δεομένοις. ἐμαρτύρησε δὲ αὐτῷ καὶ Θουκυδίδης ὁ

ALIA DE THUCYDIDE, INCERTO AUCTORE.

Thucydidae Athenienſi, Olori filio, Threicium genus fuit: nam pater eius Olorus ex Thracia nomen accepit. Fuit autem ex affinibus Miltiadae. Unde & ubi Miltiades apud Coelam, ibi & Thucydides ſepultus eſt. Miltiades Hegeſipylen Thracum regis filiam in uxorem duxit. Fuit autem Thucydides diſcipulus Antiphontis Rhamnuſii, qui in dicendo gravis, in iudiciis ſuſpectus habitus eſt: propter quod cum ipſum orantem non facile iudicia tolerarent, orationes ſcribere aggreſſus eſt: & quibus eo opus erat, exhibuit. De quo Thucydides diſcipulus teſtimonium

Digitized by Google

μαθητὴς, ὅτι ᾧ ἂν σύμβουλος γένοιτο, ἄριστα ἐκεῖνος ἀπήλλαττεν εἰς τὰς δίκας. ἀλλ' ὁ μὲν ἔδοξε πονηρὸς Ἀντιφῶν εἶναι, καὶ περὶ τέλη τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου κριθεὶς προδοσίας, ὡς Λακεδαιμονίοις μὲν τὰ ἄριστα κατὰ πρεσβείαν παραινέσας, Ἀθηναίοις δὲ ἀλυσιτελέστατα, ἑάλω. καὶ σὺν αὐτῷ διεφθάρησαν Ἀρχεπτόλεμος καὶ Ὀνομακλῆς, ὧν καὶ κατεσκάφησαν καὶ αἱ οἰκίαι, καὶ τὸ γένος, τὸ μὲν διεφθάρη, τὸ δὲ, ἄτιμον ἐγένετο. στρατηγικὸς δὲ ἀνὴρ ὁ Θουκυδίδης γενόμενος, καὶ τὰ περὶ Θάσον πιστευθεὶς μέταλλα, πλούσιος μὲν ἦν, καὶ μέγα ἐδύνατο· ἐν δὲ τῷ Πελοποννησιακῷ πολέμῳ αἰτίαν ἔσχε προδοσίας ἐκ βραδύτητός τε καὶ ὀλιγωρίας. ἔτυχε μὲν γὰρ Βρασίδας τὰς ἐπὶ Θράκης καταλαβὼν πόλεις Ἀθηναίων, ἀφιστὰς μὲν Ἀθηναίων, Λακεδαιμονίοις δὲ προστιθείς. κἀνταῦθα δέον ταχέως ἀνα-

perhibuit, quod cuicunque conſilium dediſſet, ille in iudicio victor evadebat. Sed Antiphon improbus eſt exiſtimatus, & circa finem belli Peloponneſiaci proditionis accuſatus eſt, quippe qui Lacedaemoniis optima legationis tempore, Athenienſibus vero inutiliſſima conſuluiſſe deprehenſus eſt: ſimulque cum eo Archeptolemus & Onomacles periere, quorum domus funditus everſae ſunt, & eorum genus partim abolitum, partim honore privatum. Cum autem Thucydidi, in imperatoria dignitate conſtituto, credita eſſent metalla, quae circa Thaſum erant, dives & potens factus eſt. Bello vero Peloponneſiaco proditionis accuſatus eſt, ob tarditatem & negligentiam. Forte enim Braſidas cepit urbes Athenienſium in Thracia, quas abducens ab Athenienſibus Lacedaemoniis adiecit; eoque cum oporteret Thucydides celeriter navigare, & ſervare Eiona pro-

Digitized by Google

πλεῦσαι, καὶ σῶσαι μὲν τὴν Ἠιόνα ἐγγὺς κειμένην, περιποιῆσαι δὲ τὴν Ἀμφίπολιν, μέγα κτῆμα τοῖς Ἀθηναίοις, τὴν μὲν Ἠιόνα ἐδυνήθη Θάσας σῶσαι, τὴν δὲ Ἀμφίπολιν ἀπώλεσε. καίτοι Κλέων βοηθῶν ταῖς ἐπὶ Θρᾴκης πόλεσι, κατέπλευσε μὲν εἰς Ἀμφίπολιν, ἀλλ' ὅμως μάχης γενομένης Βρασίδας μὲν ὁ Λακεδαιμόνιος ἐνίκησεν αὐτὸν, Κλέων δὲ ἀπέθανεν, ὑπὸ Μυρκινίου πελταστοῦ βληθείς. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Βρασίδας τῆς νίκης αἰσθόμενος ἀπέθανε, καὶ Ἀμφίπολις Ἀθηναίων ἀπέστη, Λακεδαιμονίων δὲ ἐγένετο. ἔνθα καὶ τὰ Ἀγνώνεια οἰκοδομήματα καθελόντες οἱ Ἀμφιπολῖται, Βρασίδεια ἐκάλεσαν, μισήσαντες μὲν τὴν Ἀττικὴν ἀποικίαν, λακωνίσαντες δὲ κἀν τούτῳ, καὶ τὴν τιμὴν μεταθέντες εἰς Λακεδαίμονα. γενόμενος δὲ Φυγὰς ὁ Θουκυδίδης ἐσχόλαζε τῇ ξυγγραφῇ τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου, καὶ διὰ τοῦτο δοκεῖ πολλὰ χαρίζεσθαι μὲν Λακεδαιμονίοις,

pe positam, & vindicare Amphipolim Athenienſibus ſumme utilem, Eïona quidem perveniens ſervabat, Amphipolim autem perdidit. Atqui Cleon ſuppetias ferens urbibus Thraciae, navigavit ad Amphipolim, ſed tamen commiſſa pugna a Braſida Lacedaemonio victus eſt, periitque a Murcinio peltato vulneratus. Verumtamen & Braſidas victoriam adeptus, mortuus eſt, & Amphipolis ab Athenienſibus ad Lacedaemonios deſcivit: ubi & Agnonia aedificia cum diruiſſent Amphipolitae, Braſidia appellarunt, coloniam Atticam odio habentes, & Laconum partes etiam in hoc foventes, atque honorem in Lacedaemona transferentes. Thucydides vero cum exſularet, belli Peloponneſiaci hiſtoriam ſcripſit, & propter hoc Lacedaemoniis plurimum gratificari videtur, Athenienſium autem tyrannidem &

Digitized by Google

κατηγορεῖν δὲ Ἀθηναίων τὴν τυραννίδα καὶ πλεονεξίαν. οὐ γὰρ καιρὸς αὐτῷ κατειπεῖν Ἀθηναίων ἐγένετο. Κορινθίων κατηγοροῦντων, ἢ Λακεδαιμονίων μεμφομένων, ἢ Μιτυληναίων αἰτιωμένων, πολὺς ἐν τοῖς ἐγκλήμασι τοῖς Ἀττικοῖς ἐρρύη· καὶ τὰς μὲν νίκας τὰς Λακωνικὰς ἐξῆρε τῷ λόγῳ, τὰς δὲ ξυμφορὰς ἠύξησε τὰς Ἀττικάς, ὅπου καὶ τὰς ἐν Σικελίᾳ. πέπαυται δὲ τὸ τῆς συγγραφῆς ἐν τῇ ναυμαχίᾳ τῇ περὶ Κυνὸς σῆμα, τοῦτέστι περὶ τὸν Ἑλλήσποντον, ἔνθα δοκοῦσι καὶ γενικηκέναι Ἀθηναῖοι. τὰ δὲ μετὰ ταῦτα ἑτέρους γράφειν κατέλιπε, Ξενοφῶντι καὶ Θεοπόμπῳ. εἰσὶ δὲ καὶ αἱ ἐφεξῆς μάχαι. οὔτε γὰρ τὴν δευτέραν ναυμαχίαν τὴν περὶ Κυνὸς σῆμα, ἣν Θεόπομπος εἶπεν, οὔτε τὴν περὶ Κύζικον, ἣν ἐνίκα Θρασύβουλος καὶ Θηραμένης καὶ Ἀλκιβιάδης, οὔτε τὴν ἐν Ἀργινούσαις ναυμαχίαν, ἔνθα νικῶσιν Ἀθηναῖοι Λακε-

avaritiam accuſare; cum alia contra eos ſcribendi non praeſtaretur opportunitas. Corinthiis accuſantibus, Lacedaemoniis ſuccenſentibus, & Mityleniis culpantibus, grandis in Athenienſium crimina inſurgebat, Laconicas victorias oratione extollens, & Atticas calamitates augens, eas praecipue, quae in Sicilia acceptae fuerunt. Hiſtoriam autem clauſit in bello navali, quod geſtum eſt circa Cynoſſema, hoc eſt circa Helleſpontum: ubi videntur & Athenienſes victoriam comparaſſe. Quae vero ſecuta fuerunt, aliis ſcribenda reliquit, Xenophonti videlicet & Theopompo. Nam plura proelia poſtea commiſſa ſunt. Neque enim complexus eſt ſecundam pugnam navalem circa Cynoſſema, quam Theopompus ſcripſit: neque eam, quae circa Cyzicum commiſſa eſt, in qua Thraſybulus, Theramenes, & Alcibiades victoriam retulerunt: neque quae in Argi-

Digitized by Google

δαιμονίους, οὔτε τὸ κεφάλαιον τῶν κακῶν τῶν Ἀττικῶν, τὴν ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ναυμαχίαν, ὅπου καὶ τὰς ναῦς ἀπώλεσαν Ἀθηναῖοι, καὶ τὰς ἐξῆς ἐλπίδας. καὶ γὰρ τὸ τεῖχος αὐτῶν καθηρέθη, καὶ ἡ τῶν τριάκοντα τυραννὶς καθέστη, καὶ πολλαῖς ξυμφοραῖς περιέπεσεν ἡ πόλις, ἃς ἠκρίβωσε Θεόπομπος. ἦν δὲ τῶν πάνυ κατὰ γένος Ἀθήνησι δοξαζομένων ὁ Θουκυδίδης. δεινὸς δὲ δόξας εἶναι ἐν τῷ λέγειν, πρὸ τῆς συγγραφῆς προέστη τῶν πραγμάτων. πρώτην δὲ τῆς ἐν τῷ λέγειν δεινότητος τήνδε ἐποιήσατο τὴν ἐπίδειξιν. Πυριλάμπης γάρ τις τῶν πολιτῶν ἄνδρα φίλον καὶ ἐρώμενον ἴδιον διά τινα ζηλοτυπήσας ἐφόνευσε· ταύτης δὲ τῆς δίκης ἐν Ἀρείῳ πάγῳ κινουμένης πολλὰ τῆς ἰδίας σοφίας ἐπεδείξατο, ἀπολογίαν ποιούμενος ὑπὲρ τοῦ Πυριλάμπους, καὶ Περικλέους κατηγοροῦντος, ἐνίκα. ὅθεν καὶ στρατηγὸν αὐτὸν

nusis facta est, ubi Athenienses Lacedaemonios superarunt: neque; quae caput Atticorum malorum fuit, pugnam navalem ad Aegos flumen, ubi & naves & spem deinceps perdiderunt Athenienses. Tunc enim murus eorum eversus est, & tyrannis triginta virorum constituta, & in multas calamitates incidit civitas, quas diligentius scripsit Theopompus. Thucydides autem inter Athenienses clarissimos unus fuit, cumque gravis in scribendo videatur, priusquam scriberet, rebus praefuit. Primum autem gravitatis in dicendo demonstrationem hanc fecit: Pyrilampes enim quidam, ex civibus virum amicum, & amasii loco habitum, ob suspicionem quandam interfecit. Hac autem causa in Areopago mota, magnum sapientiae suae specimen edidit. Nam cum pro Pyrilampe causam ageret, & Pericles accusaret, victoriam obtinuit; unde imperator ab Athenien-

Digitized by Google

ἑλομένων Ἀθηναίων, ἄρχων προέστη τοῦ δήμου. μεγαλόφρων δὲ ἐν τοῖς πράγμασι γενόμενος, ἅτε φιλοχρημάτων, οὐκ εἴα τὸν πλείονα χρόνον προστατεῖν τοῦ δήμου. πρῶτον μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ Ξενοκρίτου, ὡς Σύβαριν ἀποδημήσας, ὡς ἐπανῆλθεν εἰς Ἀθήνας, συγχύσεως δικαστηρίου φεύγων ἑάλω· ὕστερον δὲ ἐξοστρακίζεται ἔτη δέκα. φεύγων δὲ, ἐν Αἰγίνῃ διέτριβε, κἀκεῖ λέγεται τὰς ἱστορίας αὐτὸν συντάξασθαι. τότε δὲ τὴν φιλαργυρίαν αὐτοῦ μάλιστα φανερὰν γενέσθαι· ἅπαντας γὰρ Αἰγινήτας κατατοκίζων, ἀναστάτους ἐποίησε. μετὰ δὲ τὴν ἱστορίαν φασὶ συντετάχθαι τῷ συγγραφεῖ τὸ προοίμιον, ἐπεὶ τῶν ἐν τῷ πολέμῳ μέμνηται γεγονότων, ὥσπερ τῆς Δήλου καθάρσεως, ἣν περὶ τὸ ἕβδομον ἔτος ἐπὶ Εὐθύνου ἄρχοντος γεγενῆσθαί φασι. μέμνηται δὲ ἐν αὐτῷ καὶ τῆς τοῦ πολέμου τελευτῆς, λέγων, Ἐς τὴν τελευτὴν τοῦδε τοῦ πολέμου. ἀλλὰ καὶ ἐν ἀρχῇ φη-

bus delectus, princeps populi fuit. Peculatus autem reus est factus, tanquam avaritia detentus: idcirco eum non passi sunt amplius praeesse populo. Primum enim sub Xenocrito ad Sybarin peregre profectus, cum Athenas reversus esset, perturbationem iudicii fugiens, captus est: postea vero in exsilium missus per decennium; fugiens autem, in Aegina commoratur, & illic dicitur historias composuisse. Tuncque cupiditatem suam maxime patefecit: nam omnes Aeginetas foenore opprimens, exhausit. Post absolutam historiam prooemium ab auctore ordinatum fuisse referunt: quoniam de his, quae in bello gesta sunt, in eo meminit; ut de Deli purgatione, quam circa septimum annum ab Euthyno archonte factam fuisse dicunt. Mentionem quoque in eo fecit de fine belli, dicens: In finem huius

Digitized by Google

σι, Κίνησις γὰρ αὕτη μεγίστη τοῖς Ἕλλησιν ἐγένετο, καὶ μέρει τινὶ τῶν βαρβάρων· ὡς δὲ εἰπεῖν, καὶ ἐπιπλεῖστον ἀνθρώπων. πληρώσας δὲ τὴν ὀγδόην ἱστορίαν, ἀπέθανε νόσῳ. σφάλλονται γὰρ οἱ λέγοντες μὴ Θουκυδίδου εἶναι τὴν ὀγδόην, ἀλλ' ἑτέρου συγγραφέως. τελευτήσας δ' ἐν Ἀθήνησιν, ἐτάφη πλησίον τῶν Μιλτιάδων πυλῶν, ἐν χωρίῳ τῆς Ἀττικῆς ὃ προσαγορεύεται Κοίλη· εἴτε αὐτὸς ἐπανελθὼν Ἀθήναζε ἐκ τῆς φυγῆς, τοῦ ὁρισθέντος χρόνου πληρωθέντος, καὶ τελευτήσας ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι, εἴτε μετακομισθέντων αὐτοῦ τῶν ὀστέων ἀπὸ Θράκης, ἐκεῖ καταστρέψαντος τὸν βίον· λέγεται γὰρ ἐπ' ἀμφότερα. καὶ στήλη τις ἀνέστηκεν ἐν τῇ Κοίλῃ τοῦτο ἔχουσα τὸ ἐπίγραμμα·

Θουκυδίδης Ὀλόρου Ἁλιμούσιος ἐνθάδε κεῖται.

belli. Sed & initio dicit: Motus enim hic maximus Graecis fuit, & parti cuidam barbarorum, & ut ita dicam, maximae parti hominum. Cum autem octavam historiam absolvisset, morbo exstinctus est. Falluntur enim, qui dicunt, non Thucydidae esse octavam, sed alterius historici. Mortuus autem, Athenis sepultus est iuxta portas Miltiadarum, in loco Atticae regionis, qui appellatur Coela: seu cum rediisset Athenas ab exsilio, completo tempore praescripto, & in propria patria occubuisset; seu translatis eius ossibus ex Thracia, cum illic decessisset: in utramque enim partem dicitur. & columna quaedam in Coela erecta est, hoc monosticho insignita:

Thucydides Olori iacet hoc Halimusius antro.

Digitized by Google

ANNOTATIONES IN VITAM THUCYDIDIS.

Pag. III. *l.* 1. ΜΑΡΚΕΛΛΙΝΟΥ) Quis fuerit, aut qua aetate vixerit hic Marcellinus, non ita facile est coniicere. Scriptorum, qui eius meminerunt, primus (quod sciam) & antiquissimus est Suidas in v. ἀπήλαυσε & v. ἀπολαύειν. Verum an is sit, quem in v. Μαρκελλῖνος Sallustio philosopho familiarem fuisse narrat, pronuntiare non ausim. Eum ad Valentiniani, Valentis & Gratiani tempora referri debere existimat Vossius; eundemque esse arbitratur, cuius in Hermogenem de statibus Commentarios una cum Syriano & Sopatro excudit Aldus. Quin & Gesneri suspicio est, non alium esse ab Ammiano Marcellino, cuius ex XXXI Historiarum libris exstant hodie libri XVIII. nempe quia Ammianus ille Graecum se fuisse dicit extremis libri XXXI verbis: & phrasis ipsa satis hoc prodit. ad quam coniecturam firmandam non leve accedit argumentum, quod Am. Marcellinus (ut notavit Valesius) plurimis in locis imitatus est Thucydidem, & nonnulla ab ipso mutuari solet. * *l.* 5. ἀπὸ τῆς ὅλης ξυγγραφῆς. παρεκβολὴ) Crediderim hanc dissertationem operis longioris fuisse fragmentum, quo videtur complexus fuisse vitas praestantiorum quorundam Oratorum & Historicorum. Primus eam in lucem protulit, suaeque Thucydidis editioni praemisit Aldus: latinitate donavit Isaacus Casaubonus: & postea recognovit, plurimisque in locis illustravit Aemil. Portus. * *l.* 15. πολὺς γὰρ ἀνὴρ) πολὺς γὰρ ὁ ἀνὴρ legendum censet Casaub.

Pag. IV. *l.* 2. Καὶ συμβουλαῖς) καὶ συμβουλευτικαῖς mallem cum Casaub. * *l.* 9. τῶν περὶ) Vide Var. Lect. p. XLIV. * *l.* 11. πρὸς Αἰακὸν τὸν Δίος) Ita de Miltiade Herodotus, l. 6, c. 35. adi Rutgersium in Var. Lect. l. 1, c. 9, p. 29. * *l.* 12. Δίδυμος) Incertum, utrum hic Didymus is sit, qui

Digitized by Google

Iulii Dictatoris & Triumvirorum temporibus vixit, & Χαλκέντορος appellatur ab Ammiano Marcellino, aliisque; an Didymus cognomento Claudius, qui (teste Suida) de Thucydidis in analogia erratis scripsit. Vide Vossium de Historicis Gr. l. 1, c. 24. * *l.* 13. Φερεκύδην) Pherecydae duo, aut plures fuerunt. Nullus dubito, quin Pherecydes, cuius fragmentum citat Marcellinus, idem sit ac ille, cuius meminit Strabo lib. 2, & quem admodum antiquum esse ostendit Dionys. Halicarn. l. 1 Antiq. ubi inquit, ἄνδρα τῶν ἀρχαίων συγγραφέων Φερεκύδην τῶν Ἀθηναίων γενεαλόγων οὐδενὸς δεύτερον. Vide Salmasium ad Solinum p. 590; Vossium de Historicis Gr. l. 4, c. 4; Menagium in Diogenem Laërtium, p. 68. * *l.* 14. Φιλαίας) Aliis est Φιλαῖος. (Stephanus in marg. ed. 2 γρ. Φιλαῖος.) Apud Tzetzem Φίλιος pro Φιλαῖος legitur, exiguo quidem mendo, sed tamen quod Reineccium, aliosque nonnullos eousque decepit, ut Philium quendam diversum a Philaeo inter Aiacis liberos ponerent. Hic tum aliis aliquot inter veteres, tum & Pausaniae in Atticis, non Aiacis, sed Eurysacis filius, Aiacis nepos dicitur. Herodotus tamen lib. 6, c. 35, Aiacis filium facit. Plutarcho in Solone & Philaeus & Eurysaces Aiacis filii dicuntur.

Pag. V. *l.* 1. Δάϊκλος) Forsan Αἴκλος Casaub. * *l.* 3. Ἀγαμήστωρ) De hoc, ut de reliquis, nihil memorabile proditur, nisi quod hunc (cum in privata fortuna vixerint ceteri) Athenis Archonta fuisse aiunt. Rutgersius. Vide Meursium de Archont. Ath. l. 1, c. 1. * *l.* 4. τοῦδε, Μιλτιάδης) Vel cum Casaubono dicendum, quaedam hic desiderari, vel cum Rutgersio legendum τοῦδε Ἱπποκλείδης, τοῦδε Μιλτιάδης &c. Nam Herodotus libro sexto ponit Hippoclidem Tisandri filium inter procos, qui Sicyonem Agaristae causa venerant. Vide Rutgersium p. 30. * *l.* 5. ἐφ' οὗ ἄρχοντος Παναθήναια ἐτέθη) Idem testatur Anonymus, cuius meminit Meursius de Archont. Ath. l. 1, c. 11. Sed uterque capiendus de gymnico eius festi certamine, quod tunc institutum. Eusebius Chron. 1 rem exponit, sed in annum III Olympiadis LIII refert. Vide & Meursium de Regn. Ath. pag. 82; & Rutgersii var. Lect. pag. 31. (Add. Scaligerum ad Euseb. n. MCCCCLII.) * *l.* 6. τοῦδε, Μιλτιάδης) Etiam hic desunt quaedam. Non enim Hippoclides, qui proxime praecessit, Miltiadis huius secundi pater fuit, sed Cypselus, auctore Herodoto l. 6, c. 36. Hippoclidi au-

Digitized by Google

tem quisnam filius fuerit, non invenio. * *ibid.* ὦκησε) ὤκισε legit Casaubonus. (& Stephanus.) * *l.* 7. Ἑλλάνικος) Ut duo Pherecydae, ita & Hellanici duo fuerunt: unus Mitylenaeus, annis duodecim Herodoto grandior, alter autem Milesius, cuius aetas non satis cognita est. Hellanici cuiusdam mentionem facit Thucyd. l. 1, c. 97; eundemque reponit inter Atticos Historicos. qui forsan idem sit cum eo, cuius Asopis citatur a Marcellino. Vide Vossium de Historicis Gr. l. 1, c. 1, & l. 4, c. 5. * *l.* 9. Θρᾷκες καὶ &c.) Herodotus hanc historiam refert, sed ita ut Marcellinum alios auctores esse secutum appareat. Quin & Θρᾷκες οἱ Δόλογκοι ex Herodoto rescribendum mallem: cum Δόλογκοι (teste Stephano) ἔθνος Θρᾴκης, Δόλοπες ἔθνος Θεσσαλῶν. * *l.* 12. καταφεύγουσιν ἐπὶ τὰ &c.) Ἐς Δελφοὺς ἔπεμψαν τοὺς βασιλέας περὶ τοῦ πολέμου χρησομένους. Herodot. l. 6, c. 34. * *l.* 13. εἰδότες ὅτι &c.) Δεινὸς γὰρ εὑρεῖν κάξ ἀμηχάνων πόρον. Aeschylus in Prometheo vincto, v. 59. Carmen hoc ipsum citat & Aristophanis Scholiastes ad Equites; & πόρους legit, sicuti Marcellinus. * *l.* 14. Θεῶν γὰρ ἰσχὺς &c.) Ita edidit Stephanus. Θεῶν γὰρ ἰσχὺς καὶ κατ' Αἰσχύλον ὑπερτέρα. πολλάκις δ' ἐν κακοῖσι τὸν ἀμήχανον καὶ χαλεπὰς *** ὑπέρ τε ὀμμάτων κριμναμένων νεφελῶν ὀρθοῖ. Ald. Flor. Bas. In optimis Aeschyli editionibus (Trag. ἑπτὰ ἐπὶ Θηβαῖς. v. 232.) legitur: «Ἔστι θεοῖς δέ τ' (δ' ἔτ' al.) ἰσχὺς καθυπερτέρα· «πολλάκι δ' ἐκ κακοῖσι τὸν ἀμήχανον «ἐκ χαλεπᾶς δύας, ὕπερθ' ὀμμάτων κρημναμέναν νεφέλαν ὀρθοῖ.

Pag. VI. *l.* 7. Πρὸ τῶν ὄρων &c.) Procul dubio legendum, πρὸ τῶν θυρῶν καθεζομένῳ τῆς αὐτοῦ οἰκίας. nam Herodotus disertim refert, eum sedisse ἐν τοῖσι προθύροισι τοῖσε ἑωϋτοῦ. est autem ortus error e compendio literarum, & prava pronuntiandi ratione. Rutgersius. * *l.* 10. ὁρῶν οὖν &c.) ὁρέων τοὺς Δολόγκους παριόντας, ἐσθῆτα οὐκ ἐγχωρίην ἔχοντας, καὶ αἰχμὰς &c. Herodot.

Pag. VII. *l.* 1. Οἱ μὲν οὖν &c.) Ita Herodotus rem narrat, quem vide l. 6, c. 35. * *l.* 4. οἷς καὶ προσδοὺς) ὃς καὶ προσδοὺς legendum existimat Casaub. * *l.* 8. ἀποθανόντος δὲ μετὰ παιδὸς αὐτοῦ) ἀποθανόντος δὲ ἄπαιδος αὐτοῦ. Idem. (& Steph.) Ἀποθανόντος δὲ μὲν ἄπαιδος αὐτοῦ. Rutgersius. * *l.* 9. Στησαγόρας) Lapsus est Marcellinus, & cum eo Aristophanis interpres, qui hunc Stesagoram Miltiadis Cypseli fratrem uterinum faciunt, cum fuerit fratris eius uterini

Digitized by Google

filius. Cypſeli enim uxor, mater Miltiadis, (qui morieba-tur ἄπαις, ut conſtat ex Herodoto, l. 6, c. 38.) Cypſelo mortuo, nubit Teſagorae, ſive Tiſagorae, ut eum vocat Ariſtidis Schol. (Id enim ex eo liquet, quod Cimonem Miltiadis tertii patrem, Teſagorae quidem filium, Miltia-dae vero Cypſeli fratrem uterinum fuiſſe tradit Herodo-tus l. 6, c. 38. Quod fieri non potuit, niſi Cypſeli uxor eo mortuo Teſagorae nupſerit.) Teſagoras ex ea Cimo-nem ſuſcepit, qui ob ſtultitiam Κοάλεμος dictus fuit. Hunc patrem Miltiadis tertii, & Cimonis eius filii avum fuiſſe conſtat. Nam Cimoni duo filii fuere, Teſagoras & Miltia-des, ut liquet ex Herodoto l. 6, c. 38 & 39. Hic Miltia-des ad Marathonem vicit: qui male a Cornelio Nepote cum Miltiade Cypſeli confunditur, ut Cimon Coalemus a Plutarcho cum Cimone Miltiadis tertii filio. Miltiadi huic liberi fuere tres: Metiochus & Elpinice, e muliere ignota, quam Atticam fuiſſe Marcellinus ait; ex Hegeſipyla, Olo-ri Thraciae regis filia, Cimon, dux clariſſimus. Vide Rut-gerſium in Var. Lect. p. 37 & 44. * *l.* 14. λαμβάνει Θρᾳκῶν) Vide Herodotum l. 6, c. 39.

Pag. VIII. *l.* 5. Ἡ δὲ ναῦς) Vide eundem, l. 6, c. 41. * *l.* 9. ἐχθρῶν) Lacunas in editt. Ald. Flor. Baſ. hiſce verbis (quae uncis incluſa vides) feliciſſime ſupplevit Iſ. Caſau-bonus, ex Suida, ut credo, in voce Μιλτιάδης. (Stepha-nus hic annotat: lego τῶν ἐχθρῶν ex Suida: unde & reli-qua ſupplevimus, quae hic notis incluſa vides.) * *l.* 12. στρατηγὸς) κατήγορος Ald. Flor. Baſ. * *l.* 13. οὖν κατάγε-σθαι) Inter οὖν & κατάγεσθαι, ut & mox inter καὶ & μέταλλα deerat aliquid in codice, unde Marcellinum de-ſcripſit Aldus. * *l.* 14. Θουκυδίδου γένος.) Si nullis aliis argu-mentis (praeter ea, quae ſequuntur) adductus, ſibi & aliis perſuaſerit Marcellinus, Thucydidem a Miltiade genus du-xiſſe, metuo ut eorum ſententia verior ſit, qui, Hermip-pum ſecuti, eum a Piſiſtratidis originem habuiſſe teſtati ſunt. In eadem tamen, qua Marcellinus, opinione graviſſimum ſcriptorem Plutarchum eſſe video. Rutgerſius. * *ibid.* καὶ μέ-γιστον τεκμήριον) Argumentum plane ſiculneum: ſi enim omnes opulenti e Miltiadis genere putandi ſint, quid fiet Craſſo? aut ſi omnes, qui fodinas in Thracia poſſident, quid ipſius Thucydidis coniugi, quam & divitem, & fo-dinas in Thracia poſſediſſe, ipſe Marcellinus ſcribit. Idem.

Pag. IX. *l.* 2. Τισὶν * εἶναι) τισὶν ἀδελφιδοῦς εἶναι legen-

Digitized by Google

dum coniicit Iſaacus Caſaubonus. (& Stephanus.) *l. 3. μηδεμίαν μνήμην) Thucydides tamen non obſcuram ſui mentionem facit, lib. 4, c. 104: Θουκυδίδην τὸν Ὀλόρου, ὃς τάδε ξυνέγραψεν &c. & paulo infra: Θουκυδίδην κτῆσίν τε ἔχειν τῶν χρυσείων μετάλλων &c. & lib. 5, c. 26: Γέγραφα δὲ καὶ ταῦτα ὁ αὐτὸς Θουκυδίδης Ἀθηναῖος &c. Ae. Port. *l. 8. ἡ στήλη) ἔχουσι δὲ καὶ αἱ στῆλαι ἐπιγραφὰς τοῦ ἑκαστος ἀπέθανεν. Schol. Ariſtoph. p. 560 ed. Aurel. *l. 11. Μελιρίσι) Μελιτίσι omnino ſcribendum. Pauſanias in Atticis, Θουκυδίδει μνῆμά ἐστιν οὐ πόρρω πυλῶν Μελιτίδων. (Haec eſt emendatio Stephani, & Caſauboni in ed. Porti: quam etiam ſequitur Petitus in leg. Attic. pag. 495, 497. Pauſaniae locus eſt Attic. cap. 23. Quae hic de nomine patris Thucydidis ſcribit Marcellinus, non potuerunt adducere Stephanum in Annotat. ad Thucydidem pag. 271, ut ei ac Didymo potius aſſentiri vellet, quam pleriſque aliis vetuſtis ſcriptoribus, qui patrem Thucydidis Ὄλορον vocant, non Ὄρολον. Ita Thucydides ipſe IV, 104. Dionyſius Halicarn. de Arte rhetorica cap. 6 in princ. Pauſaſanias Attic. cap. 23. Plutarchus in Cimone princip. Ariſtides Tom. III, pag. 200 ed. Cant. Themiſtius Orat. IV, pag. 60 ed. Hard. Agathias Lib. II, p. 62. Photius Biblioth. Cod. X, ubi male editum eſt Ὀλουρε, pro Ὀλορε. Suidas in Θουκυδίδης & ὀργᾶν, qui etiam in Ὄλορος ad patrem Thucyd. reſpicere potuit, & Schol. Dionis Chryſoſtomi in Scholiis Morelli ad Dionem pag. 106. Si Didymus columnam in ſepulcro Thucydidis poſitam ſua aetate ſuperfuiſſe, & inſcriptionem illius ſibi lectam teſtatus fuiſſet, reſponderi poſſet, omnia loca ſcriptorum veterum, in quibus patri Thucydidis Oloro nomen eſt, e ſcriptura columnae emendanda eſſe. Sed hoc non liquet e verbis Marcellini, e quibus nihil aliud colligi poteſt, quam Didymum teſtimonium columnae ad ſententiam ſuam ſtabiliendam adhibuiſſe: quod ille etiam diu poſt eam abolitam fama quadam accepiſſe potuit. Hoc quoque ſcrupulum iniecit, quod Marcellinus regem Thracum, cuius nomen patri Thucydidis impoſitum fuit, & Ὄλορον appellat, & quod Herodotus VI, 39 & 41 Ὄλορον regem Thracum memorat. Tamen viri eruditiſſimi Voſſius II Inſtitit. Orator. 13, 3, & I de Hiſtor. Graec. 4, itemque Fabricius II Biblioth. Graec. 25, 1, Didymi & Marcellini auctoritatem ſequi malunt.) *l. 14. ὄντως) ὄντος malit Ae. Port. *ibid. ξένος γὰρ οὐδείς)

Habebant quidem gentes & familiae ſua ſingulae monumenta: unde Demoſthenes in Orat. adverſus Macaratum, ἐν τῷ μνήματι Βουσελιδῶν πάντες οἱ ἀπὸ τοῦ Βουσέλου γενόμενοι κεῖνται. Sed utrum hoc religioſe adeo obſervatum fuerit, ut neminem iiſdem monumentis, niſi qui eiuſdem familiae eſſet, inferre liceret, ſtatuere non auſim. Rutgerſius de rei veritate, ut & de validitate argumenti, quo Marcellinus Thucydidem probat Miltiadis genere oriundum, ſubdubitat, quod Cimonis monumentis, Herodotum, qui ab ea familia alienus, illatum eſſe, idem ille Marcellinus auctor ſit.

Pag. X. *l.* 1. Πολέμων) Hunc Polemonis librum περὶ ἀκροπόλεως citat Athenaeus l. 11 & 13, ut & Strabo l. 9, & Harpocration in Νεμέας χαράδρα. Vide Meurſii Cecropiam, c. 2. * *l.* 2. καὶ θεὸ * αὐτῷ γεγενῆσθαι) καὶ Τιμόθεον υἱὸν αὐτῷ γεγενῆσθαι, cum Caſaubono (& Stephano) legendum cenſeo. Filium enim Thucydidi fuiſſe, qui Timotheus appellabatur, conſtat ex Suida, in voce Θουκυδίδης. * *l.* 3. ὁ δὲ Ἑρμιππος) Forſan & hic Hermippus βιογράφος, cuius ſaepius meminit Diogenes Laërtius, & quem (ut puto) laudat Ioſephus l. 1 contra Appionem, hiſce verbis: Πολλοὶ δὲ καὶ περὶ αὐτὸν ἱστορήκασι, καὶ τούτων ἐπισημότατός ἐστιν Ἑρμιππος, ἀνὴρ περὶ πᾶσαν ἱστορίαν ἐπιμελής. De hac Hermippi opinione (quam firmat Schol. Thucyd. ad I, 20) vide quae ſupra monuimus. * *l.* 4. διαφθονεῖν) Rectius forſan διαφωνεῖν ſcribendum. * *l.* 6. λέγοντα ὡς) Vide Thucyd. VI, 54 ſq. * *l.* 9. Σκαπτῆς ὕλης) Σκαπτησύλης malit Ae. Port. nam Σκαπτησύλη dicitur Stephano περὶ πόλεων, & Latinis (ut Feſto & Lucretio) Scaptenſyla & Scapteſyla. Marcellino tamen noſtro bis adhuc diviſis plane vocibus ſcribitur, adeo ut veriſimile non ſit, toties librarii calamum aberraſſe, quod & extra omnem controverſiam ponit Plutarchus in Cimone, p. 480 ed. Francof. & de exſilio, p. 605. (Holſtenius ad Stephanum v. Σκαπτησύλη) De Scapteſyla fuſe Vincentius Contarenus lib. var. Lect. c. 29, p. 116. (Pinedo ad Stephanum v. Σκαπτησύλη dicit, in Plutarcho perperam legi Σκαπτὴ ὕλη. Non magis ibi perperam legitur, quam in Herodoto VI, 46, & Theophraſto de lapidibus; ex ſententia Leopardi, (a qua tamen diſceſſit Heinſius, in cuius edit. Theophraſti pag. 393 eſt Σκαπτησύλη) qui haec loca VII Emendation. 20 indicavit, nec non Euſtathio ad Dionyſium pe-

Digitized by Google

rieg. v. 517 locum Herodoti deſcribente. Utroque modo dictum fuiſſe probabile facit gentile Σκαπτησυλίτης apud Stephanum. Dacerius ad Feſtum annotat, Stephano & Plutarcho Σκαπτησύλην eſſe. Hoc de Stephano verum eſt, non de Plutarcho; niſi fortaſſis, ut benigne interpretemur, eo reſpexit, quod quidam Mſſ. Plutarchi in Cimone Σκαπτησύλη habent. De controverſia inter Lambinum & Giſanium, quorum ille in Lucretio VII, 810, Scapteſula, hic Scaptenſula ſcribendum contendit, Contarenus pronuntiat, ferri poſſe utramque ſententiam, ſed ſe propter Mſſorum Lucretii & Feſti conſenſum, qui Criticis omnibus ſemper magnifaciendus ſit, poſteriorem praeferre. Et hoc videtur probaſſe I. Fr. Gronovius ad Liv. XXIX, 27. Scapteſula Leopardus l. d. idque in Herodoti interpretatione Latina expreſſit Iac. Gronovius. Dudum de hac ratione ſcribendi egerunt viri docti, Politianus v. Ep. 3, Pierius ad Virgilium II Ecl. 1, I Aen. 363, & VIII, 184. Muretus ad Ciceron. II Philipp. 18, qui amplius cogitandum dicit, ſi cui ea res tanti ſit, Guyetus ad Terent. Eunuch. Prol. v. 10, & alii apud Dauſqueium in Orthographia. Sed eam non tam novam eſſe, ut quidam putarunt, conſtat e fragmentis legis Thoriae A. U. C. IↃCXLVI, & legis Serviliae A. U. C. IↃCLXVI latae, apud Sigonium II de Antiq. Iur. Ital. 2, & II de Iudic. 27. quorum in illo *quotiens*, in hoc *die vicenſumo* eſt.

Pag. XI. *l.* 13. Ἀναξαγόρου) Euripidem Anaxagorae auditorem fuiſſe tradunt Diogenes Laërtius, & Cicero lib. 3 Tuſc. quaeſt. aliique, quos citavit Menagius in ſuis ad Diogenem obſervationibus p. 77 ed. Amſtel. atque illum ὑπερφυῶς admiratum eſſe Periclem ſcribit Plutarchus. Verum Thucydidis, ut diſcipuli Anaxagorae, nemo, ut credo, alius meminit. * *ibid.* ὅθεν, φησὶν) Ita primus edidit Ae. Port. Ὅθεν (φησὶν ὁ Ἀντυλλος) καὶ ἄθεος ἡρέμα ἐνομίσθη, τῆς ἐκεῖθεν θεωρίας ἐμφορηθείς. ἤκουσε δὲ διδασκάλων, Ἀναξαγόρου μὲν ἐν φιλοσόφοις, Ἀντιφῶντος δὲ &c. Ald. Flor. Baſ. Steph. 1 & 2. Verum verba tranſpoſita eſſe monuit H. Steph. * *l.* 14. Ἀντυλλος) Ex enarratore noſtro (ad III, 95, IV, 19 & 28.) coniicio, Antyllum hunc (quem rhetorem appellat Suidas) Scholia quaedam conſcripſiſſe, aut Criticam exercuiſſe in Thucydidem.

Pag. XII. *l.* 1. Ἀντιφῶντος) Quod Caecilius (ut eſt apud Plutarchum lib. de Vitis X Rhet.) tradit, Antiphontem fuiſ-

Digitized by Google

se Thucydidis discipulum, id verum esse minime arbitror. Sed video, quid deceperit sive Caecilium, sive Plutarchum. Duo enim fuere Antiphontes, ut docet Hermogenes lib. 2 περὶ Ἰδεῶν. Ex his priorem, qui Rhamnusius dicitur, Thucydidi magistrum fuisse censeo: quod Suidae etiam testimonio comprobatur. posteriorem autem verisimilius est Thucydideae dictionis (ut nonnulli volunt eruditi) aemulum fuisse. Vide Vossium de Rhetor. nat. & constit. c. XI, p. 73, & Ionsium de Scriptoribus Histor. Philos. p. 322. (add. Florent. Christian. ad Aristoph. Vesp. v. 1262. *l. 2. τῇ ὀγδόῃ) Vide Thucydidem l. 8, c. 68. *l. 6. σεσιώπηκεν) Utrum hoc vere de Thucydide pronuntiet, incertum: nam varia de morte Antiphontis tradunt Historici, ut constat ex Plutarchi libello de Vitis X Rhetorum. *l. 12. πεμφθεὶς γὰρ) Vide Thucydidem lib. 4, c. 104 sqq.

Pag. XIII. *l.* 5. φυγαδεύουσιν αὐτὸν) Exsilii sui meminit Thucyd. l. 5, c. 26 hisce verbis: καὶ ξυνέβη μοι φεύγειν τὴν ἐμαυτοῦ ἔτη εἴκοσι μετὰ τὴν ἐς Ἀμφίπολιν στρατηγίαν. *l. 6. πλουτῶν) Valde dives erat, secturas aureas in Thracia possidens. lib. 5, c. 105. *l. 8. Σκαπτῇ ὕλῃ) Σκαπτησύλῃ legit Ae. Port. ut supra Σκαπτησύλης. Festus Scapteſulam in Macedonia collocat: sed facile Marcellino potest conciliari. Nam Graeci, quidquid erat trans Nessum ad Orientem, Thraciam appellarunt, in qua regione fuisse videtur Scaptesula: Romani autem Macedoniam subactam magis adhuc ampliarunt, eiusque primam regionem constituerunt intra Strymonem & Nessum. Vide Vincentii Contareni Var. Lect. cap. 29, p. 116. (In Plutarchi Cimone p. 480 Mss. A. V. a Porto stant. Ibi quoque A. Θουκυδίδης μὲν Ἁλιμούσιος γέγονε τὸν δῆμον, non τῶν δήμων. Wass.) *ibid. ἔγραφε) Quod Historiam suam scripserit Thucydides, cum a patria remotus, atque in exsilium pulsus esset, clare indicat Cicero l. 2 de Orat. quod in Thracia περὶ τὴν Σκαπτὴν ὕλην, testis luculentus Plutarchus in libello de exsilio. *l. 9. Τιμαίῳ) Timaei plures fuere, de quibus adi Suidam, Vossium de Historicis Gr. & Ionsium de Scriptoribus Historiae Philos. Accipio de Timaeo Siculo Tauromenite. *l. 10. ἔγραφε δ') Aliter censet Dionysius Halicarn. cui Thucydides videtur iniquior patriae ob irrogatam exsilii mulctam. Verum ille in plerisque plus iusto acrior Thucydidis censor. *l. 12. Παρ' αὐτῷ non agnoscit Suidas, hunc Marcellini locum citans in vocibus ἀπήλαυσε & ἀπολαύειν.

Digitized by Google

Pag. XIV. *l.* 4. ἀποδράναι φησὶν) Herodot. l. 8, c. 94. Vide Plutarchum de malignitate Herodoti, pag. 870 ed. Francof. * *l.* 5. Τίμαιος δ') Τίμαιος ἠβουλήθη μείζω ποιεῖν Τιμολέοντα τῶν ἐπιφανεστάτων θεῶν. Suidas, quem vide in voce Τίμαιος, ut & Plutarchum in vita Timoleontis. * *l.* 7. Φίλιστος) Refert Plutarchus, quod Philiſtus omnium hominum ſtudioſiſſimus fuerit Tyrannorum: praeſertimque Dionyſii iunioris. Quaere in vita Dionis, p. 974 ed. Francof. * *l.* 8. Ξενοφῶν) Vide Xenophontem de Expeditione Cyri, in fine libri tertii, & Diogenem Laërtium lib. 2, Segm. 50. cum quibus confer Suidam in v. Μένων. * *l.* 11. Θουκυδίδαι πολλοὶ) Τέσσαρες δέ εἰσι Θουκυδίδαι Ἀθηναῖοι. ὁ ἱστοριογράφος, καὶ ὁ Γαργήττιος, καὶ ὁ Θετταλὸς, καὶ ὁ Μιλησίου υἱός. Schol. Ariſtoph. p. 405, 498. (Acharn. v. 703, & Veſp. 941. vid. Meurſium V. Lection. Attic. 26. ubi non Μιλησίου, ſed Μελησίου ſcribendum contendit.) * *l.* 12. Μιλησίου) Cuius meminerunt Plato, Plutarchus in Pericle, Athenaeus, & Thucydides noſter, l. 1, c. 117. * *l.* 13. διεπολιτεύσατο) Sunt, qui praeferunt ἀντεπολιτεύσατο. Sed nihil mutandum. Nam ἀντιπολιτεύεσθαι, pro διαπολιτεύεσθαι, de contrariis partibus non raro poſitum invenimus, praeſertim apud Polyaenum & Plutarchum. Vide plura apud Caſaubonum ad Polyaeni Strategemata, p. 45 ed. Lugdun. (Lib. I, cap. 21 & 31. Stephanus hic coniiciebat ἀντεπολιτεύσατο, & in Annotat. in Scholia Graeca ad paginam 1 συνδιεπολιτεύσατο, aut συνεπολιτεύσατο. vide ibi.) * *ibid.* Φαρσάλιος) Hunc memorat Thucyd. l. 8, c. 92, & idem eſt (ut puto) qui Scholiaſti Ariſtoph. dicitur Θεσσαλός. nec forſan alius eſt eiuſdem Γαργήττιος ab eo, qui apud Marcellinum Ἀχερδούσιος audit. * *l.* 14. Πολέμων) Vixit Ptolemaei Epiphanii temporibus, atque librum inſcripſit, teſte Strabone l. IX, περὶ τῶν ἀναθημάτων τῶν ἐν τῇ Ἀκροπόλει. Vide Meurſii Cecropiam c. 2, & Voſſium de Hiſtoricis Gr. l. 1, c. 18.

Pag. XV. *l.* 3. Ἀνδροτίων) Huius meminere Pauſanias, Plutarchus, Aelianus, Clemens, aliique. Videſis Voſſium de Hiſt. Gr. l. 3. * *l.* 4. Πραξιφάνης) Memoratur a Laërtio in vita Platonis. * *l.* 6. Χοιριδίῳ) Χοιρίλῳ mallem cum Caſaubono, (& Stephano.) Nam Choerilum vixiſſe Thucydidis temporibus conſtat. Choeridium autem in Graecorum monumentis fruſtra quaeras. De poëtarum, quos memorat, aetate, vide Voſſium de Poëtis. * *l.* 7. ἐπεὶ μὲν ἔζη

Digitized by Google

&c.) Cur hoc dicit, nulla prorsus coniectura assequi possum. *l. 11. ἰκρίον γὰρ) Illis, quibus sepultura legibus denegata erat, Cenotaphia exstrui solebant intra Atticae fines, sed impositā tumulo cruce. Vide Petiti Comment. in leges Atticas p. 562. De voce ἰκρίον consule Lipsii notas ad libellum de Cruce. (Haec in Suida v. ἰκρίον, sub nomine Thucyd. ita perperam leguntur: Ἰκρίον γὰρ ἐπὶ τοῦ τάφου κεῖται τοῦ κενοταφίου. Θουκυδίδης. Γνώρισμα ἐπιχώριον κ. τ. Α. τ. ἐπὶ δυστυχίᾳ τ. κ. μ. ἐ. Α. τ. Quae hinc emendari possunt. Petitus ἰκρίον esse crucem cenotaphio impositam, quomodo ante eum etiam alios hoc accepisse scribit Lipsius in Notis ad lib. I de Cruce cap. 4, colligit ex Epigrammate Flaminini in Alcaeum poëtam apud Plutarchum in Flaminino; sed coniectura, ut mihi videtur, non valde firma. Varias significationes huius vocabuli habent veteres Lexicographi, Eustathius ad Homerum compluribus locis, Scholiastes Apollonii Rhod. 1 Argonaut. v. 566, & Scholiastes Aristophanis Nub. v. 226; quorum nemo ἰκρίον crucem interpretatus est. Lipsius putat *tabulam*, sive lignum *navale* fuisse.)

Pag. XVI. *l.* 1. ἀπὸ τῆς φυγῆς) Oenobium de Thucydide ab exsilio revocando decretum obtinuisse, ipsumque etiam Thucydidem post reditum dolo fuisse peremtum, scribit Pausanias in Atticis, pag. 21 ed. Francof. (Attic. cap. 23.) *l. 3. Ζώπυρον) Idem, puto, est hic Zopyrus cum illo Byzantio, cuius meminit Plutarchus in Parall. min. c. 36. Vide Vossium de Hist. Gr. l. 3. *l. 4. Πεισιστρατιδῶν) Nam pertinaci adeo odio eos habuerunt, ut ne quidem accepta in Sicilia clade in discrimen summum adducti, post annos nonaginta duos, cum exsulibus quibuscunque reditum darent, hos recipere voluerint. Vide Meursii Pisistratum c. 16. *l. 8. εἰ γὰρ οὐκ ἂν ἐτέθη &c.) εἰ γὰρ ἂν ἐτέθη ἐν τοῖς πατρῴοις μνήμασι κρύβδην τεθεὶς, οὐκ ἂν &c. legendum existimat Ae. Port. (Addit Portus, vide infra, τὰ ὀστὰ αὐτοῦ κρύφα). Legendum ἢ κρυβδὴν τεθεὶς. ἤ, id est, alioqui. Steph. qui vertit, *quod si esset, nunquam ille in avito monumento positus fuisset.*) *l. 13. Φιλύχερος) Sc. in libro de Archontibus, de quo Anonymus ἐν Ὀλυμπιάδων ἀναγραφῇ, ad Olymp. c. 1, an. 111; quod opus pars erat commentariorum de Attica, ut existimat Vossius de Hist. Gr. l. 1, c. 18. *ead. Δημήτριος) Demetrium ἐν τῇ τῶν ἀρχόντων ἀναγραφῇ his citat Diogenes Laërtius in vita Thaletis: adeo ut mi-

Digitized by Google

rum sit, eius non meminisse in librorum Demetrii catalogo, quem contexit lib. 5, Segm. 81.

Pag. XVII. *l.* 1. Κράτιππος) Is, Thucydidi aequalis, qui (teste Dionysio Halicarn. in iudicio de Thucydidis historia) ea, quae a Thucydide omissa erant, scriptis complexus est. **l.* 7. ὑπὲρ τὰ πεντήκοντα ἔτη) Verisimile est, Thucydidem ultra sexagesimum annum vitam produxisse: cum (teste Gellio l. XV, c. 23.) initio belli Peloponnesiaci quadraginta annos natus fuisse videatur, atque (ut infra Marcellinus) obierit in Thracia post Peloponnesiacum bellum finitum. **l.* 11. ἀσαφῶς δὲ λέγων) De Thucydidis obscuritate in concionibus queritur Cicero, eamque rerum compressioni adscribit. nam verborum prope numerum sententiarum numero consecutus est. Quin etiam in Thucydide obscuritas a verbis provenit, ut vel illa indicant Dionysii Halicarn. εὐαρίθμητοί γάρ τινές εἰσιν, οἱ πάντα τὰ Θουκυδίδου συμβαλεῖν δυνάμενοι, καὶ οὐδ' οὗτοι χωρὶς ἐξηγήσεως γραμματικῆς ἔνια. (De Thucydidis imitatione Homeri, Pindari, & Prodici vid. Annotationes in Scholia Graeca ad IV, 133; & de Gorgiae παρισώσεσι Stephanum ad I, 2.

Pag. XVIII. *l.* 4. Γοργίου) Multum huic maximi quique viri, qui postea sunt secuti, debuerunt. nam, ut Philostratus in Epist. ait, Critias ac Thucydides acceptum illi referunt magnificum atque exaggeratum orationis genus, quod Philostratus vocat μεγαλόγνωμον καὶ τὴν ὀρρῦν. Floruit circa Olymp. LXXX. Vide Vossium de Rhetorices nat. & constit. c. 10. **l.* 7. Προδίκου) Protagorae discipulus fuit Prodicus, & aequalis Gorgiae, quem a καλλιλογία etiam Maximus Tyrius commendat, Differt. 7. Vide Suidam.

Pag. XIX. *l.* 7. τριῶν δ' ὄντων χαρακτήρων) De hisce vide Tan. Fabri praefationem ad Longini libellum vere aureolum περὶ ὕψους. (Descripsit ex hoc loco quaedam Suidas v. χαρακτῆρες.) **l.* 13. μέσον μὲν Ἡρόδοτος) Idem plane de eo Dionys. Halicarn. qui in libello *de vocum structura*, Herodotum medium characterem cum Homero secutum esse scribit. **l.* 14. ἰσχνῷ δὲ ὁ Ξενοφῶν) Ita diserte de eo Dionys. Halicarn. in praeceptis, *de oratione nuptiali*, extremis fere verbis.

Pag. XX. *l.* 1. Διό γε οὖν τὸ ὑψηλὸν) Sublimem esse Thucydidem fatetur Dionysius, eiusque characteri ἀξίωμα & ὄγκον assignat Hermogenes: ei autem gravitatem & maiestatem passim fere omnes concedunt. **ibid.* ποιητικῆς

Digitized by Google

πολλάκις &c.) Vide Dionyſium Halicarn. de Thucydidis Idiomate, & Longinum περὶ ὕψους, c. 20 & 34.

Pag. XXI. *l.* 13. Ξενοφῶντος) Fertur tamen de Xenophonte, (quemadmodum teſtatur Laërtius) quod cum Thucydidem poſſet ſupprimere, primus eius monumenta in lucem protraxerit: quo vel ſolo nomine, quantum illi debeant omnes, nemo non intelligit.

Pag. XXIII. *l.* 5. Θεόπομπος) Is res Graeciae inde, ubi deſinit Thucydides, hiſtoria complexus eſt, auctore Polybio in Excerptis de virtutibus & vitiis. Teſtatur & Anonymus ἐν Ὀλυμπιάδων ἀναγραφῇ, Theopompum res Graecas orſum eſſe, ubi deſierat Thucydides, annoſque complexum XVI, atque deſinere in navali pugna circa Cnidum. Hiſce adde Diodor. Sic. p. 442, 511. Vide Voſſium de Hiſtor. Gr. l. 1, c. 7; & Ionſium de Scriptoribus Hiſtor. Philoſ. l. 1, c. 9. * *l.* 7. Θουκυδίδης ἐν Ἀμφιπόλει) Vide lib. 4, c. 104 ſqq. * *l.* 10. Κλέωνι) Conſule l. 3, c. 36; l. 4, c. 21 ſq. 27 ſqq. & l. 5, c. 6 ſq. (v. Marcellin. p. XII ſq. Wass.)

Pag. XXIV. *l.* 2. Σκαπτῇ ὕλῃ) Σκαπτησύλῃ malit Ae. Port. Vide quae ſupra notavimus ad p. X & XIII. * *l.* 10. πρὸς τέρψιν τῶν ἀκουόντων) Vide lib. 1, c. 20 ſq. * *l.* 11. καὶ γὰρ ὠνόμασεν &c.) καὶ γὰρ κτῆμα ἐς ἀεὶ μᾶλλον ἀνθμασεν ἢ ἀγώνισμα τὴν ἑαυτοῦ ξυγγραφὴν legendum. quae lectio facile elicitur ex ipſomet Thucydide, I, 22. Ae. Port. (Et Stephanus.) * *l.* 15. Δελφίς ἐστιν) Vide Herodotum l. 1, c. 23, 24.

Pag. XXV. *l.* 5. περὶ Τηρέως) Lib. 2, c. 29. * *l.* 6. Κυκλώπων ἱστορία) Initio libri ſexti. * *l.* 7. καὶ ὁ Ἀλκμαίων &c.) Fortaſſe legi poteſt, καὶ ὁ Ἀλκμαίων δὲ ὁ Ἀμφιάρεω μνημονεύεται, ἔνθα τὰ περὶ τὸν Ἀχελῶον καὶ τὰς πρὸ αὐτοῦ νήσους ἱστορεῖ. Caſaub. (Ita Stephanus in edit. 2.) Alcmaeonis meminit Thucydides in fine libri ſecundi, unde correctionem huius loci ſatis commodam ſumere potes: Καὶ ὁ Ἀλκμαίων, ὅτε σωφρονεῖν ἔμελλε, μνημονεύεται, ἔνθα τὰ τῆς σωφροσύνης αὐτοῦ ἐν νήσῳ ποιεῖ. i. e. ἔνθα τὴν πρότερον αὐτοῦ σωφροσύνην οὐκ ἄλλως ἂν γενέσθαι λέγει. ἢ ἐν ἐκείνῃ τῇ γῇ, ἣν νῆσον καλεῖ, καὶ ἥτις οὕτω ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἐκαύθη, οὐδὲ γὴ ἦν, ὅτε τὴν αὐτοῦ μητέρα ἔκτεινε. τὴν δὲ τοῦ Ἀχελῴου πρόσχωσιν ὡς νῆσον ἤδη πεπαυμένην καὶ νῆσον ἠπειρωμένην νοεῖ. Ae. Port.

Pag. XXVI. *l.* 6. Γοργίου) Vide ad pag. XVIII.

Pag. XXVII. *l.* 2. αἰεὶ) Si αἰεὶ pro ἀεὶ uſurpaverit Thu-

Digitized by Google

cydides, in hoc receſſit ab Atticorum conſuetudine, quibus familiare eſt literam ι vocibus auferre. In libris quidem impreſſis ἀεὶ plerumque obtinuit, in Mſſ. utroque modo ſcribitur. * *l.* 5. Παγχάλεπον, καὶ Ἀμαρτάδα) Hae duae voces παγχάλεπον & ἀμαρτάδα nullibi, quod ſciam, apud Thucydidem exſtant. * *l.* 7. Ἐπιλύγξαι) Locus corruptus. (Steph. Fort. ἐπηλυγάζεσθαι. vid. ad VI, 36.) * *l.* 8. Ἀποσίμωσις) Mallem ἀποσιμῶσαι. (Vid. lib. IV, cap. 25.)

Pag. XXVIII. *l.* 8. Ἡροδότου) Hellanicus, Herodotus, Thucydides, hiſtoriae ſcriptores in iiſdem temporibus fere laude ingenii floruerunt, & non nimis longe diſtantibus fuerunt aetatibus. Nam Hellanicus initio belli Peloponneſiaci fuiſſe quinque & ſexaginta annos natus videtur: Herodotus tres & quinquaginta: Thucyd. quadraginta. Scriptum hoc in libro undecimo Pamphilae. Gellius l. 15, c. 23. * *l.* 9. Ἡρόδοτος μέμνηται) Lib. 9, c. 100. (Si Marcellinus hiſtoriam tangit, quam Thucydides in principio lib. II narrat, alius quaerendus eſt locus Herodoti: nam in eo, quem hic annotat Hudſonus, de proelio ad Plataeas inter Perſas & Graecos, Mardonio Perſarum & Pauſania Graecorum duce, facto agitur, quo irruptio Thebanorum in urbem illam quadraginta prope annis poſterior fuit.) * *l.* 11. λέγεται δὲ &c.) Meminere huius rei, Lucianus, Photius in Bibliotheca, & Suidas in voce Θουκυδίδης. (& v. ὀργᾶν. WASS.)

Pag. XXIX. *l.* 2. ἐτελεύτησε δὲ) Vide pag. XV & XL. * *l.* 7. τῶν Πυλῶν) Sc. Melitidem, iuxta quam Thucydidis monumentum erat, teſte Pauſania in Atticis. καὶ οἱ δολοφονηθέντι, (de Thucydide illi ſermo) ὡς κατῄει, μνῆμά ἐστιν οὐ πόρρω πυλῶν Μελιτίδων.

Pag. XXXI. *l.* 8. τρεισκαίδεκα ἱστορίας) Thucydideae Hiſtoriae in tredecim libros diviſionis meminit Scholiaſtes ad II, 78. * *l.* 9. ἄλλως) Scil. in novem, teſte Diodoro Siculo, l. 12, p. 306, & l. 13, p. 352 ed. Steph. * *l.* 11. Ἀσκληπιός.) Eſt hic Aſclepius unus ex iis, qui Scholia ſcripſiſſe in Thucydidem feruntur. Vide Schol. ad I, 56.

Pag. XXXII. *l.* 5. Ὀλόρου τοῦ Θρᾳκῶν βασιλέως) Cimon Miltiadis filius (ut ſcribit Plutarchus) matrem Hegeſipylam habuit natione Threſſam, filiam regis Oroli. Hinc & Thucydides hiſtoricus, Cimonis propinquus, patrem habuit Orolum, qui ad generis auctorem retulit ſimilem no-

Digitized by Google

minis appellationem. Quibus ex verbis constat, Suidam errare, cum dicit Thucydidem paternum genus duxisse ab ipso Oloro rege Thracum. Nam quia mater fuit oriunda ab Oloro, inditum patri Thucydidis nomen avi materni. Vide Fab. Paulinum in Thucydidem de Peste Athen.

Pag. XXXIII. *l.* 8. Τρέποντας) Lib. I, cap. 59, ubi vid. Steph.

Pag. XXXIV. *l.* 3. ΘΟΥΚΥΔΙΔΗΣ) Hanc vitam Thucyd. ab Anonymo conscriptam, & editt. Ald. Flor. Bas. Steph. 1 praefixam, interpretatione donavit Barthol. Parthenius Benacensis: sed cum nonnullis in locis mentem auctoris male assecutus sit, eius versionem paululum immutavimus. (Haec quoque in Reg. & Cass. Codd. sunt, sed in Cass. admodum recenti manu scripta. Titulus est Θουκυδίδου βίος.)

Pag. XXXV. *l.* 1. ὅτι ἂν ᾧ) ὑπέπτως τῷ πλήθει διὰ δόξαν δεινότητος διακείμενος, τοὺς μέντοι ἀγωνιζομένους, καὶ ἐν δικαστηρίῳ καὶ ἐν δήμῳ πλεῖστα, εἴς ἀνὴρ, ὅστις ξυμβουλεύσαιτό τι δυνάμενος ὠφελεῖν. Thucyd. l. 8, c. 68. (Ὅτι ᾧ συμβ. Reg. ὅτι ἂν ᾧ συμβ. Cass. Paullo post pro ἄριστα ἐκ. Reg. ἄριστος ἐκ.) * *l.* 6. καὶ σὺν αὐτῷ) Vide Plutarchum in vita Antiphontis. Eum cum Phrynicho ac decem aliis a Quadringentis Lacedaemonem missum narrat Thucydides VIII, 90. * *l.* 9. στρατηγικὸς δὲ ἀνὴρ) Vide Thucyd. lib. 4, c. 104 sq. (Στρατηγὸς ικὸς δὲ ἀμελὴς ὁ Θουκυδίδης Cass. ἀμελὴς etiam Reg.) * *l.* 12. βραδύτητος) βραδυτῆτος Cass. sic Thucyd. v. 75. Vid. Etymolog. M. v. ἀνδροτής. Mox Ἰόνα pro Ἠιόνα bis Reg. & Cass. & κατέπλευσεν εἰς Ἀμφίπολιν iidem.

Pag. XXXVI. *l.* 7. Κλέων δὲ ἀπέθανεν) Thucyd. l. 5, c. 10. * *l.* 8. Βρασίδας) ὁ Βρασίδας Reg. Cass. * *l.* 10. Ἀγνόνεια) Ἀγωνεια idem & Thucyd. l. c. c. 11. * *l.* 15. ξυγγραφῇ) συγγραφῇ, & paulo post συμφορὰς Cass.

Pag. XXXVII. *l.* 11. Καὶ ante αἱ deest Reg. Cass. * *l.* 12. τὴν δευτέραν ναυμαχίαν) Vide Xenophontis Hist. Gr. initio libri primi, & Diodorum Siculum. l. 13, p. 354. (Hudsonus, vel Parthenius, supplevit in interpretatione verbum, a quo hi accusativi pendent: nam vertit, *neque enim* complexus est *secundam pugnam navalem*. Videtur vel e praecedente γράφειν repetendum ἔγραψε, vel paulo post distinguendum ἦν Θεόπομπος, εἶπεν.) * *l.* 13. τὴν περὶ Κύζικον) Diodor. Sic. l. 13, p. 357. * *l.* 14. τὴν ἐν &c.) Xenophontis Hist. Gr. l. 1. * *l.* 15. Ἀργινούσαις) Ἀργεννούσαις Cass.

Digitized by Google

Pag. XXXVIII. *l.* 2. τὴν ἐν Αἰγὸς) Diodor. Sic. l. 13, & Xenophon in Hiſt. Gr. l. 2. (Paulo ante ἀλλὰ τὸ κεφάλ. Reg.) * *l.* 14. τοῦ Πυριλάμπους) Vide Xenoph. Hiſt. Gr. l. 2, ubi recenſet Tyrannorum nomina. Vide etiam Meurſii Att. lect. lib. 4, c. 5.

Pag. XXXIX. *l.* 1. μεγαλόφρων δὲ) Non intelligo, quomodo haec de peculatu accipere potuerit interpres. Locus corruptus videtur. * *l.* 6. ἐξοστρακίζεται) καὶ ἐξοστρακίζεται Mſ. * *l.* 11. μετὰ δὲ τὴν ἱστορίαν) Idem etiam a Dionyſio Halicarnaſſeo & quibuſdam aliis factum eſt. (Δὲ abeſt ab utroque Cod.) * *l.* 13. ὥσπερ τῆς Δήλου) Lib. I, c. 8. * *l.* 14. Εὐθύνου) Εὐθυδήμου Dodwell. in Annalib. Thucyd. Ann. VI belli Peloponn. In Thucyd. VI, 69 idem nomen corruptum erat in Εὔδημος. vid. ibi. * *l.* 15. Ἐς τὴν τελευτὴν) Lib. I, cap. 18.

Pag. XL. *l.* 1. μεγίστη) δὴ μεγίστη Caſſ. paulo poſt ὡς δ' εἰπεῖν uterque Cod. & ἐπὶ πλεῖστον Caſſ. vid. Thucyd. lib. 1 princ. * *l.* 5. τελευτήσας) Potius diſtinguendum poſt τελευτήσας δ', quam poſt Ἀθήνησιν. (τελευτήσας δὲ, Ἀθήνησιν Caſſ. δὲ etiam Reg. ſed ſine diſtinctione. * *l.* 6. Μιλτιάδων πυλῶν) Omnino legendum Μελιτίδων πυλῶν. (Ita Reg. & Caſſ.)

Digitized by Google

NOTITIA LITERARIA
DE
THUCYDIDE
EX
Io. Alb. Fabricii Bibliotheca Graeca lib. II, cap. XXV.

Thucydidis vita a Marcellino scripta. Ac de Thucydide ipso, eius aetate, exsilio & sepultura. Ἰχρίων Cenotaphio impositum.

THUCYDIDES ex Alimusio populo Athenienſis, ad Miltiadem genus ſuum retulit, ſi creditur *Marcellino* Rhetori, [1] qui vitam Thucydi-

1 De hoc *Marcellino* dixi libro IV in Hermogene, quem commentariis illuſtravit. Vita Thucydidis, quae ſub Marcellini nomine exſtat, ab Aldo primum Graece cum Thucydide edita, a *Bartholomaeo Parthenio* Benacenſi, & poſtea ab *Iſ. Caſaubono* Latine verſa, & ab Aemilio Porto & V. Cl. Iohanne Hudſono illuſtrata, laudatur a Suida in ἀπήλαυσε & ἀπολαύειν, & manu exarata exſtat in Bibl. regis Galliae cod. 1411, & in Bibl. Marquardi Gudii. Mihi videtur eſſe ἀποσπασμάτιον operis Rhetorici, in quo de Demoſthene & aliis viris eloquentiae laude claris Marcellinus egerat. Neque Suidas βίον Θουκυδίδου vocat, ſed Marcellinum laudans, περὶ Θουκυδίδου, inquit, φησίν. Auctor anonymus obſerva-

Digitized by Google

dis Graece compofuit. Verum hoc refellitur a Iano Rutgerfio lib. 1 Var. Lect. cap. IX. Summo certe loco natus fuit, *Olori.* five ut potius fcribendum [1], *Oroli* filius, cui de illius ingenio praeclara iam ominatus fuerat Herodotus, cum in Olympiis recitante fe Hiftorias fuas, obfervaffet auficultanti Thucydidi prae admiratione & idem olim faciendi cupiditate lacrimas excidere. [2] Natus eft anno fecundo Olympiadis LXXVII, (ante Chriftum natum CCCCLXIX) ut ex Pamphila apud Gellium lib. XV, c. 23, colligitur: adeoque fedecim circiter annorum erat, cum Herodotum fua recitantem audiret, ipfe Herodoto minor annis tredecim. Praeceptores habuit Anaxagoram Phi-

tionum in Thucydidem, quae leguntur in Diario literario Hagenfi (Journal litteraire) T. IV, p. 429 feq. contendit, ea, quae fub titulo vitae Thucydidis a Marcellino fcripta, non effe unius auctoris, fed trium diverforum fcriptorum de Thucydide *ἀποσπασμάτια*, quorum fecundum incipiat p. 7 edit. Oxon. col. 1 verfu antepenult. *ἰστέον δὲ ὅτι στρατηγήσας ὁ Θουκυδίδης.* Tertium p. 9, col. 1 a verbis: *ἔστι δὲ τὴν ἰδέαν καὶ τὸν χαρακτῆρα μεγαλοπρεπής.*

1 Ita Marcellinus Didymum Grammaticum fecutus fcribendum contendit, auctoritate *στήλης*, quae Athenis cenotaphio eius impofita fuit his verbis: *Θουκυδίδης Ὀρόλου Ἀλιμούσιος.*

2 Marcellinus: *Λέγεται δέ τι καὶ τοιοῦτον, ὡς ποτε τοῦ Ἡροδότου τὰς ἰδίας ἱστορίας ἐπιδεικνυμένου παρὼν τῇ ἀκροάσει Θουκυδίδης καὶ ἀκούσας ἐδάκρυσεν. Ἔπειτα φασὶ τὸν Ἡρόδοτον τοῦτο θεασάμενον εἰπεῖν αὐτοῦ πρὸς τὸν πατέρα Ὄλορον, ὦ Ὄλορε, ὀργᾷ ἡ φύσις τοῦ υἱοῦ σου πρὸς μαθήματα.* Idem tradit Photius cod. 60, & Suidas in *Θουκυδίδης*, qui in Olympiis accidiffe affirmat. Thucydidem aemulatione hiftoriae Herodoteae accenfum etiam memorat Lucianus de fcribenda Hiftoria T. I, pag. 631.

Digitized by Google

losophum, Rhetoremque Antiphontem [1], & propter Anaxagorae disciplinam Athei convicium ipsi quoque impactum esse fertur. Ducis bellici munere functus, ob amissamque Amphipolin [2] ab Athenienſibus anno aetatis XLVIII, Olymp. LXXXIX, 1, exſilio punitus, Scapteſulam ſive Σκαπτὴν ὕλην Thraciae civitatem, unde uxorem divitem duxerat, Timotheumque filium ex ea ſuſceperat, ſeſe contulit, & ibidem (teſte Plutarcho lib. de exſilio p. 605.) Hiſtoriam ſcripſit, certe in colligendo ad componendam Hiſtoriam apparatu elaboravit, nulli labori, nullis largitionibus in Lacedaemoniorum pariter & Athenienſium duces profuſis parcens, quo veriora ab utraque parte edoctus tradere poſſet. Revocatum ab exſilio, quod per viginti annos duraſſe teſtatur ipſe Thucydides Lib. V, c. 26, praeter alios auctor eſt Plinius [3]; cui ſuccinens Pauſanias, id decreto Oenobii Archontis factum eſſe, teſtatur. Addit vero, Thucydidem deinde reverſum in patriam in-

1 Plutarchus in vita Antiphontis: Κατηλίσκετο δὲ ἐν τῷ περὶ αὐτοῦ συντάγματι Θουκυδίδου τοῦ συγγραφέως μαθητὴν (ita & e Caecilio Photius Cod. 259. ſed διδάσκαλον dicere debuit) τετιμῆσθαι γεγονέναι, ἐξ ὧν ἐπαιτεῖται παρ' αὐτῷ ὁ Ἀντιφῶν. Reſpicit locum Thucydidis Lib. VIII, c. 68.

2 Vide quae hac de re ipſe Thucydides Lib. IV, c. 106, & Lib. V, c. 26.

3 Plinii verba haec ſunt Lib. 7, c. 30: *Thucydidem imperatorem Athenienſes in exſilium egere, rerum conditorem revocavere, eloquentiam mirati, cuius virtutem damnaverant.* Pauſanias in Atticis pag. 55: Ψήφισμα γὰρ ἐνίκησεν Οἰνόβιος κατελθεῖν εἰς Ἀθήνας Θουκυδίδην, καὶ οἱ δολοφονηθέντα ὡς καθῆκει, μνῆμά ἐστιν οὐ πόρρω πυλῶν Μελιτίδων.

Digitized by Google

teremtum dolo, ibique ſepultum eſſe. Alii, notante Marcellino, tradunt mortuum eſſe in Thracia, maiorem quinquagenario [1], antequam opus ſuum abſolviſſet. Sepulcrum vero ipſius Athenis oſtendi, ſive quod oſſa defuncti in patriam a cognatis delata fuerint, ſive quod honori ipſius (uti Herodoti etiam extra Atticam itidem defuncti) dicatum ſit Athenis Cenotaphium, idque ſuper impoſitum monumento *ἐκφόριον* [2] teſtari, qualia inanibus & honorariis tumulis imponi mos erat.

Thucydidis libri de bello Peloponneſiaco. Librorum diviſio tum ab ipſo auctore. Liber octavus γνήσιος.

Exſtat Thucydidis ΞΥΓΓΡΑΦΗ [3] ΠΕΡΙ ΤΟΥ

1 Immo ſeptuagenario maior obiiſſe videtur, cum initio belli Peloponneſiaci, teſte Pamphila apud Gellium Lib. XV, c. 23, fuerit quadraginta annos natus, & viginti annos illius belli deſcripſerit, totumque bellum, quod per XXVII annos duravit, ſupervixerit. Vide H. Dodwellum in apparatu ad Annales Thucydideos; ex quo Synopſin Chronologicam vitae Thucydidis ad calcem huius capitis ſubiunxi.

2 De hoc vocabulo Lipſius ad Lib. 1 de cruce c. 4. Videtur retuliſſe figuram temonis vel literae T. Thucydidis iconem veterem in uno marmore iunctam Herodoto, poſt Fulv. Urſinum, Boiſſardum, aliosque exhibet clariſſ. Gronovius T. 2 Antiq. Gr. tabula LXXII.

3 Ammonius docet, *ξυγγραφὴν* proprie eſſe narrationem rerum, quibus ipſe, qui eas deſcribit, interfuit. *Ἱστοριογράφος συγγραφέως διαφέρει. Ἱστοριογράφος μέν ἐστιν ὁ τὰ πρὸ ἑαυτοῦ γεγονότα συγγραφόμενος, ὡς Ἡρόδοτος. Συγγραφεὺς δὲ ὁ τὰ ἐφ' ἑαυτοῦ γεγονότα, ὡς Θουκυδίδης.* Sic & Thomas Magiſter in *ξυγγραφεύς*. Thucydides *κατ' ἐξοχὴν* dictus veteribus *συγγραφεὺς*, ut Homerus Poëta, vel Ora-

Digitized by Google

ΠΟΛΕΜΟΥ ΤΩΝ ΠΕΛΟΠΟΝΝΗΣΙΩΝ ΚΑΙ ΑΘΗΝΑΙΩΝ. Hiſtoria belli Peloponnenſium & Athenienſium diſtributa iam pridem in libros octo, licet ab auctore ipſo hanc diviſionem eſſe non conſtet,[1] & Marcellinus teſtetur, ab aliis in Libros XIII, cuius diviſionis plus ſimplici vice mentionem facit Graecus Thucydidis Scholiaſtes, (vide H. Stephani notas p. 553 edit. clariſſ. Hudſoni, p. 662 ed. Duker.) ab aliis aliter diſtinctam fuiſſe: ὅμως δὲ ἡ πλείστη, addit Marcellinus, καὶ ἡ κοινὴ κεκράτηκε τῶν μέχρι τῶν ὀκτὼ διηρῆσθαι τὴν πραγματείαν, ὡς καὶ ἐπέκρινεν ὁ Ἀσκλήπιος.[2] Hiſtorias Thucydidis a quibuſdam (Herodoti, ut opinor, exemplo) diviſas fuiſſe in libros novem, teſtatur Diodorus Siculus Lib. XII, p. 306. Liber octavus quoque a priorum ſeptem ſublimi & elaborato dicendi genere remittere viſus, & contra priorum ſeptem librorum morem δημηγορίαις ſive concionibus deſtitutus, quorundam iudicio tributus eſt Thucydidis *filiae*, ab aliis *Xenophonti*, ab aliis denique *Theopompo*. Sed Marcellinus non dubitat, & hunc ipſius eſſe Thucydidis, verum a morbo iam affecti, adeoque animo quoque iam languentis. Tribuitur etiam ſine controverſia Thucydidi a Plutarcho lib. de Garrulitate p. 513, &

tor Demoſthenes: ita notatum ab auctore commentarii Graeci ad Aphthonium. Συγγραφέα τὸν Θουκυδίδην καλεῖ, κατὰ τὸ ἐξαίρετον. ὡς ποιητὴν τὸν Ὅμηρον φαμὲν, καὶ Ῥήτορα τὸν Δημοσθένην.

1 Confer Meurſium Atticarum Lect. Lib. V, c. 26.

2 Aſclepius Sophiſta, de quo dixi Lib. I, c. 1, § 7.

Digitized by Google

ab aliis passim. Ingreditur Thucydides opus [1] suum a bello inter Corinthios & Corcyraeos, quod septem annis Peloponnesiacum antecessit, narrationemque per aestates & hiemes (confer Theonem p. 33 progymnasmatum) diligenter distinctam perducit ad annum belli Peloponnesiaci vicesimum, ita ut quae per VII postremos belli istius annos gesta sunt, (per XXVII enim duravit, quod oraculo praedictum & eventu comprobatum esse testatur Thucydides Lib. V, c. 26; duravit autem ab extremo anni 1 Olympiadis LXXXVII, usque ad annum 3 Olymp. XCIII) haud attigerit, morte praeventus. De Thucydide est Libanii locus de vita sua T. II, p. 49 seq. ubi Codicem MStum Thucydidis commemorat. Nomen suum autem non modo in limine operis, sed etiam in Historia ipsa subinde posuit, ut: ἐτελεύτησεν ὁ ἕβδομος χειμὼν τῷδε τῷ πολέμῳ ὃν συνέγραψε Θουκυδίδης. Idque vetustissimorum scriptorum exemplo ab eo factum: unde non erat, ut leviculum hocce potuisse in tam gravem vi-

1 Vide Dav. Chytraei Chronologiam Thucydidis, Degoreum Whear in praelect. hiemalibus, Gueintzium in vite historica, &, qui diligentissime in hoc argumento versatus est, Henr. Dodwellum in annalibus Thucydideis, edidis Oxoniae anno 1702. 4. Ceterum ratio fugit Edmundum Richerium, cum in obstetrice animorum c. 8, p. 326, scripsit, Thucydidem in componendo mirabili opere historiarum annos 27 insumsisse. Nam 27 annorum historiam persequi voluit, non totidem annos in illa scribenda insumsit Thucydides.

Digitized by Google

rum incidere, miraretur Andreas Dounaeus ad Chryſoſtomum T. VIII edit. Savil. p. 229.

Thucydidis continuatores.

Supplevere hiſtoriam poſtremorum belli annorum *Cratippus*, Thucydidis aequalis, cuius meminit Dionyſius Halicarnaſſenſis libro de iis, quae Thucydidi propria ſunt, p. 143. *Theopompus* item, teſte Marcellino, & *Xenophon*, cuius Ἑλληνικὰ etiamnum hodie ſuperſunt, & Thucydidem continuant hiſtoria annorum XLVIII, ab Olymp. XCII anno ſecundo ad annum ſecundum Olympiadis CIV.

Peſtilentia ab eo deſcripta. Tyrannus Atticae febris.

Libro Thucydidis ſecundo occurrit diſertiſſima deſcriptio [1] horrendae peſtilentiae, quae Thucydidem ipſum inter alios corripuit, & Athenas miſere afflixit aeſtate anni 3 Olymp. LXXXVII; memorata Hippocrati 3 Epidem. ſect. 3, qui ei cum Acrone Medico Agrigentino interfuit, de quo Plutarchus ſub extremum libri de Iſide & Oſiride. A Lucretio Thucydidis veſtigiis inſiſten-

1 Separatim haec peſtilentiae deſcriptio vulgata eſt Graece & Latine cum praelectionibus Marciis ſive commentariis Fabii Paulini, Venetiis apud Iuntas 1603. 4. Quamquam vero eloquentiae laudem in hac deſcriptione tulit Thucydides, a Galeno tamen notatum eſt, eum ut idiotam & e vulgo aliquem, idiotis, non tanquam Medicum Medicis de peſtilentia ſcripſiſſe II, 7 de difficili reſpirat.

Digitized by Google

te, eadem lues egregie deſcribitur libro VI, p. 229 ſeq. edit. Giſanii, qui p. 265 Thucydidis locum cum Lucretio contulit. Propter illam deſcriptionem, notante P. Pithoeo, Thucydides in veteri Epigrammate p. 63 vocatur *Tyrannus Atticae febris*, i. e. regnum quoddam eloquentiae in illa deſcribenda exercens: de quo loquendi genere plura dixi ad Eunapii Proaereſium. Deſcriptionem peſtilentiae Thucydideam cum Lucretii lib. VI extremo confert etiam Fulvius Urſinus in Virgilio cum Graecis collato ſcriptoribus p. 167 ſeq. In ſimili argumento tractando verſantur Virgilius Georgic. III, 478, Aeneid. III, 137; Manilius I, 882; Ovidius VII Metamorphoſ. 522; Silius XIV, 582; Statius I Thebaid. 630; Seneca Oedip. V, 110 ſeq. Ammianus Marcellinus XIX, 4; & e Graecis Nicephorus CPol. in breviario hiſtorico p. 40 ſeq. Procopius de bello Perſico II, 22 ſeq. &c.

Thucydidis virtutes, admiratores, imitatoreſque.

Ceterum in Attico, eodemque gravi ac ſublimi dicendi genere, iampridem primas viſus eſt tenere hic ſcriptor, *rerum geſtarum pronuntiator ſincerus & grandis*, ut vocatur a Cicerone de claris oratoribus. Praecipue valet in concionibus, [1]

1 De hoc praeter alios adeundus Marcellinus in Thucydidis vita. Sunt tamen, qui vitio vertunt Olori filio, quod orationes rectas hiſtoriae inſeruerit. Ita Franciſcus Patricius, Paulus Benius, & nuper perſonatus Vignolius

quas elaboratissimas & gravissimas passim libris suis Thucydides inseruit, imitandasque sibi proposuit Demosthenes teste Ulpiano, [1] e Latinis Sallustius, ut Quintiliano Lib. X, c. 1, & Senecae Lib. IX Controvers. 1 observatum. Tanti etiam Thucydidem fecisse dicitur Demosthenes, ut eum manu sua octies [2] descripserit: certe hoc refert Lucianus adversus indoctum T. II, p. 380. ac si veteri famae apud Arsenium Monembasiae Episcopum 3 credimus, incensa Athenis Bibliotheca, & Thucydidis opere una absumto, ex memoria illud Demosthenes restituit, sed quod merito falsum ac commentitium videtur Vossio Lib. VI

Marvillius parte 2 Misc. p. 321. Vide interim, quae pro concionum in historia usu disputat Vossius in arte Historica c. 20 seq. Iacobus Perizonius in Curtio vindicato p. 92 seq. Hubertus Folieta de ratione scribendae Historiae &c.

1 Praefat. ad Oratt. Demosthenis.

2 Turnebi, qui XXVIII, 22 Adversar. *decies*, & Roberti Titii, qui IV, 5 assertionum *septies* hoc a Demosthene factum affirmat, memoriae lapsum reprehendit Vossius, & ex eo Tho. Crenius 1 animadvers. philolog. p. 75. Videtur etiam Demosthenis erga Thucydidem studium in proverbium abiisse, ut colligas e Suida in Σταγειρίτης. Fuere etiam, qui tradiderunt Alfonsum V Arragoniae regem octies manu sua Thucydidis historiam descripsisse.

3 Ita ille in Apophthegmatis Graece editis, & Leoni X inscriptis, de Demosthene: ἐζήλωκε δὲ μάλιστα τῶν πρὸ αὐτοῦ τὸν συγγραφέα Θουκυδίδην, καὶ τὰ πλεῖστα ἐκ τῶν ἐκείνου λόγων εἰς τὸ πολιτικώτερον μετέφρασε. Καὶ οὕτω λέγεται αὐτὸν ἐκμελετᾶν, ὥστε φέρεσθαι τὰ τοιοῦτο περὶ αὐτοῦ, ὅτι ποτὲ καιρίσης τῆς βιβλιοθήκης ἐν Ἀθήναις, καὶ συγκαισῶν τῶν ἱστοριῶν Θουκυδίδου, αὐτὸς μόνον ἀπομνημονεῦσαι πασῶν, καὶ οὕτω μεταγραφῆναι ποιῆσαι.

Digitized by Google

Inſt. Or. c. 6, ſect. 2. quis enim, non dicam tantam memoriae Demoſthenis vim, ſed quis ſibi perſuadeat, unicum tantum exemplum fuiſſe operis Thucydidei, poſtquam *Xenophon* ſemel illud hactenus deliteſcens, cum ſupprimere poſſet, protuliſſet in lucem, verique auctoris gloriae vindicaſſet, ut refert [1] Laërtius Lib. II, ſect. 57. Marcellum quoque Syrum tradit Damaſcius in vita Iſidori (& ex hoc Suidas in Σαλλούστιος) integros octo Thucydidis libros memoriae mandaſſe, ſed nihilo meliorem oratorem inde prodiiſſe. Ceterum tralatitium eſt, olim exſtitiſſe, qui Thucydidem tanquam κανόνα τοῦ Ἀττικισμοῦ & preſſae brevitatis magiſtrum imitati, ſive ut Ciceronis de optimo genere oratorum verbis utar, *Thucydidios* ſe profeſſi ſunt, non inter oratores tantum, ab ipſo Iſocrate uſque, Thucydidis prope aequali, in quo multa communia cum Thucydide obſervant eruditi: ſed ex Hiſtoricis etiam, in quibus *Philiſtus* Naucratita, paene puſillus Thucydides [2] ab eodem Cicerone appellatus Lib. II ad Quintum fratrem Epiſt. 12; Thucydidis in brevitate ita imitator, ut obſcuritatem illius quidem effugeret, in multis vero aliis virtutibus illo inferior eſſet, obſervante Quintiliano Lib. X, c. 1, & Dionyſio Halicarnaſſeo Epiſtola ad Cn. Pompeium; tum digreſſiones omnes praecideret, quod no-

1 Laërtius in vita Xenophontis: Λέγεται δ' ὅτι καὶ τὰ Θουκυδίδου βιβλία λανθανοντα ὑφελέσθαι δυνάμενος, αὐτὸς εἰς δόξαν ἤγαγεν. Ad de Dodwelli apparatum ad Annales Thucyd. p. 34 ſeq.

2 Confer Voſſium de Hiſt. Gr. p. 27, & Vavaſſorem de ludicra dictione p. 167.

Digitized by Google

tavit Theo in progymnaſmatis p. 33: monens alibi p. 8, totam belli Attici deſcriptionem ex Thucydide Philiſtum in Siculam ſuam hiſtoriam transtuliſſe. Thucydidis imitatorem quoque obſervat Clemens Alex. 6 Strom. p. 620. Infelicius autem Thucydidis imitatio ceſſit *Creperio Calpurniano* Pompeiopolitae, in hiſtoria belli Romanorum cum Parthis, quam multis deridet Lucianus Libro de ſcribenda hiſtoria T. 1, p. 612 ſeq.

Scholia & obſervationes veterum in Thucydidem, ubi etiam de Scholiaſte Graeco edito.

Lexicon quoddam in Thucydidem compoſuerat *Evagoras* Lindius περὶ τῶν παρὰ Θουκυδίδῃ ζητουμένων κατὰ λέξιν. *Iulius* quoque *Veſtinus* Sophiſta, de quo Suidas in Οὐηστῖνος, ſcripſerat ἐκλογὴν ὀνομάτων ἐκ τῶν Θουκυδίδου, Ἰσαίου, Ἰσοκράτους καὶ Θρασυμάχου τοῦ Ῥήτορος, ut omittam alios lexicorum Atticorum ſcriptores, quos infra ſuo loco recenſeo. Idem Evagoras teſte Suida ſcripſit de artificio Thucydidis oratorio: Θουκυδίδου τέχνην ῥητορικὴν ἐν βιβλίοις ε'. Et *Numenius* Rhetor temporibus Adriani clarus compoſuit τῶν Θουκυδίδου καὶ Δημοσθένους χρειῶν συναγωγήν. Eadem aetate vixit *Sabinus* Sophiſta, cuius ὑπόμνημα εἰς Θουκυδίδην idem Suidas memorat. Item Didymi Grammatici librum περὶ τῶν ἡμαρτημένων παρὰ τὴν ἀναλογίαν Θουκυδίδῃ. Apud eundem etiam mentio eſt Heronis Athenienſis, qui ὑπόμνημα in Thucydidem condidit, & Evagorae Lindii, qui ſcri-

Digitized by Google

pſit τέχνην Θουκυδίδου ῥητορικήν. Exſtant quoque *Dionyſii Halicarnaſſei* viri κριτικωτάτου ſcripta praeclara περὶ τῶν Θουκυδίδου ἰδιωμάτων & περὶ τοῦ Θουκυδίδου χαρακτῆρος, ut omittam iudicia & elogia, quae de dicendi genere Thucydideo occurrunt apud Ciceronem, Demetrium de elocutione num. 40 & 48 ſeq. Longinum & alios Rhetores, Marcellinum item in Thucydidis vita, & Gellium Lib. 1, c. 11. Ex recentioribus non omittendus eruditus *Renati Rapini* commentarius Gallice editus, quo Thucydidem contulit cum principe Hiſtoriae Romanae T. Livio. *Scholia Graeca* minime contemnenda in Thucydidem, quae in melioribus editionibus exſtant, a quibuſdam tribuuntur *Xenophonti* neſcio cui, ab aliis *Marcello* cuipiam, (an *Marcellino?*) ut ab H. Stephano in animadverſionibus ad libellum de dialectis Graecis p. 27, ex cod. vet. Corinthi de dialectis. Alii denique non unius illa eſſe auctoris arbitrantur, ſed quod de pleriſque Scholiis in alios ſcriptores Graecos iam multi obſervarunt, enarrationes variorum Grammaticorum, ex *Didymo*, *Evagora*, *Antyllo*, *Aſclepio*, aliiſque, qui Thucydidem illuſtraverant, excerptas, ad oraſque codicum primitus adſcriptas, & poſtea, ut fit, in unum collectas faſciculum, quae perveriſimilis ſententia eſt H. Stephani viri doctiſſimi. Caſpar Barthius T. II in Statium p. 306 queritur, ſe incendio Sellerhuſano cum parte Bibliothecae ſuae perdidiſſe indicem tam in Thucydidem, quam eius Scholiaſtem, *qui tamen*, inquit, *recentior eſt, quam*

Digitized by Google

vulgo attenditur. Christianum agnoscas ex eo, quod Gregorii Nazianzeni sub nomine Theologi meminit in Librum III p. 188.

Thucydidis vitia ac virtutes.

Fuerunt quoque Thucydidi nostro iam inde sui reprehensores: nam Suidas testatur, *Claudium Didymum* scripsisse *περὶ τῶν ἡμαρτημένων παρὰ τὴν ἀναλογίαν Θουκυδίδῃ*, sive de Thucyd. circa analogiam vocum Graecarum lapsibus atque erroribus. Alii difficile atque durum scribendi genus,[1] alii argumentum nimis particulare, alii affectatas tot molestas obscurasque conciones, alii narrationum seriem, propter observatum hiemum aestatumque ordinem, ante res integre expositas abruptam,[2] alii hyperbata frequentiora, alii alia in eo reprehenderunt, quae videri possunt apud doctissimum & acerrimum censorem Dionysium Halicarnasseum in Epistola ad Pompeium, qua Herodotum Thucydidi praefert. Sed nec contemnendae sunt virtutes huius scriptoris, in cuius opere plura nitent civilis prudentiae observata ac praecepta plane egregia, historicum iudicium, studium veritatis etiam iis utcunque parcens, a quibus in exsilium coniectus fuerat, sub-

1 In veteri Epigrammate p. 95 Anthologiae, in laude ponitur, quod Thucydides sit *οὐ πάντεσσι βατὸς*, a solis eruditis & prudentibus legendus atque intelligendus.

2 Vide Theonis progymnasmata p. 33 edit. Camerarii, & p. 36, ubi de hyperbatis.

Digitized by Google

limis [1] dictio: ut nimis sint austeri, qui in tam pulchro corpore levibus forte aliquot pauciſque maculis offendi ſe patiuntur. Ioannis vero Harduini ſuſpicionem, qui ex Galliciſmis nonnullis, quos in Thucydideo opere obſervaſſe ſibi videtur p. 152 Chronologiae V. T. e numis illuſtratae, & aliis quibuſdam leviculis argumentis, alium a veteri, quem Plinius legerit, Thucydide habere nos coniicit, non equidem curo, miror magis in viro docto, & argumentorum, quae coniecturae eius opponi poſſunt, haud ignaro. Contra illius ſuſpiciones, qui Galliciſmos in Thucydide notaſſe ſibi viſus eſt, uti plures etiam Henricus Stephanus in Herodoto, adeundus vir eruditiſſ. M. V. la Croſe in vindiciis veterum ſcriptorum adverſus Harduinum p. 134, & Alphonſus Vignoles in Epiſtola, quae vindiciis hiſce ſubiicitur. De dictione apta & preſſa Thucydidis, (unde σεμνὸν vocat Theophylactus Epiſt. XXX,) inſigne Ciceronis exſtat teſtimonium lib. II de Oratore c. 13.

Epiſtola Thucydidis praegrandis deperdita.

Epiſtolam Thucydidis vaegrandem & dictione ἐγκοδιοτέραν perſtringit auctor libri de elocutione, qui ambulat ſub nomine Demetrii Phalerei § 237.

Alii Thucydidae.

Alios praeterea Thucydides tres Marcellinus

1 Suidas in Χαρακτῆρες.

Digitized by Google

& Scholiaſtes Ariſtoph. ad Acharnenſes p. 289; & ad Veſpas p. 345 memorat, *unum* Mileſii filium Alopecenſem, Athenienſium demagogum & adverſarium Periclis, eundem, ni fallor, cuius filios Mileſium & Stephanum memorat Plato in Menone, & de quo ſcripſit aequalis eius Steſimbrotus, Athenaeo, & in Periclis vita Plutarcho laudatus; idemque, ut exiſtimo, qui cum Agnone & Phormione quadraginta naves in Samiorum ſubſidium a Pericle obſidione cinctorum Athenis adduxit, teſte Thucydide Hiſtorico Lib. I, c. 117. *Alterum* ex Pharſalia Theſſalum Menonis filium, cuius meminit Thucydides Athenienſis Lib. VIII, c. 92, & Marcellinus notat mentionem factam a Polemone in Libro de arce Athenienſi: *tertium* Ariſtonis filius, populo Gargettius ſive Acherduſius, poëta, memoratus Andrótioni in hiſtoria Attica. His addas *quartum*, iuniorem: cuius meminit Suidas in Μάρτιος, fratrem Martii Veri.

Editiones[1] *Thucydidis Graecae.*

1. Prima *Aldina.* Venet. A. 1502. fol. Cum vita Thucydidis duplici, una breviore *Anonymi*, (eiuſdem forte, qui ſcholia collegit) altera paulo pro-

1 Praecipuas Thucydidis editiones ante me non indiligenter annotavit *Fridericus Roſtgaard* in ſcripto Gallice edito Pariſ. 1698. fol. Projet d'une nouvelle methode pour dreſſer le Catalogue d'une Bibliotheque. Roſtgaardi ſcriptum Veneti etiam inſeruerunt Ephemeridibus ſuis literariis (la Galleria di Minerva) T. III, p. 124. 192.

Digitized by Google

lixiore *Marcellini*. Idem Aldus anno post, Scholia Graeca antiqua in Thucydidem separatim edidit, subiecta Xenophontis libris VII Ἑλληνικῶν, Georgii Gemisti libris II de rebus, quae post pugnam Mantineam acciderunt, & Herodiano, A. 1503. fol.

2. Florentina apud *Bernardum Iuntam*. A. 1526. fol. cum Scholiis Graecis ad oras paginarum appositis.

3. Basileensis Hervagiana, A. 1540. fol. a *Ioachimo Camerario* recensita & castigationibus quibusdam illustrata ex MSto cod. Basileensi, quo usus Heresbachius, quemque Eugenius quidam CPoli olim donaverat Ioanni Aretino. In hac editione scholia a Camerario emendata, sed ad calcem voluminis reiecta sunt. Praemissus est quoque praeter elogia Thucydidis ex Aphthonio, Marcellino, Anonymo, Suida, Dionysius Halicarnassaeus de iis, quae Thucydidi peculiaria sunt, sive περὶ τῶν Θουκυδίδου ἰδιωμάτων.

4. *Henr. Stephani*, cum Scholiis Graecis suas in sedes magna ex parte repositis & integritati suae restitutis plerisque in locis. 1564. fol. Eodem anno & forma etiam Latina Vallae versio a Stephano recognita lucem vidit, quae solet cum illa coniungi eique subiici.

5. Viennae, typis Io. nobilis de Trattner. Thucydidis de bello Peloponnesiaco libri octo Graece ad editionem Dukeri expressi 1785. 8. II Vol.

6. Liber I, II, & III. Paris. 1548. 1549. 4. apud Vascosanum.

Digitized by Google

7. Liber I. Pariſ. 1535. 4. & curante *Vito Winſemio*. Witeb. 1562. 4.

8. Periclis funebris laudatio eorum, qui in bello occubuerunt, ex Libro Thucydidis ſecundo. Pariſ. 1605. 4.

9. Thucydidis Orationes cum animadverſionibus & Indice *Car. Lud. Baueri.* Lipſiae. 1758. 8.

10. Thucydidis, Platonis, Lyſiae & Xenophontis orationes funebres, cum notis Anglicis, Oxon. 1768. 8.

Editiones Thucydidis Graecolatinae cum Scholiis antiquis & recentiorum animadverſionibus.

1. *Henrici Stephani.* A. 1588. fol. in qua Thucydides ipſe & Scholia ſingulis paginis ſubiecta emendatius ex fide MSS. codd. exhibentur, & *Vallae* Latina verſio ſecundis curis ad Graecos fontes caſtigata, adiecta eiuſdem Stephani proparaſceve ad lectionem Scholiorum, & uberioribus ad librum primum, & maiorem ſecundi partem [1], annotationibus, quibus & Thucydides ipſe, & Scholia illuſtrantur. Praemiſſa eſt vita Thucydidis ex Marcellino cum Iſ. Caſauboni verſione & caſtigationibus, & ſubiecta Iobi Veratii argumenta orationum concionumque Thucydidis, denique Chronologia Thucydidis, atque argumenta librorum a Davide Chytraeo concinnata.

1 Teſtatur ſe H. Stephanus hanc telam abrupiſſe, quod ex Gallia & Germania ſpes ei facta eſſet emendationum in Thucydidem Scholiaque, & ad haec etiam acceſſionum.

Digitized by Google

2. *Aemilii Porti*, Francof. ap. Wechel. 1594. fol. qui in Graecis nullo MSto cod. usus Henr. Stephani editionem expressit, nisi quando (quod passim accidere notat clarissimus Hudsonus) erratis typographicis laborat. Versionem tamen Latinam post Stephanum accuratius recensuit, adhibitis in subsidium patris sui Francisci Porti Cretensis commentariis, quae huic editioni sunt adiecta.

3. *Ioannis Hudsoni* viri clarissimi, Oxoniae e theatro Scheldoniano 1696. fol. In hac praestantissima editione Graecus contextus Thucydidis accurate & luculenter expressus exhibetur e posteriore recensione H. Stephani, & recens in sectiones distinctus: in uniuscuiusque paginae ora exteriore annotatur annus & mensis, quo singula acciderunt, ex mente H. Dodwelli Chronologorum nostra aetate principis. Versio Latina Aemilii Porti, verum ab Hudsono hinc inde emendata, non, ut vulgo fieri solet, e regione, sed infra minori charactere ponitur. Versioni subiiciuntur variae lectiones & notulae criticae ex prioribus editionibus & tribus MSS. codd. excerptae. Denique imam paginae partem occupant Graeca scholia. Praefixa sunt operi praeter vitam notis illustratam elogia & iudicia de Thucydide, pluraque se fuisse daturum ait Hudsonus ex Dionysio Hali-

1 In Draudii Bibl. Classica p. 736. male editum *Francisci Petri*, ubi haec editio memoratur. *Ioannem* quoque *Meursium* commentarios in Thucydidis historias molitum, innuit Dominicus Molinus in literis ad eum datis Venet. 30 Nov. 1622. Vide epistolas Gudianas p. 130.

Digitized by Google

carnaſſeo, niſi hic paulo iniquiorem ſe oſtenderet, criticumque calamum in auctorem probatiſſimum ſtrinxiſſet iuvenis adhuc iudiciique parum ſubacti, ut notatum H. Stephano lib. II Schediaſm. 4, & operarum in Dionyſium Halicarnaſſ. c. 16, ubi docet, Dionyſium ipſum imitari deinde dignatum, quae antea reprehenderat. Adiunxit etiam doctiſſimus editor binas tabulas Geographicas ad Thucydidem intelligendum facientes, unam Graeciae, quam ex Thucydide & Edmundi Halleii chartula delineavit, alteram Siciliae, quam ex Cluverii Sicilia antiqua depromſit. Ad calcem ſubnexa ſunt Epitome Thucydidis a Georgio Acacio, & argumenta concionum a Iobo Veratio conſcripta, & H. Stephani proparaſceve ad lectionem Scholiorum. His ſuccedunt prolixiores eiuſdem Stephani & Palmerii (ex eius exercitationibus ad optimos auctores Graecos) annotationes, quae lectionibus variantibus interſeri non potuerunt, quibus ex Porti & Acacii commentariis notae hinc inde delibatae, & Hudſoni nonnulla immiſcentur. Nec minus Camerarii animadv. hic locum dediſſet, ſi quidem eius libellum notarum in Thucydide nanciſci potuiſſet. Accedunt praeterea variae lectiones ex aliis duobus Codd. MSS. Henrici Clarendoniae Comitis & Io. Georgii Graevii, quos ſerius inſpicere ipſi licuit. Denique indices tres locupletiſſimi rerum, dictionum Graecarum inſigniorum, & ſcriptorum in Scholiis laudatorum. Pollicetur praeterea Hudſonus, mantiſſae ſe loco adiecturum eſſe Annalibus

Digitized by Google

H. Dodwelli Thucydideis, siquidem a cl. Roftgaardo receperit, collationes scholiorum MSS. in Bibl. Regia Parisiensi: sed Annales Dodwelli sine illa accessione lucem nuper adspexerunt. Emendandum quod in Historia operum eruditorum Basnagiana A. 1695 mense Augusto legas p. 549, *on achève a Oxford une nouvelle edition de Thucydide. à coté du Grec on met la version Latine de Dodwel.* Non Dodwelli, sed Porti versio ab Hudsono emendata singulis paginis subiicitur, & in summis paginis notationes Chronologicae ex Dodwelli rationibus exhibentur. Etiam Gallicam Ablancurtii versionem & Anglicam Hobbesii consultas ac collatas ab Hudsono monuit Ioannes Clericus in Bibliotheca veteri & nova T. XIV, p. 242. Ceterum MSti Codices Thucydidis non contemnendi in Bibl. Coisliniana, de quibus celeberrimus Montfauconus p. 430.

4. *Caroli Andreae Dukeri.* Amstelaedami ap. R. & I. Wetstenios & Gul. Smith. 1731. fol. Thucydidis de bello Peloponnesiaco Libri octo, cum annotationibus integris H. Stephani & Io. Hudsoni. Recensuit & Notas suas addidit *Iosephus Wasse.* Editionem curavit, suasque animadversiones adiecit *Car. Andr. Dukerus.* Cum variis Dissertationibus, MSStorum collationibus, & Indicibus novis locupletissimis.

5. Eadem repetita Glasguae 1758. 8. VIII Vol. exc. Rob. & Andr. Foulis.

6. Thucydidis Funebres orationes Gr. & Lat. prodiere Glasguae 1755. 12.

Digitized by Google

Editiones Thucydidis Latinae.

Laurentio Valla interprete una cum vita ex Marcellino, interprete *Bartholemaeo Parthenio* Benacenſi. Pariſ. apud Aſcenſium 1513. fol.

Vallae interpretatio recognita a *Conrado Heresbachio* Colon. 1527. fol. A doctiſſimis viris Pariſ. 1528 apud Aſcenſium fol. Ab Heresbachio Colon. 1543 & 1550. fol.

A *Sebaſtiano Caſtellione* Baſil. 1564. fol. apud Henr. Petri.

Ab *Henr. Stephano* A. 1564. fol. & Francof. 1582. 12. 1589. 8. ubi vita Thucydidis ex Marcellino occurrit Latine reddita ab *Iſ. Caſaubono*, & *Iobi Veratii* argumenta concionum Thucydidis, & Chronologia Thucydidis auctore *Davide Chytraeo.*

Ab *Henr. Stephano* & *Aemil. Porto* Francof. 1594. fol. apud Wechel. & ibidem eodem anno forma minore in 12.

Thucydides interprete *Vito Winſemio* patre, Doctore Medico & Graecarum literarum Profeſſore, cum eiuſdem Scholiis, ex editione filii Viti Winſemii, Witebergae 1569. fol. 1580. 8.

Ex nova verſione elegantiſſima & cum notis Chronographicis ac Geographicis *Georgii Acacii Enenckel* Baronis *Hohenecci*. Tubing. 1596. 8. Argentor. 1614. 8.

Orationes ex hiſtoria Thucydidis & inſigniores aliquot Demoſthenis in Latinum ſermonem converſae a *Philippo Melanchthone*, editae a Caſparo

Digitized by Google

Peucero, Witeb. 1562. 8. Converſa quaedam e Thucydidis hiſtoria, & de auctore illo deque ſcriptis eius expoſita a *Ioachimo Camerario* Witeb. 1565. 8.

Plures orationes Thucydidis in linguam Latinam converſae per *Ioannem Caſam*, Archiepiſcopum Beneventanum, Roſtoch. 1584. 4. & Helmſt. 1610. 4. cum praefat. *Ioannis Caſelii*. Et inter Caſae Latina monumenta, Florent. 1554. 4. & Halae Sax. 1708. 4. cum praefatione *Nicolai Hieronymi Gundlingii*. Denique inter opera Caſae iunctim excuſa Florentiae 1707. 4. tom. tertio, & ſeparatim ex Caſelii recenſione, curante *Io. Henrico Ackero*, Ienae 1714. 8.

Iobus quoque *Veratius* Genuenſis, qui A. 1571 diem obiit, orationes pleraſque Thucydidis pereleganter Latine vertit, notato argumento atque Rhetorico artificio. Praetereo orationem Periclis ex libro II Thucydidis Latine verſam a *Guil. Cantero*, poſt Ariſtidis orationes Baſil. 1566. fol. p. 580.

Orationes Thucydidis ſeparatim excuſae Graece, Lipſiae 1631. 8. curante in uſus auditorum ſuorum *Andrea Corvino*.

Converſi quidam notiſque illuſtrati ſunt loci inſignes e Thucydidis hiſtoria, ut prooemium, Conciones quaedam & deſcriptio peſtilentiae, & de auctore ipſo & eius ſcriptis obſervata a *Ioach. Camerario*. Witeb. 1565. 8.

Ioannem Argyropulum publice in Vaticano libros Thucydidis explicantem Xyſto III Pontifice, auſcultaſſe ſe teſtatur Ioannes Reuchlinus.

Digitized by Google

Sunt mihi in manibus plures Epiſtolae ſcriptae ab illuſtri viro Dominico Molino ad *Ioan. Meurſium*, quibus non ceſſavit illum urgere, ut Thucydidem illuſtrandum ſibi ſumeret, ſed ſurdo fabulam narravit.

Bened. Averani, Florentini, diſſertationes LVIII in quaedam Thucydidis loca prodiere Tomo primo eius operum iunctim poſt auctoris fata excuſorum Florentiae 1716. fol. *Memoires de Trevoux* 1718 *Decembr. p.* 1045. *Giornale d'Italia T.* 24. *p.* 425. *Bibl. ancienne & moderne T.* 12. *p.* 161.

Pericli tributam paucorum privatorum laudationem a Thucydide, reprehendit & vitio illi vertit laudatus Gundlingius praefatione ad Nicolai Burgundi hiſtoriam Belgicam. Sed Thucydidem ſatis mos illorum temporum tuetur, nec Pericli ad decus vel ad amorem civium inutile eſſe potuit, cives, qui pro patria fortiter pugnantes mortem glorioſe oppetierunt, pro concione celebraſſe.

Ioannis Grammii caſtigationes ad Scholia Graeca in Thucydidem. Hafniae 1722. 4. Miratur vir doctus p. 19, correctionibus Aemilii Porti rarius prioribus libris locum datum in editione Oxonienſi.

Incerti cuiuſdam Britanni Obſſ. in Miſcell. Obſerv. Vol. I, Tom. I & II.

Frid. Lud. Abreſchii in Thucydidem Animadverſiones in Miſcell. Obſerv. Vol. III, Tom. I & II. *Eiuſdem* Dilucidationes Thucydideae II Part. Traiecti ad Rhen. 1753 & 1755. *Eiuſdem* Auctuarium dilucid. in Animadv. ad Aeſchylum, Zwol-

Digitized by Google

lae 1763, a pag. 213 ſqq. cum quo quidem ſaepe res eſt & certamen Bauero in notis ad Orationes.

Car. Lud. Baueri Exercitatio de lectione Thucydidis, optima interpretandi diſciplina. Lipſiae 1753. 4.

De notatione Thucydidis & ſcribendi genere ſollerter atque intelligenter egit, & locis quibuſdam luxatis medicam attulit manum *Io. Dav. Heilmanus* in kritiſchen Gedanken von dem Character und der Schreibart des Thucydides, Lemg. 1758. 4.

Multa in textu noſtri corrigit *Io. Iac. Reiskius* in Animadv. ad Graecos auctores Vol. III, Lipſ. 1761. 8. cuius etiam exſtant notae in Thucydidem ad calcem verſionis Germ. Orationum Thucydidearum.

Verſiones Thucydidis in linguas vernaculas.

Gallicae. 1. *Claudii Seyſſelii* Epiſcopi Maſſilienſis, qui iuſſu Franciſci I Gallice reddidit, & Vallae Latinam verſionem ſecutus eſt, ac de quibuſdam locis Laſcarin conſuluiſſe dicitur. Pariſ. 1527. 1559. fol. 1555. 8. & 1545. 1555. 16. Ex hac verſione Thucydidem libenter lectitavit & in caſtris comitem habuit Carolus V Imperator. Vide Victorini Strigelii praefat. ad animadverſiones ſuas in Chronicon Philippi Melanchthonis. Perſtringitur Seyſſelii verſio ab H. Stephano in praef. ad Thucydidem & ad introductionem Gallice editam ad Apologiam pro Herodoto.

Digitized by Google

2. *Ludovici Iasaldi Usei* (Louis Jaufaud d'Usez) Genevae 1600. 4.

3. *Nic. Perotti Ablancourtii* Paris. 1662. fol. & 1671. 12. tribus voluminibus. recusa Amstel. 1694. 12. & 1714. 12. ubi notae statim suis locis substratae.

4. Harangues & Concions de Thucydide & autres Auteurs par *Fr. de Belleforest.* Paris. 1572. fol.

Italica Francisci di Soldo Strozzi. Florentini, dicata Cosmo Medici, Venet. 1545. 8. 1563. 1564. 4.

Anglicae. 1. *Thomae Nicolls* ex Gallica Seyssellii composita. Lond. 1550. fol.

2. *Thomae Hobbesii.* ex Graeco concinnata, una cum dissertatione de vita & scriptis Thucydidis, & charta Chorographica Graeciae, quam sua manu Hobbesius delineavit. Dicitur ea potissimum de causa versionem hanc composuisse, ut ineptias Democraticorum Athenienssium civibus suis patefaceret Lond. 1628 & 1634. fol. Vide vitam Hobbesii p. 15 & 41 seq. & Baylii Lexicon Historico Criticum, ubi de Hobbesio agit nota (B Δ) editionis secundae. Graecorum fontium aliquando neglectorum arguitur Hobbesius in notis ad marmora Oxonienssia. Anglica *Hobbesii* versio recusa est Lond. 1722. 8. duobus volum.

Hispanica Didaci Gratiani de Aldrete. Salmanticae 1564. fol.

Germanicae. 1. *Hieronymi Boneri*, praetoris Colmarienssis, Augustae Vindel. 1533. fol.

2. Studiis societatis virorum doctorum, Francofurti ad M. 1757. 4. II Vol.

Digitized by Google

3. *Io. Dav. Heilmani*, Prof. Goetting. cum Notis criticis, Lemgoviae 1760. 8.

4. *Io. Iac. Reiskii* Orationum Thucydidis, cum Notis Lat. in Thucyd. Lipsiae 1761. 8.

Danica Francisci Michaëlis Wogelii, Pastoris Aakrerensis in Iutia, in dioecesi Aarhusiensi. Vide Nova literaria maris Baltici & Septemtrionis A. 1698, p. 212. ubi Danicam versionem Herodoti, Xenophontis, & Diodori Siculi ab eodem ad praelum parari discs.

Vitae Thucydidis Synopsis Chronologica ex mente Henrici Dodwelli.

Sed de Thucydide priusquam dicere desino, en tibi Synopsin vitae eius Chronologicam, ex mente praestantissimi Dodwelli.

Ante Christ.	Olymp.	
471	77 $\frac{1}{2}$	natus Thucydides.
456	$\frac{80}{81}$ $\frac{4}{1}$	anno aetatis XV audiit Herodotum Historias suas in Olympiis recitantem.
454	81 $\frac{3}{5}$	— XVII. primum militiae illius tirocinium.
452	$\frac{81}{82}$ $\frac{4}{1}$	— XIX. primae illius militiae ἐν Περιπόλοις finis.
444	$\frac{83}{84}$ $\frac{4}{1}$	— XXVII. missus in coloniam Thuriorum in Italiam.
441	84 $\frac{3}{4}$	— XXX. Coloniae Thurior. IV. * Ostracismus Thucydidis si quis forte. Vide Dodwelli Apparatum § 21.
431	87 $\frac{1}{2}$	— XL. Inde in patria usque ad exsilium. Et initium belli Peloponnesiaci.

* Ostracismus iubebat exesse urbe per annos decem. Plutarch. Pericle p. 157.

Digitized by Google

Ante Christ.	Olymp.	
424	$\frac{88}{89}$ $\frac{4}{1}$	— XLVII. στρατηγία Thucydidis Amphipolitana coepta ineunte Hecatombaeone.
423	89 $\frac{1}{2}$	— XLVIII. στρατηγίας abdicatio, menſe Scirophorione exeunte: & exſilii initium.
414	91 $\frac{2}{3}$	— LVII. Moritur Perdiccas, & ſuccedit in regno Macedoniae Archelaus.
411	92 $\frac{1}{2}$	— LX. finis Ἡλικίας στρατευσίμου Thucydidis, ſive aetatis ad militiam idoneae.
403	94 $\frac{1}{2}$	— LXVIII. Reſtitutus patriae Thucydides poſt annum exſilii vigeſimum, & finito bello Peloponneſiaco. Tum demum, iudice Dodwello, hiſtoriae ſcribendae incubuit.
399	95 $\frac{1}{2}$	— LXXII. Mortuus Archelaus Macedoniae rex, poſt cuius mortem Thucydides inclaruit.
395	96 $\frac{1}{2}$	— LXXVI. Eruptio tertia Aetnae, cuius meminit Thucydides Lib. III, c. 116.
391	97 $\frac{1}{2}$	— LXXX, quem ſuperavit, mortuus eſt in Thracia. Iam erat in Scillunte Xenophon, ſcripſitque libros de expeditione Cyri, libros Thucydidis, filiorum eius opera nactus ante Olympiadem $\frac{103}{104}$ $\frac{4}{1}$.

Catalogus Scriptorum in Scholiis ad Thucydidem laudatorum.

Scriptores in Scholiis Graecis ad Thucydidem allegati hi ſunt: Aeſopus, Antyllus, Ariſtoteles ἐν τοῖς Ἠθικοῖς, Aſclepius, Callimachus, Cratinus ἐν χείρωνι, Demoſthenes, Dionyſius Periegetes, Auctor Epigrammatis in Orſippum Megarenſem,

Digitized by Google

Eupolis, Euripides in Medea, Herodotus, Hesiodus, Hippocrates, Homerus saepiuscule, Lycophron, Orus Grammaticus, Pausanias ἐν τῇ διαπεπονημένῃ αὐτῷ τῶν Ἀττικῶν ὀνομάτων συναγωγῇ, Phoebammon Rhetor, Sophocles, Theognis ὁ ποιήσας τὰς ὑποθήκας, Theologus, (Gregorius Naz.) Xenophontis ἀναβάσεις.

Digitized by Google

CAROLI ANDREAE DUKERI PRAEFATIO.

PRODIT tandem dudum promiſſa, ac diu exſpectata, ſed multis ante non praeviſis moris atque impedimentis retardata, nova haec Thucydidis editio, ad cujus notitiam quae pertinent, quam potero breviſſime exponam. Nunquam mihi animus fuit in hunc ſcriptorem aliquid meditari, quod publice legi poſſet, multo minus eum ſub meo nomine, quod quidam vulgarunt, edere. Noram enim & me, & illum, meque ex eo numero eſſe ſciebam, quibus ſe non βατὸν eſſe ipſum dicentem facit noti Epigrammatis Graeci auctor poëta. Et quamquam in illius lectione non plane hoſpes eram, tamen non ita eum triveram, ut multis locis implicatam atque involutam verborum ſtructuram, &, quae cum hac coniuncta eſt, ſententiae obſcuritatem, extricare & aperire poſſem, & multa a communi uſu recedentia, eique propria, loquendi genera negotium mihi non faceſſerent. Sed vicit propoſitum meum repetita *Wetſteniorum* & *Smithi* interpellatio. Nam cum hi, ultra modum aucto exemplarium editionis Hudſonianae pretio, novam illius editionem cum virorum doctiſſimorum *Henr. Stephani*, *Io. Hudſoni*, & nondum editis *Ioſ. Waſſe* Animadverſionibus molientes, ante aliquot annos ad me veniſſent, meamque ad hanc rem operam expetiſſent, nihil tum impetrare a me potuerunt; quod mihi alienis operis diſponendis multum temporis ac laboris perdere non lubebat. Deinde, interiectis compluribus menſibus, cum deſcriptam e duobus manu exaratis Codicibus varietatem ſcripturae nacti iterum idem a me petiiſſent, nec

Digitized by Google

vana ſpes eſſet nobis copiam Codicis MSti Caſſellani factum iri, & ipſe eum, qui in Bibliotheca huius urbis eſt, ad manum haberem, conſilium mutavi. Sperabam enim, ſi ipſe his auxiliis adiutus, ſcriptori praeſtantiſſimo, propter tarditatem ingenii aliamve imperitiam, nihil opis afferre poſſem, me tamen a doctis & peritis harum rerum aeſtimatoribus gratiam initurum, qui cum iis communicaſſem, unde meditando, quod ego non potuiſſem, extunderent, & multa in libris vulgatis corrupta ac depravata in melius reſtituerent atque emendarent. Hac praecipue ſpe, cum mihi in eo publica rei literariae utilitas verſari videretur, non aegre, quod ante recuſaveram, a me impetrari, & novam editionem curandi onus mihi imponi paſſus ſum: cuius adornandae quam rationem ſecutus ſim, priuſquam dicam, brevi de adminiculis, quibus nixus opus aggreſſus ſum, exponam.

Habebant, ut dixi, *Wetſtenii* & *Smithus* deſcriptas e duobus Mſſ. varias lectiones, altero Bibliothecae regiae Pariſienſis, quem ob hanc cauſam *Regium* vocavi, cum quo editio Oxonienſis comparata erat, altero Havnienſi, cui *Danico* nomen feci, e quo vir clariſſ. *Ioannes Grammius*, linguae Graecae in Academia Havnienſi Profeſſor, diſcrepantem ab eadem editione ſcripturam miſerat. De Regio non aliam notitiam accepimus, quam eſſe Codicem Bibliothecae regiae n. 3044. In eo aoriſtos infinitivorum in *υναι* eſſe properiſpomenos, ut *παροξῦναι*; *ὅτι* ſemper ſeparari a ſuperlativis ſequentibus, & ſcribi *ὅτι τάχιστα*, *ὅτι μάλιστα*; *ὑτάχει* & *ἐσταμάλιστα* unum vocabulum compoſitum videri; ubique ſcribi *ἄλλό τι*; *ὅπως* ſemper futuro indicativi iungi; ac denique ſcribam monuiſſe, obſervanda eſſe nonnulla, ut *ἤκαζον*, *ὠφελία*, & alia quaedam. De Danico haec ſcripſerat clar. *Grammius*: Eum videri habere aetatem trecentorum annorum, ſed in medio libro quinto eſſe ſcripturam manus paulo recentioris uſque ad finem. Emtum eſſe Venetiis anno CIↃIↃCXCIX a viro illuſtri Frederico Roſtgaerdo, ex inſulis Sicilia & Melite re-

Digitized by Google

duce; nunc autem esse illustrissimi Comitis Christiani Daneschiold, Domini Samsoae &c. His accessit Codex Ms. e Bibliotheca Serenissimi Principis Landgravii Hasso-Cassellani, cuius mihi quondam indicium fecerat vir clarissimus *Io. Herm. Schmincke*, a Bibliotheca Principis, & Historiarum in Academia Marburgensi Professor. Huius usum, agente illo ipso indice, iis, qui in literis aliquid conantur, ad omnia officia paratissimo, non difficulter a Serenissimo Principe, quae erat illius clementia, & incredibile ac singulare omne genus artes ac scientias incrementis augendi studium, impetraverunt Bibliopolae. Est hic liber forma maxima, sed quadrata magis, quam oblonga, eleganti manu in charta, bombycina puto, scriptus adeo densa, ut uno alterove loco adversae paginae versus aliquot scalpello exscissi sint, illaesis omnibus in aversa literis. In fine manu vetusta & minio hae literae scriptae sunt:

Ψ έ ο λ ω ω χ Ν ᾶ ε σ̃ Ψ Β ω Η ή Η ο λ χ α λ χ
Π χ τ ή τ λ χ.

id est, secundum cryptographiam librariorum Graecorum, quod e celeberrimi *Montefalconii* Palaeographia Graeca p. 288 didici, τέλος σὺν θεῷ τῆς βίβλου Θουκυδίδου. Inde

Ε τ ζ Ϡ̃ Ψ̃ ζ̄̄ Π̃ Ε̃ Ν̇ Δ̇

quarum illae indicant, librum scriptum esse A. M. 6760, sive Christi 1252; ad quam fere aetatem illum referendum esse etiam ante, quam eas consideraveram, ex ipsa forma & ductibus literarum cum speciminibus scripturae Graecae seculi XII & XIII in eadem Palaeographia comparatarum conieceram; hae quomodo explicari debeant, nec clariss. Hemsterhusius, quem de ea re consulueram, nec ego adhuc investigare potuimus. Erat, qui suspicaretur, illis denotari indictionem: de quo videbunt, qui multos manu exaratos Codices Graecos inspexerunt. Inter

Digitized by Google

cryptographiam & notam anni atramento scriptum est iridem manu vetusta Epigramma in Thucydidem, Ὦ φίλος, cum nonnulla varietate scripturae, quam annotavi pag. 17. Eadem omnia deinde ibidem atramento & longe recentiore manu eiusdem, ut videbatur, qui multa scholia scripsit, repetuntur additis his: ἠρξάμην σὺν θεῷ Θουκυδίδην τὸν Ὀλόρου, τὸν γένος Κεκροπίδην, μηνὶ Ἰουλλ. γ' τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἰακίνθου N. ϛ' Ἔτους στ, sequentibus tribus aliis literis, quae, abstersо manu vel cubito scribentis adhuc madente atramento, legi non poterant. Usus sum praeterea Codice Mſ. chartaceo e Bibliotheca huius urbis, formae mediae e chartis quadruplicatis, recentissimo quidem illo, & fortassis vix trecentorum annorum, sed tamen e non malae notae libro descripto, & multis locis ad genuinam scripturam confirmandam utili. Eum Hudsonus sibi a celeberr. Graevio missum *Graevianum* vocaverat, quam notam illius retinui, etsi is tum non Graevii, sed viri consultissimi Guilielmi van Cleef, causarum in foro Traiectino patroni non incelebris, erat, qui eum Graevio utendum dederat, ac deinde in Bibliothecam publicam intulit. In hoc conferendo Hudsonum, vel eos, quibus ille hoc negotii dederat, parum diligenter versatos fuisse, nec multo minus quam dimidiam partem variantis scripturae praeterisse, ex his, quae ex illo in Variis Lectionibus descripsi, apertum est. Accessit denique his omnibus editionis Basileensis Hervagii cum Mſ. chartaceo formae maximae Bibliothecae publicae Basileensis collatio, a viro reverendo ac doctissimo *Io. Iacobo Wetstenio*, apud Basileenses V. D. M. qui eum seculi XIII vel XIV esse putabat, mecum communicata. Ex hoc Codice Hervagius nonnullas varietates scripturae excerptas ad Camerarium miserat, quae in editione Hervagiana ante librum primum leguntur, de qua re, deque ipso exemplari, in Epistola ad Episcopum Eystatensem ita scribit Camerarius: *Usi sumus adiumento exemplaris vetusti, de quo diligentia Hervagii nostri multa observatione digna descripta fuere, & communi*

Digitized by Google

cata nobiscum. Exemplar vero Constantinopoli, ut in illo praescribitur, ab Eugenio Papa, sic enim vocarunt Graeci suos magistros paterni affectus nomine, Ioanni cuidam Aretino ante annos amplius centum, (id est, ante annum 1440. nam Hervagiana editio anno 1540 prodiit) *qui se illo studiorum causa contulisset, donatum, & Basileae hucusque asservatum fuit.* Sed Hervagium quaedam non recte vidisse, & non uno loco aliam, atque in Ms. est, scripturam dedisse, deprehendit idem Wetstenius: de quibus lectorem suis locis monui. De praestantia horum MSStorum, quique eorum aliis praeferendi, qui postponendi sint, non volo iudicium meum interponere, quia suum cuique pulchrum est. Scio, quid de quibusdam eorum iudicent alii, & fortassis recte. Sed, quod vulgo dici solet, nullus liber tam malus est, qui non aliqua parte sui bonus sit. Hoc facile animadverti potest, duos, quibus primum usus fuit Hudsonus, plerumque inter se & cum Danico, Clarendonianum magis cum Regio & Cassellano consentire, Basileensem autem & Graevianum medios quodammodo esse, & saepe eandem ac singularem scripturam habere.

Editionum vetustarum praeter Vascosanianam trium primorum librorum, quam ubique cum Aldina convenire non recte dicit Hudsonus, si modo ipse varias lectiones Aldinae recte descripsit, & Basileensem Hervagii nullam habui, cuius duo exemplaria eundem annum 1540 praeferentia, quibusdam locis discordare observavi. Nec, quas non habebam, magnopere requisivi, cum, quod mihi tantum propositum erat editionem Hudsonianam instaurare, tum, quod credebam, Hudsonum omnes satis accurate cum edit. Porti contulisse; qua de re tamen deinde nonnihil dubitare coepi, postquam vidi, eum in describendis lectionibus edit. Hervagianae plus semel aberrasse.

His auxiliis adiutus, totius operis hanc rationem tenui. In τῷ κειμένῳ, textum vulgo vocant, Thucydidis, & interpretatione Latina secutus sum editionem Oxonienſem,

Digitized by Google

e praescripto cl. Wasse, quo auctore Wetstenii & Smithus hanc editionem susceperunt, nisi ubi ille aliquid mutatum volueran Ipse mihi nihil in ea re permisi, contentus in Animadversionibus dixisse, quae mihi videbantur, praeterquam quod semel, aut summum bis, e Mss. ἐς pro εἰς, & si quid fortassis aliud non maioris momenti est, rescripsi; sed tamen ut semper lectorem de iis, quae ab utroque nostrûm mutata sunt, monuerim.

Varias Lectiones exemplarium scriptorum omnes Hudsonianis suis locis inserui, revocatis etiam ad suas sedes iis, quas e Clarendon. & Graev. in Appendicem coniecerat Hudsonus. In his alias esse, quae nihil nisi certissimi errores scribarum sint, alias, quae neque ad loca depravata emendanda, neque ad lucem obscuris affundendam quidquam prosint, & multas sine reprehensione praeteriri potuisse, nemo facile negabit. Sed quia Hudsonus hanc rationem ingressus fuerat, mihi ab illius instituto non recedendum, nec quidquam eorum, quae ab aliis acceperam, omittendum putavi. Non sum nescius, esse, quibus nimiae anxiaeque, & prope miserae diligentiae videatur, in quisquiliis illis, quas putant, colligendis ingratum & taedii plenum laborem velle ponere. Sed hi, si cognoscere volent, quae cel. *Burmannus* non ita pridem in Praefatione Iustini cum variis Lectionibus editi diserte ac luculenter de ea re disputavit, intelligent, quantam tam levi, ac potius stulto, iudicio literarum inscitiam prodant, quantumque ex hac re fructum capere possint, qui rectam viam scriptores vetustos tractandi insistere, & severa lege in studiis literarum humaniorum proficere cupiunt. Quo magis miratus sum tenebrionem, qui nuper Tragicum Latinum illotis manibus contrectavit, me, quem varietatem scripturae MSStorum Thucydideorum publicaturum intellexerat, quod ut faciant omnes, quibus illorum copia est, etiam atque etiam hortatur ac monet Burmannus, nova & excogitata appellatione deridendum propinare voluisse. Non videbat insulsum caput, cui arrogantia & summa de se

Digitized by Google

opinio pro eruditione eſt, hoc ad omnes harum literarum principes pertinere, qui ſcriptores veteres edituri, ſemper magna cura, quidquid huius generis nancifci poterant, conquiſiverunt, & ſcriptae editaeque lectionis diſcrepantiam vel in commentariis, vel in variarum lectionum libellis accurate annotandam putaverunt. Horum inſtitutum vituperat, cum me deridet, nec me magis, quam hos ridiculos facit Magiſtellorum alpha; qui ſi illos auctores ſequi voluiſſet, & bonis ſuis uti ſciſſet, multis partibus meliorem, quam nunc, Senecam dediſſet. Sed quid ſui cum amaracino? Nihil eſt in illo vaegrandi libro, cur illius editio Gronoviana praeferri debeat, niſi quis putet, ſibi magni aeſtimandas & emendas eſſe frigidas quaſdam argutias, & putidas nugas, quibus paſſim Gronovio obſtrepit, & contentiones cum Farnabio, multo quidem ipſo doctiore, ſed ſaepe vinci non difficili: quem ob id ſolum ſibi adverſarium delegiſſe videtur, ut, ſi in Gronovio non poſſet, quod nec ante in Bentleio potuerat, ſaltem in hoc debellando heros fieret. Sed mittamus nunc balatronem.

Variis Lectionibus ſubiecta ſunt Scholia interpretum Graecorum itidem ex editione Oxonienſi, nec in iis quidquam, niſi uno aut duobus locis, mutatum puto. In his emendandis iam olim Henr. Stephanus utilem operam poſuit, & multa per inſcitiam vel negligentiam ſcribarum, qui ea verbis Thucydidis, ad quae non pertinebant, accommodaverant, turbata ſuis verbis reſtituit. Nec minus bene de iis meriti ſunt viri doctiſſimi Io. Hudſonus, & Io. Grammius, cuius in ea Caſtigationes viro clar. Io. Alb. Fabricio debemus. Ex his in Cod. Caſſellano alia vetuſta & eleganti manu partim minio, partim atramento, ſcripta ſunt, alia recenti & tantum atramento, & ita difficili atque intricata ſcriptura, ut eam quibuſdam locis aſſequi feſtinans non potuerim. Sed primi libri ſcholiorum magnam partem a capite 81 uſque ad 126 cuiuſdam male ſeduli cura nobis eripuit; qui, quod charta multo uſu trita iam fatiſcere, & denticulata fieri coeperat, oras pagi-

Digitized by Google

narum, in quibus scholia scripta erant, alia charta imposita muniverat, eaque obducta simul scholia texerat: quae jactura eo gravior est, quod liber ille multis locis & auctiora & emendatiora, quam editi, habet scholia. E Regio quoque nonnulla, sed fere tantum ad librum I & II, inter varias lectiones descripta erant, ut & ad eosdem maxime in Rostgaerdi, qui Schol. edit. secundae H. Stephani cum Regio quodam Cod. contulerat, schedis a clar. Fabricio ad Wetstenium missis. Quae omnia, cum sub ipsis Scholiis apte poni non possent, inter Annotationes in Scholia Graeca reiecta sunt. Basileensis Codicis Scholiis, quia sero huc perlata erant, post varias eiusdem libri lectiones locum dedi.

De Auctore horum Scholiorum clar. Fabricius non sine ratione assentitur Stephano pag. 575 & 585 huius editionis, putanti non unius alicuius, sed plurium veterum Grammaticorum, e quibus Antyllus, Asclepius, & Phoebammon in iisdem nominantur, interpretationes, deinde a recentioribus quibusdam in unum corpus collectas, esse. In eadem sententia est Casaubonus, qui cum ad Diogenem Laërtium III, 47, e Suida retulisset, Sabinum commentarios in Thucydidem edidisse, addit, se non dubitare, quin Scholia, quae hodie exstant, e Sabini, Antylli, & Phoebammonis commentariis decerpta sint. Nec immerito his additur Evagoras, cuius librum Περὶ τῶν παρὰ Θουκυδίδῃ ζητουμένων κατὰ λέξιν memorat Suidas. Et e plurium interpretationibus consuta esse fidem facit liber Casellanus, in quo cum primum tantum pars eorum, quae in vulgatis leguntur, vetusta manu scripta fuisset, deinde alius longe recentior multa addiderat, haud dubie quod ea in aliis exemplaribus scripta invenerat. De aetate autem veterum illorum interpretum nihil certi e Scholiis constitui potest. Sabinum, quem iis annumerat Casaubonus, sub Hadriano floruisse dicit Suidas. Antylli & Asclepii meminit in Vita Thucydidis Marcellinus, quem ad Valentiniani, Valentis, & Gratiani tempora refert Vos-

Digitized by Google

sius II de Histor. Graec. 18. Phoebammonem Rhetorem aequalem fuisse Synesio, id est, Arcadio imperante vixisse, V Biblioth. Graec. 31, 16, 9 suspicatur Fabricius. Is, qui ad Thucyd. I, 132 scribit, regem Romanorum tripodem e praeda Persica Apollini Pythio a Pausania dedicatum Byzantii in Circo posuisse, non ante Constantinum M. vivere potuit, ut constat ex iis, quae ad Callim. Hymn. in Delum pag. 391 scribit illustris Spanhemius. Nec Iuliano antiquior fuit, qui ad III, 37, Gregorium Nazianzenum laudat, quod & Christianum fuisse indicio est, ut recte cl. Fabricius; quemadmodum & eum, qui auctor est Scholii ad III, 38, p. 223 l. 7, qui, quod ibi observavit cl. Wasse, ad verba Lucae Actor. XVII, 21 respexit. In Schol. Cod. Basileensis autem ad IV, 83 p. 123 l. 5 etiam Belisarius laudatur, quem Iustiniano imperante floruisse nemo ignorat.

Ex his Scholiis multa αὐτολεξεὶ leguntur in Lexico Suidae, quae Stephanus, Reinesius, & docti vulgo Suidam inde descripsisse, ut alia ex Aristophanis, Sophoclis & aliorum Scholiis, existimant. Qui quaesiverunt, utrum Suidas sua ex interpretibus Aristophanis, an illi e Suida acceperint, idem de interpretibus Thucydidis possint quaerere. Suidam plurima e vetustis Scholiis Aristophanis in Lexicon suum contulisse, bene ostendit in Praefatione Suidae Kusterus, & vel unus locus in μακκοᾷ ab eo non animadversus extra controversiam ponit. In eo ita scriptum est: Μακκοᾷ. ἀντιπαίνει. ἐνεόν ἐστιν. ἔφαμεν δὲ ὅτι Μακκὰ ἐνεὰ ἦν. Ἀριστοφάνης. Haec in Scholiaste Aristophanis ad Equit. v. 395 legi observarunt Portus & Kusterus. Sed neuter eorum vidit, verba illa, ἔφαμεν δὲ; manifesto indicio esse, Suidam haec ex interprete Aristophanis, non hunc e Suida descripsisse. Nam quod interpres recte dicit ἔφαμεν δὲ, quia scilicet hoc ante ad v. 62 scripserat, id Suidas neque ex sua persona dicere, neque de eo, quod deinde ex eodem Scholiasta scripturus erat, Μακκὰ ἐνεὰν fuisse, ἔφαμεν scribere recte potuit. In quo etiam animadvertendus est levis error Kusteri, qui, cum ante

Digitized by Google

μακροῦ non inveniret alium locum Suidae, ubi hoc dictum erat, neglecta interpretatione Porti, *diximus enim*, vertit *dicitur enim*. De Scholiis Thucydidis non habeo quidem tam certum argumentum: sed si quis consideret, quae apud Suidam in καταφρόνησιν leguntur, haud difficulter sibi persuadebit, ea ex his Scholiis ad I, 123 sumta esse. Et omnino probabile est, Suidam, quod in Scholiis Aristophanis, idem etiam in his factitasse, cum dubitari non possit, quin veteres illi interpretes Thucydidis illo antiquiores fuerint, quippe qui etiam e Marcellino, quem Antyllo & Asclepio iuniorem fuisse constat, quaedam descripserit. Quamquam hoc quoque vero non dissimile est, quemadmodum Scholiis in Aristophanem, ita his quoque e Suida quaedam affuta esse: cuius rei argumentum ex eo capi potest, quod in margine Cod. Graeviani, in quo pauciſſima sunt Scholia, locus Suidae in κάχληκες ad verbum descriptus est ad IV, 26.

Sub Scholiis Graecis positae sunt Annotationes virorum doctissimorum, *Henr. Stephani* integrae, quarum nonnullae in editione Oxoniensi neglectae fuerant, *Io. Hudsoni*, & *Ios. Wesse*, meaeque sine nomine. Sed quia e Stephanianis quaedam ad principium prooemii longiores erant, quam ut commode suis locis inter ceteras exhiberi possent, eas in Addenda conieci. Habuerat Stephanus in animo, totum Thucydidem & Scholia quasi perpetuo commentario illustrare, & passim in margine secundae suae editionis Notas inspici iubet, nec tamen ultra librum secundum progressus est: cuius rei causam in fine Epistolae ad Lectorem exponit, quam si legere potuisset Muretus, non tam aspere eum ad librum II Cyripaediae Xenophontis notasset, ut qui hac arte, quasi panchresto quodam, ad tegendam scilicet insciti am, in Thucydide & Xenophonte usus fuisset. Si quid in Stephano reprehendi potest, id, mea sententia, potissimum est, quod, cum pag. 579 Scholiasten arguat, tanquam supervacaneis quibusdam usum, ipse in idem vitium incidit, & haud raro non solum admodum

Digitized by Google

λεπτολόγος, verum etiam πολυλόγος est, & magno verborum ambitu exsequitur, quae non minus clare paucioribus potuissent exponi. De meis Animadversionibus hoc velim sciat lector, eas longe maximam partem interim dum chartas operis typographicis tradendas lego, iisque omnia describo ac designo, partim e comparatione variantis scripturae librorum manu exaratorum, alias ex annotamentis, quae in oris exemplaris mei scripta habebam, quasdam etiam ex iis, quae mihi memoria suggerebat, & levi negotio inveniri poterant, confectas esse. Quae longae ac laboriosae inquisitionis erant, mihi non attingenda, nec de singulis diversitatibus scripturae deliberandum esse duxi; id quod neque mihi, cum primum hanc curam suscipiebam, propositum erat, neque ratio temporis, operis semper urgentibus, & me aliarum rerum curis non vacuo, patiebatur. Nam mihi soli omnia eodem tempore agenda erant, libri editi cum scriptis conferendi, varietas scripturae excerpenda, & suis locis ponenda, cetera omnia apte ordinanda, postrema typographorum specimina emendanda, ac denique muneris publici partes implendae. Inter ea, quae scripsi, erunt fortasse, quae tironibus lectionem Thucydidis primum aggredientibus non inutilia esse possint: doctos, quibus domi meliora nascuntur, haec nihil iuvabunt; quibus tamen laborem meum vel ob hoc solum non ingratum fore confido, quod iis suppeditavi, quibus ingenium exercere, & scriptorem egregium meliorem facere possint. Nec dubium est, quin etiam in his, quae aliis scripta sunt, mihi exciderint, quae melius indicta fuissent; cuius generis deinde ipse quaedam animadverti, veluti quod ad VII, 24, de loco Demetrii Phalerei scripsi; quae cum doctiores emendabunt, & hac re bene de literis merebuntur, & ipse illis gratiam debebo, quod me, quae ignorabam, docebunt, vel, quae festinans parum recte scripsi, corrigent. Neque enim mihi pudori esse duco, si idem mihi, quod ante me aliis longe doctioribus, accidit; qui, si omnia recte vidissent, posterioribus saepe praere-

Digitized by Google

pta fuisset famelicam aliquam notam instruendi facultas. Quamobrem, quod in illos iuris statuimus, eodem quo minus ipsi utamur, recusare non debemus.

Annotationes in Scholia, quas post librum octavum legi dixi, excipiunt Addenda, in quibus etiam locus datus est longioribus quibusdam Henr. Stephani, & clar. Wasse Animadversionibus: qui deinde, eo ipso tempore, quo his scribendis occupabar, haec quoque misit, & hic inseri voluit. *

Nec possum, quin iis, quae ad locum Thucydidis I, 24, Ἐπίδαμνος ἔστι πόλις ἐν δεξιᾷ ἐσπλέοντι τὸν Ἰόνιον κόλπον annotavi, addam, quae deinde de loco Hesychii ad me scripsit clariss. Hemsterhusius, quod me, quia digna puto, quae ab omnibus legantur, cum bona illius gratia facturum spero. Ea haec sunt: Hesychii locus in Ἐνδέξια, de quo sermonem fuisse nobis memini, nonnihil habere mihi videtur obscuritatis; nam magna parte truncatum esse, quod huic Lexicographo peius etiam, ut opinor, quam Stephano contigit, res ipsa clamat. Primum sic censeo, triplicem olim in antiquis Hesychii membranis exstitisse lectionem, ἐς δεξιὰ, ἐνδέξια, & ἐν δεξιᾷ. haec autem varietas orta non ex eo tantum, quod illae voces facile commutentur, sed potissimum ex male sedula Grammaticorum cura, qui saepe locutiones, quarum potestatem veterum usus non distinxerat, distinguere sategerunt, quod ex uno Demosthene, ut de Homero taceam, exemplo non uno possem probare. Primum ἐς δεξιὰ studiosissimus antiquae scripturae habet Harpocration: sic tum alii, tum Syncellus ex melioribus pag. 258 B. τοῖς πλέουσιν ἀπὸ Πατρῶν ἐπὶ Κόρινθον εἰς δεξιά. itaque legendum esse apud Pollucem II, 161, paene mihi persuadet Palatini Vossianique Codicum, qui raro fallit, consensus: neque hoc alia ratione dicitur, quam quod apud Herod. III, 90, ἀπὸ τῶν Ἑλλησποντίων τῶν ἐπὶ δεξιὰ εἰσπλέοντι. Secundum etiam casum adiungunt, Lucianus T. II ed. Salm. pag. 480,

* Nos suis quaeque locis inseruimus.

Digitized by Google

τοὺς ἐπὶ τὰ δεξιὰ εἰσιόντων ἄφες; & Dial. Meretric. IV, εἰσιόντων ἐπὶ τὰ δεξιὰ πρὸς τῷ Διπύλῳ, quibus in locutionibus rariſſime, credo, reperies ἐπὶ δεξιὰ, vel ἐπὶ τὰ δεξιὰ τοῖς εἰσιοῦσι, vel ἐξιοῦσι. In Lyſia legebatur iunctis vocibus εἰσιόντων πρὸς τῇ Νεμέᾳ ἕστηκεν ἐπιδέξια, quod Pollux tanquam minus uſitatum pro ἐκ δεξιᾶς χειρὸς, obſervare non neglexit II, 159. alias etiam ſolent τῶν εἰσιόντων vel ἐξιόντων ἐν ἀριστερᾷ, ἐν δεξιᾷ, veluti non Lucianus quidem, ſed eruditus tamen & ingenioſus ſcriptor Encomii Demoſthenis ad ipſum initium. Aelianus V. H. VIII, 16, Philoſtratus de Vitis Soph. Lib. I in fine, itidem ἐκ δεξιᾶς. Sed uſu rariore praepoſitionem omiſit Pyrgion apud Athen. IV, pag. 145 F. τράπεζα τρίτη δεξιᾶς εἰσιόντων εἰς τὰ ἀνδρεῖα. Non me fugit, Caſaubonum ἐκ δεξιᾶς corrigere vel ἐν δεξιᾷ: ſed, quo minus aſſentiar, retinet me Schol. Pindari ad O, Π, 32, qui ex Theopompo protulit, εἰσιόντι εἰς τὸν ναὸν ἀριστερᾶς χειρὸς, ubi ἐξ perinde deficit. Tum ſecundum illud ἐνδέξια legiſſe Heſychium, vel potius vetuſtiorum aliquem Grammaticorum, ex quo iſta fuerant deſcripta, ſic ſatis eſt manifeſtum. Non me fugiunt, quae, quia locus ſit mutilatus, ſi quis pertendat, contra poſſint diſputari, haec alio pertinere, atque adeo eſſe transferenda ad praecedens ἐν δεξιᾷ, ἐκ δεξιῶν, cui Thucydideum iſtud ad vulgatas edd. emendandum exempli vice fuerit adiectum: ſed multo minore, ut quidem puto, probabilitatis ſpecie, quam ſi hunc in modum ſententiam verborum capiamus: Ἐνδέξια quando antepenultimam habet acutam, addere non poterimus in orationis proximo membro, quod oppoſitum eſt: ita Thucydides nullam facturus mentionem loci alterius ad ſiniſtram ſiti, ſcripſit ἐνδέξια εἰσπλ. In iis autem, quae perierunt, (hoc ſatis oſtendit εἰ MEN) diverſam eſſe rationem docuerat, ſi ſcribas ἐν δεξιᾷ: tum enim ſolere ἐπιφέρεσθαι τὸ ἀντικείμενον, quomodo in Strabone XVII, pag. 1144 B. κατὰ μὲν τὸν εἰσπλουν ἐν δεξιᾷ ἡ νῆσος &c. κατὰ δὲ τὴν ἑτέραν χεῖρα. & ſaepius apud eundem atque alios. Ego quidem diſcrimen illud haud ma-

Digitized by Google

gni facio; sed tale tamen est, ut ingenio Grammaticorum & consuetudine minime sit indignum. Etymologus itidem, sed alia paulum via, haec utraque separavit, quoniam quae notat, ad Homerum proprie pertinent, cuius *οἰνοχοεῖν*, *δείξαι*, *αἰτεῖν ἐνδέξια* Il. A, 597, H, 184, Od. P, 365, duplici fere modo vetères interpretantur, *ἐπιδεξίας* aut *ἐκ δεξιῶν μερῶν ἀρξάμενον*: nam *ἐνδέξια σήματα* Il. I, 236, sine controversia sunt *αἴσια καὶ καλὰ*, ut recte Etymol. Iam in Thucydide quin per linguae Graecae genium scribi possit *ἐνδέξια εἰσπλέοντι*, minime videtur dubitandum. Si Lysiae licuit *εἰσιόντων ἕστηκεν ἐπιδέξια*, (de statua, credo, loquebatur) cur displiceat *εἰσπλέοντι πόλις ἐστὶν ἐνδέξια*; praesertim cum ista phrasis habere videatur nescio quid Atticismi veteris, qualia sunt huius generis plura, *χρημάτων δυνάμει ὄντες ὅμοια τοῖς Ἑλλήνων πλουσιοτάτοις* &c. Neque tamen idcirco tertiam lectionem & vulgatam damnavero, quam similium exemplorum multitudo tuetur: verum hoc solum contendo, nunc difficulter admodum posse diiudicari, quid ab ipso Historicorum principe revera sit profectum. De his porro, quae pag. 668 in Addend. ad Thucyd. pag. 145, Sylburgium secutus scripsi, & de loco Thucyd. I, 44, ita pergit idem vir clar. Sed quoniam in Etymologi mentionem incidi, alium eius locum, qui ad Thucydidem pertineat, indicare lubet pag. 449, v. 50. quem librariorum errore turbatum, in hunc ordinem redigo: *Θειαζόντων, μαινομένων, ἢ δεολήπτων γινομένων· καὶ δειάσαντες· καὶ ἐπιθειάσας, τὸ ἐπιθαυμάσας· ὁ δὲ Μιλήσιος παρὰ τῷ συγγραφεῖ, δεοὺς ἐπικαλεσάμενος καὶ κατευξάμενος· ἔστι γὰρ ἀπὸ τοῦ ἐπιθεάζειν. Θειάσας τὸ δ. εἰσδ.* &c. Utrumque *δειάσαντες* & *ἐπιθειάσας* apud Thucydidem exstat, illud VIII, 1; hoc II, 75. quod posterius recte quidem animadvertit accuratissimus Sylburgius: sed idem valde aberrat, cum scribit, *verum loquitur ibi non Milesius, sed Archidamus.* immo vero non Archidamus: nam is Etymologi Milesius est Orus Milesius, Grammaticus non ignobilis, qui in Thucydidem, ut opinor, scripsit Commenta-

Digitized by Google

rios, a Scholiasta quoque nonnusquam laudatus: ipse Etymologus pag. 816, v. 39, ἡ ὀρθογραφία Ὥρου τοῦ Μιλησίου. & pag. 315, v. 10, Μιλήσιος ὁ Ὡρίων. Ὥρος enim & Ὡρίων saepe commutantur. Ὥρος ὁ Μενδήσιος & Ὡρίων, utroque modo Galenus; & in Historia Ecclesiastica plures inter Aegyptios Ὧροι, qui iidem apud alios Ὡρίωνες. Verum hic etiam Grammaticorum mihi videor argutias subodorari. disiunxerunt δεάζειν & δειάζειν, illud interpretati, Deos invocare vel obtestari, hoc, Deorum numine correptum agitari. Hesychius aperte: Ἐπιθεάζει, θεοὺς ἐπικαλεῖται. at Ἐπιθειάσας, τὸ θεῖον δεξάμενος, θεοφορηθείς. eo referendum arbitror in Etymol. ἔστι γὰρ ἀπὸ τοῦ ἐπιθεάζειν: ideoque parum abest, quin pro certo putem voluisse Orum Milesium in Thucydide scribi non ἐπιθειάσας, sed ἐπιθεάσας, cuius rei monendae commodus sane locus erat in Orthographiae libro. Scholiasta quidem Thucydidis in verbi huius definienda potestate non satis constat, triplicem fere proponens interpretationem, θεοφορεῖσθαι, θεία τινα ἐπιφθέγγεσθαι vel ἐπιβοᾶσθαι, & θεοὺς ἐπικαλεῖσθαι, ut, si conferamus, quae scripsit ad VIII, 1, 53, VII, 75, facile patebit. Nondum a tuo Thucydide discedo, quandoquidem opportune in mentem venit emendatio quaedam Andreae Dounaei Prael. ad Demosth. Orat. de Pace p. 135, in I, 44, ubi sede duarum vocum immutata legendum censet, Κερκυραίοις ἐπιμαχίαν μὲν μὴ ποιήσασθαι .... συμμαχίαν δ' ἐποιήσαντο. Quaeso te, modo libri sit copia, rationes expende: nam me profecto paene perpulerunt, ut ad istam sententiam accederem. Haec ille. Quae sub nomine Spanhemii leguntur, ex oris exemplaris, quo vir summus usus fuerat, descripta ad me misit clariss. de la Croze: quae etsi fortassis quidam omitti potuisse putabant, tamen huc conferre volui, quod magnorum hominum reliquias huius generis, quantumvis tenues, potius undique eruendas & colligendas, quam oblivione sepeliendas esse existimo. Ad ea, quae Scholiastes ad I, 13, de Massilia Africae scribit, addi velim, quae in Mausaci Dis-

Digitized by Google

fertat. Critica pag. 401 edit. Harpocrat. Blanc. leguntur.

Habet praeterea haec editio praeter tres Indices, qui iam ante in Oxonienſi erant, additis, detractis, & mutatis quibuſdam emendatos, quatuor alios, quorum ipſe tres compoſui, rerum, vocum & phraſium, de quibus in Annotationibus agitur, Graecum & Latinum, & tertium Scriptorum veterum, qui in iiſdem emendantur, vel illuſtrantur. Quartum, vocum & phraſium Graecarum in Hiſtoria Thucydidis, inſtituerat clar. Waſſe: quem, quoniam aliquanto perturbatior erat, quam ut ita, ut ſcriptus erat, in publicum edi poſſet, non ſine magno labore in ordinem redegit utriuſque linguae bene peritus iuvenis *Iacobus Wallis*, Hibernus.

His omnibus denique addita eſt maxima pars Annalium Thucydideorum eruditiſſimi Dodwelli, ea nimirum, quae ad hiſtoriam belli Peloponneſiaci pertinet: qua in re ipſe me deinde reprehendi, qui librariis non fuiſſem auctor potius integros illos Annales, quam hanc partem tantum hic exhibendi. ſed ſera erant poenitentia, & factum infectum fieri non poterat. Haec ſunt, Lector, quae te de hac editione monendum putavi, quibus exponendis ſi quibuſdam iuſto longior fuiſſe videbor, alii fortaſſis harum rerum curioſi gratiam mihi hoc nomine habebunt.

De Thucydide ipſo, eiuſque dictione, & aliis, quae de ſcriptoribus vetuſtis praefari ſolent, qui eos edunt, non eſt, quod multis te morer. Abunde hoc praeſtiterunt ii, quorum iudicia & teſtimonia poſt Marcellini vitam Thucydidis leguntur, quibus ex edit. Oxonienſi tranſcriptis adiuncta ſunt, quae de eo viri doctiſſimi Voſſius I de Hiſtoric. Graec. 4, & Fabricius II Biblioth. Graec. 25, ſed haec ab eodem nunc aucta, ſcripſerunt. Ad ea, quae de diviſione Hiſtoriae Thucydideae, quam alii in octo, alii in novem, alii in tredecim libros partiebantur, obſervarunt H. Stephanus pag. 662, & Fabricius l. d. addi poſſunt, quae Scholiaſta libri Caſſ. habet in fine libri tertii, Τῶν εἰς ιγ' τέλος τῆς ε' καὶ ἀρχὴ τῆς στ'; & quae idem

Digitized by Google

ad verba Thucydidis IV, 114, ἔλεξε τοῖς ἐν τῇ Ἀκάνθῳ παραπλήσια, annotat, ἐν τῷ στ' τῶν συγγραφῶν διάλεξις Βρασίδου πρὸς Τορωναίους. Nec non frigida illa quaeſtio, & frigidior illius ſolutio, utraque Graeculae ſtultitiae plena, in fine lib. IV, cur Thucydides, cuius nominis prima litera eſt Θ, tantum octo, Herodotus autem, cuius prima eſt H, novem libros Hiſtoriarum ſcripſerit. Sed de numero octo librorum ſatis idoneus teſtis eſt Dionyſius Halicarnaſſenſis in libro περὶ τοῦ Θουκυδίδου χαρακτῆρος cap. 24: Τὰς ὀκτὼ βίβλους, ἃς μόνας κατέλιπε, στρέφων ἄνω καὶ κάτω: qui & ibidem cap. 19 prooemium, quod tribus & viginti capitibus libri primi abſolvitur, quingentorum verſuum fuiſſe tradit. Quod autem in Epiſtola ad Pompeium cap. 3 ſcribit, eum finem Hiſtoriae facere in proelio ad Κυνὸς σῆμα, quod ibi anno ſecundo & vigeſimo belli Peloponneſiaci factum dicitur, emendatione videtur opus habere. Nam certum eſt ex ultimo libro VIII, proelium hoc anno XXI belli factum eſſe. Etſi autem hiſtoriam huius belli tantum ad annum XXI, eumque nondum finitum perduxit Thucydides, tamen videtur in animo habuiſſe eam ad finem uſque pertexere. Hoc oſtendunt, quae V, 26 ſcribit: Γέγραφε δὲ καὶ ταῦτα ὁ αὐτὸς Θουκυδίδης Ἀθηναῖος ἑξῆς ὡς ἕκαστα ἐγένετο κατὰ θέρος καὶ χειμῶνας, μέχρις οὗ τὴν τε ἀρχὴν κατέπαυσαν τῶν Ἀθηναίων Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι, καὶ τὰ μακρὰ τείχη καὶ τὸν Πειραιᾶ κατέλαβον· ἔτη δὲ ἐς τοῦτο τὰ ξύμπαντα ἐγένετο τῷ πολέμῳ ἑπτὰ καὶ εἴκοσι. Sed morte interceptus, an alia de cauſa conſilium exſecutus non fuerit, non liquet. Praeter Hiſtoriam huius belli exſtat etiam, ſi Athenaeo V, 3, quem ad Homer. Il. β', pag. 284, ſequitur Euſtathius, credimus, Epigramma Thucydidis in Euripidem, quod & in Anthолog. Graec. III, 25, pag. 395, translatum eſt. Sed huius auctorem alios Timotheum μελοποιὸν feciſſe, prodit ſcriptor vitae Euripidis. Alia de eo, deque eius Hiſtoria, & loco mortis ac ſepulturae, e Dodwelli Apparatu peti poſſunt.

Digitized by Google

Illud mihi hoc loco non praetereundum visum fuit, a veteribus quibusdam scriptoribus interdum sub nomine Thucydidis laudari, quae in eo frustra quaeras: de quo ne quis dubitet, nonnulla, quae mihi nunc in promtu sunt, huc conferam. Dionysius Halicarn. Epist. secunda ad Ammaeum § 3 inter γλωσσηματικὰ, quae vocat, Thucydidis numerat vocabulum περιλογισμὸς, vel, ut ibi in quibusdam MSS. est, ἐπιλογισμός. In eadem Epistola § 4 scribit: ἡ δὲ οὐκ ἀποτείχισις τοῦ Πλημμυρίου, ἣν ἐν τῇ ἑβδόμῃ βίβλῳ τέθεικεν ἐν δημηγορίᾳ: & ibidem § 10, τὴν μὲν ταραχὴν, τάραχον καλεῖ, τὸ θηλυκὸν ἐκφέρων ἀρσενικῶς. Horum nihil in Thucydide invenias, in quo semel iterumque ἀναλογισμὸς est, περιλογισμὸς, vel ἐπιλογισμὸς, nunquam; & III, 45, διὰ τῆς Λευκάδος τὴν οὐ περιτείχισιν, ad quem locum respicit Eustathius ad Homer. Il. ά, pag. 111. Harpocration in ἀρχαίως haec habet: Θουκυδίδης δ' ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἱστοριῶν τρόπον τινὰ ἐξηγήσατο. φησὶ περὶ τῶν ἀρχαίων τοὺς νεωτέρους διεξέρχεσθαι. Περὶ μὲν γὰρ τῶν καθ' ἡμᾶς γεγενημένων, φησὶ, τοὺς ἀκριβέστατα λέγοντας πιστοτάτους ἡγούμεθα, περὶ δὲ τῶν παλαιῶν τοσούτῳ διεξιόντας ἀπιθανοτάτους εἶναι νομίζομεν, ὑπολαμβάνοντες οὔτε τὰς πράξεις ἁπάσας, οὔτε τῶν λόγων τοὺς πλείστους εἰκὸς εἶναι μνημονεύεσθαι διὰ τοσούτων. Henr. Stephanus Diatribe VII in Isocratem, nihil aliud dicit, quam locum hunc Thucydidis videri emendatione opus habere. Maussacus, Valesius, & Gronovius tacent. Et tamen certum est, haec neque in primo, neque in ullo alio libro legi: nam quae Thucydides I, 20 & seqq. de his, qui res vetustas memoriae prodiderunt, scribit, longe ab illis, quae ex eo affert Harpocration, diversa sunt. Pollux VI, 38: Θουκυδίδης δὲ ἔφη, εἰς ὀψώνιον ᾔτησε τριώβολον. Haec videri possunt ad contentionem inter Tissaphernem & Peloponnesios de stipendio his promisso pertinere, de qua est in Thucydide VIII, 29 & seqq. sed nusquam in eo leguntur; non magis quam quae IX, 16 ex illo laudat idem Pollux, ἐν περιπολίοις τισὶν ἐλήφθη. Stephanus de Urbib. Θέα πόλις:

Digitized by Google

Λακωνικῆς. Φιλόχωρος τρίτῳ. οἱ πολῖται Θεεῖς, ὡς Θουκυδίδης. In Thucydide nuſquam ſunt hi Θεεῖς, nec interpretes Stephani quidquam nos de iis docent. Sed mihi ſuſpicio eſt, hunc locum ὑποβολιμαῖον eſſe, & potius cuivis alii quam Stephano deberi. Indicium faciunt ea, quae idem in Αἰθαία ſcribit: Αἰθαία πόλις Λακωνικῆς, μία τῶν ἑκατὸν. Φιλόχωρος ἐν Ἀτθίδος τρίτῳ. τὸ ἐθνικὸν Αἰθαιεὺς, ὡς Θουκυδίδης πρώτῃ. Ex eo, quod utrobique Philochorum in tertio, & Thucydidem teſtes citat, apertum eſt, utroque loco de eadem urbe, & eodem nomine gentili agi. Cum autem in Thucydide I, 101, gentile ſit Ἀθεεῖς, non Θεεῖς, quos περιοίκους Spartanorum vocat, altera illa ſcriptura Θέα & Θεεῖς locum habere, aut defendi e levi diſcrimine τοῦ ε & αι non poteſt. Nec credo, Stephanum tam ſupinae negligentiae fuiſſe, ut haec ex iiſdem Philochori & Thucydidis locis aliter atque aliter deſcripſerit. Phrynichus in Eclog. Diction. Atticar. pag. 50 dicit, ſe in nullo probato ſcriptore inveniſſe κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ſed putare in Thucydidis lib. VIII legi κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ. Itaque, ſi quis huius auctoritate fretus ita dicere velit, ei addendum eſſe articulum τοῦ. Hoc Thomas Magiſter aliis de ſuo additis ita exornavit: κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ βέλτιον λέγειν, ἢ κατ' ἐκείνου (leg. ἐκεῖνο) καιροῦ. ἀεὶ γὰρ μετὰ ἄρθρου Θουκυδίδης λέγει: quaſi crebrum ſit in Thucydide hoc genus loquendi, apud quem hoc ſemel, idque nonnihil dubitans, ſe legiſſe dicit Phrynichus. Sed non memini, me vel lib. VIII, vel uſquam alibi in hoc ſcriptore legere κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ: ſemel tantum VII, 2, inveni κατὰ τοῦτο καιροῦ. Suidas quoque interdum teſtimoniis Thucydidis confirmat, quae nuſquam in eo leguntur: cuius generis ſunt ſequentia. Διαβούλομαι, ἀναπείσω. Θουκυδίδης. Διαλέγουσαν, διοικοδομοῦσαν. λέγειν γὰρ τὸ οἰκοδομεῖν. καὶ διαλέγου, διορύττου, Θουκυδίδης. Item in λέγω: διαλέγουσι, διορύττουσι. Θουκυδίδης. Et in αὐτόθεν: Θουκυδίδης· χειμὼν ἦν, καὶ τοῖς Ἀθηναίοις τὸν πόλεμον αὐτόθεν ποιεῖσθαι οὕτως ἐδόκει. rurſus Ἀνέσπασε. Θουκυδίδης. ἀνεύρηκεν, εἵλκυσε. & Χέδρο-

Digitized by Google

πες, ὄσπρια. καὶ ἐπικῶς χέδροψ, τὸ ὄσπριον. οὕτω Θουκυδίδης. quorum nihil, nisi admodum fallor, in Thucydide invenias. Sed in his, quae in ἐδήουν habet, Ἐδήουν παρὰ Θουκυδίδῃ, ἀντὶ τοῦ διέκοπτον, διέφθειρον. Ἅπασαν κατεδήουν τὴν ἀνατολικὴν χώραν, illa ἅπασαν — χώραν, non putem cum viris doctis ab eo laudari tanquam Thucydidea, sed ex alio anonymo descripta, & testimonium Thucydidis tantum ad ἐδήουν, & fortassis ad id, quod II, 12 legitur, τὴν γῆν ἐδήουν, referendum esse. quo modo in περίνεως quoque, cum testimonium Thucydidis advocasset, alium anonymi locum addit. Auctor Etymologici M. in δεκατευτήρια: Θουκυδίδης δὲ ἐπὶ τοῦ τελωνεῖν τὴν δεκάτην ἔθηκε, καὶ τὸ δεκατεύειν. Et in ἐμποδών: Ἐμποδὼν Θουκυδίδης, ἀντὶ τοῦ προχείρως. φησὶ γάρ· τὰς ἐμποδὼν αἰτίας μόνον ἐπισκοπεῖν. Eadem habent Priscianus lib. XVIII, pag. 1180. Suidas in ἐμποδὼν, & Apostolius VIII Proverb. 20. e lib. VIII, ut dicunt, & quidem auctiora his verbis, πορρωτέρω δὲ μηδὲν ἐπορέγεσθαι ταῖς διανοίαις. Sed horum omnium nec vola, nec vestigium est in Thucydide. Ulpianus in Demosthen. Phil. IV pag. 79 ed. Paris. Ἐχρήσατο οὖν Θουκυδιδείῳ λύσει, ἥπερ ὁ Λέσβιος χρώμενος φαίνεται, ὅτι τῷ μὲν δοκεῖν ὑπὲρ ἄλλων, τῇ δὲ ἀληθείᾳ ὑπὲρ ἡμῶν τὰ γενόμενα. Respexit ad Orationem Mitylenaeorum ad Peloponnesios III, 9; verum haec, quae ex illa describit, neque ibi, neque alibi, quod sciam, leguntur. Eust. in Hom. Odyss. ψ', pag. 1946 scribit, Atticos primas personas singulares plusquamperfectorum in ειν per η efferre, ut ᾔδη, ἐνενοήκη, ἐπεποιήκη, pro ᾔδειν, ἐνενοήκειν, ἐπεποιήκειν, & Attica hac consuetudine uti Thucyd. Hoc mihi nusquam, quantum nunc meminisse possum, observatum est. Moeris Atticista: Πομπεῖα, Ἀττικῶς, τὰ θυμιατήρια, καὶ τὰς χέρνιβας. ὡς Θουκυδίδης. Eadem habet Thomas Magister in πομπή. Habuerunt, puto, ante oculos verba Thucyd. II, 13: ἱερὰ σκεύη περί τε τὰς πομπὰς καὶ τοὺς ἀγῶνας. Nec tamen Thucydides vel ibi, vel alibi vocabulo πομπεῖα utitur, & Attice hac significatione πομπεῖα dici, non ex

Digitized by Google

illo, sed e Demosthene apud Harpocrationem, vel ex aliis scriptoribus Atticis ostendere debuerant. Apostolius II Proverb. 80: Λειβηθρίων ἀνοητότερος. Θουκυδίδης ταύτῃ ἐχρήσατο. Certissimum est, eum falli, nec usquam hoc proverbium in Thucydide inveniri. In Thoma Magistro quoque non pauca huius generis deprehendi, veluti in ἐπίτιμος: ἐπιτίμους τὰς οὐσίας ἐποιοῦν, quod perperam e V, 34 descriptum suspicor; in εὔγνωμον: ἄγνωμον ἀνθρώπιον; in λαμυρία: λαμυρὰ πηγή: & alia alibi; quorum cum pleraque a clar. Wasse, postquam prima aliquot folia Indicis acceperam, observata viderim, pluribus colligendis supersedeo. De his omnibus quid dicam, non habeo, nisi verosimile esse, alios ex his memoria confisos Thucydidem, cum scribebant, non inspexisse, eoque factum esse, ut vel alia, quam apud eum legebantur, scriberent, vel ei tribuerent, quae aliorum erant; alios exemplaribus ab iis, quae nunc habemus, discrepantibus usos esse; ac denique loca quaedam, in quibus testimonio Thucydidis utuntur, corrupta esse, ut utrumque locum Pollucis, in quo libri scripti variant, & quidam nomen Thucydidis non habent. Sed non satis mirari possum, quid in mentem venire potuerit Pantino, ut haec Graeca Apostolii III, 29, Τῆς Πυθίας ἡ γνώμη, ἣν εἶπε πρὸς Γλαῦκον τὸν Ἐπικυδίδην, Σπαρτιάτην, verteret, *sententia est Pythiae, quam apud* Thucydidem *Glauco Spartiatae* dixit, & ex Epicydide Thucydidem nobis mira metamorphosi faceret. Habuit alibi mentem, cum haec scribebat, Pantinus. Quod Pythia Glauco dixit, ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων, non in Thucydide est, sed in Herodoto VI, 86, & ex eo in Stobaeo Serm. XXVII; nec Ἐπικυδίδης est Thucydides. In Apostolio autem pro τὸν Ἐπικυδίδην scribendum est τὸν Ἐπικυδίδου, quod Herodotus & Stobaeus dicunt τὸν Ἐπικυδείδεος.

Digitized by Google

ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ

ΟΛΟΡΟΥ

ΞΥΓΓΡΑΦΗΣ ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ

Digitized by Google

EPITOME LIBRI I.

EPIDAMNII bello preſſi. cum, Corcyraeis auxilium negantibus. Corinthiorum imploraſſent opem. colonos ab ipſis praeſidiumque acceperunt. Cap. XXIV. XXV. *Ob id Corcyraei Epidamnum circumſedent: ipſiſque navali acie Corinthiis victis, oppidum capiunt.* XXIX. *Cum vero vi maiore ultionem Corinthii pararent, Corcyraei ad ſocietatem Athenienſium confugiunt. &. impetrato ſubſidio, navali proelio cum Corinthiis decernunt: in eo Athenienſes cum Corinthiis manus conſeruerunt.* LI. *Sic foedus violatum.* LII. *Potidaea ab Athenienſibus defecit. Eam Athenienſes, proelio fuſis Corinthiis, qui ſubſidio venerant, obſidione cingunt.* LXII. *Lacedaemonii, concilio ſociorum advocato, ruptum ab Athenienſibus foedus cenſent; bellum decernunt.* LXXXVIII. CXXIV. *Hinc cum, ſaepe miſſis ultro citroque legatis, non conveniret, Athenienſes & ipſi, auctore Pericle, bellum iuſſerunt. Veteris praeterea Graeciae ſtatus, Athenienſis Reipublicae incrementa.* LXXXIX. *Pauſaniaeque & Themiſtoclis interitus referuntur.* CXXVIII. CXXXV.

Digitized by Google

ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ
ΟΛΟΡΟΥ
ΞΥΓΓΡΑΦΗΣ ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ.

THUCYDIDIS
OLORI FILII
HISTORIAE LIBER PRIMUS.

Θουκυδιδης Ἀθηναῖος ξυνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων, ὡς ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους· ἀρξάμενος εὐθὺς καθισταμένου, καὶ ἐλπίσας μέγαν τε ἔσεσθαι καὶ ἀξιολογώτατον τῶν προγεγενημένων· τεκμαιρόμενος, ὅτι ἀκμάζοντές τε ἦσαν ἐς αὐτὸν ἀμφότεροι παρασκευῇ τῇ πάσῃ, καὶ τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν ὁρῶν ξυνιστάμενον πρὸς ἑκατέρους, τὸ μὲν

Thucydides Athenienſis bellum Peloponneſiorum Athenienſiumque, quod inter ſe geſſerunt, conſcripſit, exorſus ſtatim ab eo moto, ſperans etiam, fore cum magnum, tum ſuperioribus longe memorabilius: his coniecturis adductus, quod & utrique omni bellico apparatu florerent, & ceteros Graecos cum alterutris ſe coniungere

Digitized by Google

εὐθὺς, τὸ δὲ καὶ διανοούμενον. κίνησις γὰρ αὕτη μεγίστη δὴ τοῖς Ἕλλησιν ἐγένετο, καὶ μέρει τινὶ τῶν βαρβάρων, ὡς δὲ εἰπεῖν, καὶ ἐπὶ πλεῖστον ἀνθρώπων. τὰ γὰρ πρὸ αὐτῶν, καὶ τὰ ἔτι παλαιότερα, σαφῶς μὲν εὑρεῖν διὰ χρόνου πλῆθος ἀδύνατον ἦν· ἐκ δὲ τεκμηρίων, ὧν ἐπὶ μακρότατον σκοποῦντί μοι πιστεῦσαι ξυμβαίνει, οὐ μεγάλα νομίζω γενέσθαι, οὔτε κατὰ τοὺς πολέμους, οὔτε ἐς τὰ ἄλλα.

β'. Φαίνεται γὰρ ἡ νῦν Ἑλλὰς καλουμένη, οὐ πάλαι βεβαίως οἰκουμένη, ἀλλὰ μεταναστάσεις τε οὖσαι τὰ πρότερα, καὶ ῥᾳδίως ἕκαστοι τὴν ἑαυτῶν ἀπολείποντες, βιαζόμενοι ὑπό τινων ἀεὶ πλειόνων. τῆς γὰρ ἐμπορίας οὐκ οὔσης, οὐδ' ἐπιμιγνύντες ἀδεῶς ἀλλήλοις, οὔτε κατὰ γῆν, οὔτε διὰ θαλάσσης, νεμό-

videret, partim quidem ſtatim, partim vero etiam in animo habere atque moliri. Hic enim motus profecto maximus inter Graecos fuit, quin etiam in quadam barbarorum, ac propemodum, ut ita loquar, in maxima ceterorum mortalium parte maximus exſtitit. Nam ſuperiores, & his longe antiquiores motus, ob temporum vetuſtatem plane comperti eſſe non potuerunt. Sed coniecturis nixus, quas mihi remotiſſimam a nobis antiquitatem ſpectanti contingit credere veras eſſe, eos nec in bellicis, nec in ceteris rebus ad pacem pertinentibus magnos fuiſſe puto.

II. Conſtat enim, eam, quae Graecia nunc appellatur, olim non conſtanter habitatam fuiſſe: ſed primum frequentes migrationes inde fuiſſe factas, & facile ſuos quemque fines deſeruiſſe, ſemper ab aliquo maiore numero coactum. Nam cum nulla eſſet negotiatio, nec ullus inter ipſos tuto commercio citra formidinem vel terra vel mari

Digitized by Google

μενοί τε τὰ αὐτῶν ἕκαστοι ὅσον ἀποζῆν, καὶ περιουσίαν χρημάτων οὐκ ἔχοντες, οὐδὲ γῆν φυτεύοντες (ἄδηλον ὃν ὁπότε τὶς ἐπελθὼν, καὶ ἀτειχίστων ἅμα ὄντων, ἄλλος ἀφαιρήσεται) τῆς τε καθ' ἡμέραν ἀναγκαίου τροφῆς παντα χοῦ ἂν ἡγούμενοι ἐπικρατεῖν, οὐ χαλεπῶς ἀπανίσταντο. καὶ διὰ αὐτὸ, οὔτε μεγέθει πόλεων ἴσχυον, οὔτε τῇ ἄλλῃ παρασκευῇ. μάλιστα δὲ τῆς γῆς ἡ ἀρίστη ἀεὶ τὰς μεταβολὰς τῶν οἰκητόρων εἶχεν. ἥ τε νῦν Θεσσαλία καλουμένη, καὶ Βοιωτία, Πελοποννήσου τε τὰ πολλὰ, πλὴν Ἀρκαδίας, τῆς τε ἄλλης ὅσα ἦν κράτιστα. διὰ γὰρ ἀρετὴν γῆς, αἵ τε δυνάμεις τισὶ μείζους ἐγγινόμεναι στάσεις ἐνεποίουν, ἐξ ὧν ἐφθείροντο, καὶ ἅμα ὑπὸ ἀλλοφύλων μᾶλλον ἐπεβουλεύοντο. τὴν γοῦν Ἀττικὴν ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον διὰ

locus esset, cumque singuli res suas, & agros eatenus colerent, quatenus vitam parce agerent, nec magnam pecuniae vim haberent, nec humum arboribus consererent, (quia incertum erat, quando quis alius incursione repentina labores esset ablaturus, simul etiam, quia nullis muris erant muniti) & quotidianum ac necessarium victum se ubique adepturos existimarent, non gravate suis sedibus migrabant. Idcirco etiam nec urbium magnitudine, nec alio bellico apparatu valebant. Atque potissimum optimus quisque ager his incolarum mutationibus semper erat obnoxius, ut & ea, quae nunc Thessalia vocatur, & Boeotia, & Peloponnesi magna pars, praeter Arcadiam, & reliquae Graeciae partes, quaecunque erant uberrimae. Nam inter nonnullos propter soli praestantiam opes admodum auctae, seditiones excitabant, per quas ipsi profligabantur, simul etiam alienigenarum insidiis magis ap-

Digitized by Google

τὸ λεπτόγεων ἀστασίαστον οὖσαν, ἄνθρωποι ἔσχον οἱ αὐτοὶ ἀεί. καὶ παράδειγμα τόδε τοῦ λόγου οὐκ ἐλάχιστόν ἐστι, διὰ τὰς μετοικίας ἐς τὰ ἄλλα μὴ ὁμοίως αὐξηθῆναι. ἐκ γὰρ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος οἱ πολέμῳ ἢ στάσει ἐκπίπτοντες, παρ' Ἀθηναίους οἱ δυνατώτατοι, ὡς βέβαιον ὂν, ἀνεχώρουν· καὶ πολῖται γιγνόμενοι, εὐθὺς ἀπὸ παλαιοῦ μείζω ἔτι ἐποίησαν πλήθει ἀνθρώπων τὴν πόλιν· ὥστε καὶ ἐς Ἰωνίαν ὕστερον, ὡς οὐχ ἱκανῆς οὔσης τῆς Ἀττικῆς, ἀποικίας ἐξέπεμψαν.

γ'. Δηλοῖ δέ μοι καὶ τόδε τῶν παλαιῶν ἀσθένειαν οὐχ ἥκιστα· πρὸ γὰρ τῶν Τρωϊκῶν οὐδὲν φαίνεται πρότερον κοινῇ ἐργασαμένη ἡ Ἑλλάς. δοκεῖ δέ μοι, οὐδὲ τοὔνομα τοῦτο ξύμπασά πω εἶχεν, ἀλλὰ τὰ μὲν πρὸ

petebantur. Quamobrem Atticam, ut plurimum propter agri tenuitatem ſeditionum immunem, iidem homines ſemper incoluerunt. Atque rerum a me dictarum hoc non minimum eſt indicium, ob aſſiduas migrationes Graeciam in ceteris partibus non peraeque adauctam fuiſſe. Nam qui aut bello, aut ſeditione excidebant reliqua Graecia, eorum potentiſſimi quique ad Athenienſes, quod illorum ſedes ſtabiles tutaeque eſſent, ſe recipiebant. Et, civitatis iure donati, ſtatim ab antiquiſſimis uſque temporibus civitatem hominum frequentia longe maiorem fecerunt: quamobrem etiam', quod Attica omnes capere ac alere non poſſet, colonias in Ioniam poſtea emiſerunt.

III. Hoc autem etiam priſcorum hominum imbecillitatem mihi non minime demonſtrat: nam ante bellum Troianum ab Helladis civitatibus nihil communiter geſtum fuiſſe conſtat. Ac ne hoc quidem nomen, ut mea fert ſententia, univerſa Graecia commune adhuc habebat: ſed ante

Digitized by Google

Ἕλληνος τοῦ Δευκαλίωνος καὶ πάνυ οὐδὲ εἶναι ἡ ἐπίκλησις αὕτη, κατὰ ἔθνη δὲ ἄλλα τε καὶ τὸ Πελασγικὸν ἐπιπλεῖστον, ἀφ' ἑαυτῶν τὴν ἐπωνυμίαν παρέχεσθαι. Ἕλληνος δὲ καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ ἐν τῇ Φθιώτιδι ἰσχυσάντων, καὶ ἐπαγομένων αὐτοὺς ἐπ' ὠφελείᾳ ἐς τὰς ἄλλας πόλεις, καθ' ἑκάστους μὲν ἤδη τῇ ὁμιλίᾳ μᾶλλον καλεῖσθαι Ἕλληνας. οὐ μέντοι πολλοῦ γε χρόνου ἠδύναντο καὶ ἅπασιν ἐκνικῆσαι. τεκμηριοῖ δὲ μάλιστα Ὅμηρος. πολλῷ γὰρ ὕστερος ἔτι καὶ τῶν Τρωϊκῶν γενόμενος, οὐδαμοῦ τοὺς ξύμπαντας ὠνόμασεν, οὐδ' ἄλλους ἢ τοὺς μετ' Ἀχιλλέως ἐκ τῆς Φθιώτιδος, οἵπερ καὶ πρῶτοι Ἕλληνες ἦσαν· Δαναοὺς δὲ ἐν τοῖς ἔπεσι, καὶ Ἀργείους, καὶ Ἀχαιοὺς ἀνακαλεῖ. οὐ

aetatem Hellenis filii Deucalionis cognomen istud nullo prorsus modo videtur fuisse; sed singulae gentes, cum aliae, tum maxime Pelasgica, quae latissime diffusa erat, locis, in quibus degebant, nomen a se ipsis indidisse. Sed cum Hellen, eiusque liberi, rerum in Phthiotide potiti fuissent, & ceteri Thessaliae populi eos in alias civitates ad se auxilii causa arcesserent, ita demum propter diuturnum congressum & consuetudinem factum videtur, ut singuli Hellenes vocarentur. Et tamen ne sic quidem longo post tempore istud cognomen ad omnes etiam pervenire potuit atque obtinere. Homerus vero praecipue hoc indicat. Quamvis enim multo post bellum Troianum sit natus, nusquam tamen universos Graeciae populos appellavit, nec alios, quam eos, qui cum Achille ex Phthiotide venerant, qui etiam primi Ἕλληνες fuerunt. Danaos vero, & Argivos, & Achaeos in suis carminibus nominat. Nec tamen barbaros dixit, quod ne Ἕλληνες quidem, a barba-

Digitized by Google

μὴν οὐδὲ βαρβάρους εἴρηκε, διὰ τὸ μηδὲ Ἕλληνάς πω (ὡς ἐμοὶ δοκεῖ) ἀντίπαλον εἰς ἓν ὄνομα ἀποκεκρίσθαι. οἱ δ' οὖν ὡς ἕκαστοι Ἕλληνες κατὰ πόλεις τε ὅσοι ἀλλήλων ξυνίεσαν, καὶ ξύμπαντες ὕστερον κληθέντες, οὐδὲν πρὸ τῶν Τρωϊκῶν δι' ἀσθένειαν καὶ ἀμιξίαν ἀλλήλων ἀθρόοι ἔπραξαν. ἀλλὰ καὶ ταύτην τὴν στρατείαν, θαλάσσῃ ἤδη τὰ πλείω χρώμενοι, ξυνῆλθον.

δ'. Μίνως γὰρ παλαίτατος ὧν ἀκοῇ ἴσμεν, ναυτικὸν ἐκτήσατο, καὶ τῆς νῦν Ἑλληνικῆς θαλάσσης ἐπιπλεῖστον ἐκράτησε· καὶ τῶν Κυκλάδων νήσων ἦρξέ τε, καὶ οἰκιστὴς πρῶτος τῶν πλείστων ἐγένετο, Κᾶρας ἐξελάσας, καὶ τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας ἡγεμόνας ἐγκαταστήσας. τό, τε λῃστικὸν, ὡς εἰκὸς, καθῆρει ἐκ τῆς

ris distinctis, in unum totius gentis commune nomen, barbaro (ut mihi videtur) oppositum, adhuc coaluissent. Quotquot igitur & singuli passim Ἕλληνες erant, & quotquot per urbes sparsi se mutuo intelligebant, & qui universi postea communi τῶν Ἑλλήνων appellatione nominati fuerunt, propter virium imbecillitatem, & vitae genus mutuo commercio carens, nihil ante Troiana tempora armis coniunctis gesserunt. Sed & ad hanc ipsam expeditionem convenerunt, quod in plerisque Graeciae partibus iam rebus maritimis operam darent.

IV. Minos enim eorum, quos auditu cognovimus, antiquissimus, classem sibi comparavit, maximamque partem maris, quod Graecum nunc vocatur, in suam potestatem redegit: & Cycladum insularum imperium obtinuit, & in earum pleraſque primus colonias deduxit, Caribus inde pulsis, suosque filios ibi principes constituit. Praeterea la-

Digitized by Google

θαλάσσης ἐφόσον ἠδύναντο, τοῦ τὰς προσόδους μᾶλλον ἴσας αὐτῷ.

ε'. Οἱ γὰρ Ἕλληνες τοπάλαι, καὶ τῶν βαρβάρων οἵ τε ἐν τῇ ἠπείρῳ παραθαλάσσιοι, καὶ ὅσοι νήσους εἶχον, ἐπειδὴ ἤρξαντο μᾶλλον περαιοῦσθαι ναυσὶν ἐπ' ἀλλήλους, ἐτράποντο πρὸς λῃστείαν, ἡγουμένων ἀνδρῶν οὐ τῶν ἀδυνατωτάτων, κέρδους τοῦ σφετέρου αὐτῶν ἕνεκα, καὶ τοῖς ἀσθενέσι τροφῆς· καὶ προσπίπτοντες πόλεσιν ἀτειχίστοις, καὶ κατὰ κώμας οἰκουμένας, ἤρπαζον, καὶ τὸν πλεῖστον τοῦ βίου ἐντεῦθεν ἐποιοῦντο· οὐκ ἔχοντός πω αἰσχύνην τούτου τοῦ ἔργου, φέροντος δέ τι καὶ δόξης μᾶλλον. δηλοῦσι δὲ τῶν τε ἠπειρωτῶν τινες ἔτι καὶ νῦν, οἷς κόσμος καλῶς τοῦτο δρᾶν, καὶ οἱ παλαιοὶ τῶν ποιητῶν, τὰς πύστεις τῶν καταπλεόντων

trones, (ut est verisimile) quoad potuit, e mari sustulit, ut reditus ad se facilius venirent.

V. Olim enim Graeci, & barbari, quotquot in continente degebant, marique vicini erant, quique insulas incolebant, postquam navibus alii ad alios mare traiicere frequentius coeperunt, sese ad latrocinia converterunt, virorum potentissimorum ductu, idque tum quaestus sui causa, tum etiam ut victum pauperibus quaererent: atque adorti civitates nullis muris munitas, & quae pagatim incolebantur, eas diripiebant, & maximam victus partem hinc sibi comparabant: quod hoc facinus nondum ignominiam haberet, immo vero nonnihil etiam gloriae potius afferret. Hoc autem nunc etiam cum alii nonnulli, qui in continente habitant, manifeste declarant, quibus decori est hoc scite exercere, tum etiam antiqui poëtae, apud quos illi ultro citroque navigantes, ubique eodem

Digitized by Google

παντα χοῦ ὁμοίως ἐρωτῶντες, εἰ λῃσταί εἰσιν· ὡς οὔτε ὧν πυνθάνονται ἀπαξιούντων τὸ ἔργον, οἷς τ' ἐπιμελὲς εἴη εἰδέναι, οὐκ ὀνειδιζόντων. ἐληΐζοντο δὲ καὶ κατ' ἤπειρον ἀλλήλους. καὶ μέχρι τοῦδε πολλὰ τῆς Ἑλλάδος τῷ παλαιῷ τρόπῳ νέμεται, περί τε Λοκροὺς τοὺς Ὀζόλας, καὶ Αἰτωλοὺς, καὶ Ἀκαρνᾶνας, καὶ τὴν ταύτῃ ἤπειρον. τό, τε σιδηροφορεῖσθαι τούτοις τοῖς ἠπειρώταις ἀπὸ τῆς παλαιᾶς λῃστείας ἐμμεμένηκε.

στ'. Πᾶσα γὰρ ἡ Ἑλλὰς ἐσιδηροφόρει, διὰ τὰς ἀφράκτους τε οἰκήσεις, καὶ οὐκ ἀσφαλεῖς παρ' ἀλλήλους ἐφόδους· καὶ ξυνήθη τὴν δίαιταν μετ' ὅπλων ἐποιήσαντο, ὥσπερ οἱ βάρβαροι. σημεῖον δ' ἐστὶ ταῦτα τῆς Ἑλλάδος ἔτι οὕτω νεμόμενα, τῶν ποτε καὶ ἐς πάντας ὁμοίων διαιτημάτων. ἐν τοῖς πρῶτοι δὲ Ἀθηναῖοι τόν τε

modo interrogantur, numquid ſint latrones: quod neque illi, quos interrogant, factum ut ſe indignum infitientur, nec illi, quibus curae eſt, rem ex illis ſcire, hoc ipſis exprobrent. In mediterraneis etiam alii alios praedabantur. Et ad hoc uſque tempus multi Graeciae populi priſco more vivunt, ut Locri, qui Ozolae vocantur, & Aetoli, & Acarnanes, & qui finitimam horum agro continentem incolunt. Quin etiam ipſe armorum geſtandorum mos apud hos continentis incolas ex veteri latrociniorum conſuetudine permanſit.

VI. Omnis enim Graecia geſtabat arma, tum quia domicilia nullis munitionibus ſepta habebant, tum etiam, quia tuto commeare ultro citroque non poterant: & vitae genus armis geſtandis aſſuetum, ut barbari, coluerunt. Graeciae autem populi; qui nunc etiam ita vivunt, ſimilia vitae inſtituta olim & apud omnes fuiſſe teſtantur. In-

Digitized by Google

σίδηρον κατέθεντο, καὶ ἀνειμένῃ τῇ διαίτῃ ἐς τὸ τρυφερώτερον μετέστησαν. καὶ οἱ πρεσβύτεροι αὐτοῖς τῶν εὐδαιμόνων, διὰ τὸ ἁβροδίαιτον, οὐ πολὺς χρόνος ἐπειδὴ χιτῶνάς τε λινοῦς ἐπαύσαντο Φοροῦντες, καὶ χρυσῶν τεττίγων ἐν ἕρσει κρωβύλον ἀναδούμενοι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν. ἀφ' οὗ καὶ Ἰώνων τοὺς πρεσβυτέρους κατὰ τὸ ξυγγενὲς ἐπιπολὺ αὕτη ἡ σκευὴ κατέσχε. μετρίᾳ δ' αὖ ἐσθῆτι καὶ ἐς τὸν νῦν τρόπον πρῶτοι Λακεδαιμόνιοι ἐχρήσαντο, καὶ ἐς τἆλλα πρὸς τοὺς πολλοὺς οἱ τὰ μείζω κεκτημένοι, ἰσοδίαιτοι μάλιστα κατέστησαν. ἐγυμνώθησάν τε πρῶτοι, καὶ ἐς τὸ φανερὸν ἀποδύντες, λίπα μετὰ τοῦ γυμνάζεσθαι ἠλείψαντο. τὸ δὲ πάλαι καὶ ἐν τῷ Ὀλυμπιακῷ ἀγῶνι διαζώματα ἔχοντες περὶ τὰ αἰδοῖα οἱ ἀθληταὶ ἠγωνίζοντο· καὶ οὐ πολλὰ ἔτη ἐπειδὴ πέπανται. ἔτι δὲ καὶ ἐν τοῖς βαρ-

ter hos autem primi Athenienſes ferrum depoſuerunt, & remiſſiorem cultum ſecuti, ad genus vitae lautius tranſierunt: nec multum eſt tempus, ex quo apud eos illi, qui de ſenioribus, propter delicatum vitae genus erant beatiores, ferre deſierunt lineas tunicas, & aureas cicadas, quas capitis comam religantes cincinnis inſerebant. Unde etiam apud antiquiores Iones cultus iſte propter cognationem obtinuit. Modica vero veſte, & ad huius aetatis conſuetudinem accommodata, primi Lacedaemonii ſunt uſi, & cum ceteris in rebus, tum vero praecipue in victu, corporiſque cultu, qui locupletiores erant, aequalitatem cum plebe ſervarunt. Iidem etiam primi corpora nudarunt, & veſtes palam exuentes, certaturi ſeſe oleo unxerunt. Olim vero in Olympiaco certamine athletae ſubligacula circum pudenda geſtantes certabant: nec multi ſunt anni, ex quo

Digitized by Google

βάρος ἔστιν οἷς νῦν, καὶ μάλιστα τοῖς Ἀσιανοῖς, πυγμῆς καὶ πάλης ἆθλα τίθεται, καὶ διεζωσμένοι τοῦτο δρῶσι. πολλὰ δ' ἂν καὶ ἄλλα τις ἀποδείξειε τὸ παλαιὸν Ἑλληνικὸν ὁμοιότροπα τῷ νῦν βαρβαρικῷ διαιτώμενον.

ζ'. Τῶν δὲ πόλεων ὅσαι μὲν νεώτατα ὠκίσθησαν, καὶ ἤδη πλωϊμωτέρων ὄντων, περιουσίας μᾶλλον ἔχουσαι χρημάτων, ἐπ' αὐτοῖς τοῖς αἰγιαλοῖς τείχεσιν ἐκτίζοντο, καὶ τοὺς ἰσθμοὺς ἀπελάμβανον, ἐμπορίας τε ἕνεκα καὶ τῆς πρὸς τοὺς προσοίκους ἕκαστοι ἰσχύος· αἱ δὲ παλαιαὶ, διὰ τὴν λῃστείαν ἐπιπολὺ ἀντισχοῦσαι, ἀπὸ θαλάσσης μᾶλλον ὠκίσθησαν, αἵ τε ἐν ταῖς νήσοις καὶ ἐν ταῖς ἠπείροις. ἔφερον γὰρ ἀλλήλους τε καὶ

haec geſtari deſierunt. Quin etiam adhuc apud nonnullos barbaros, praecipue vero Aſiaticos, pugilatus & luctae praemia proponuntur, & athletae ſubligaculis in certamine utuntur. Multis etiam aliis in rebus demonſtrauit quis, priſcos Graecos eodem vitae genere uſos, quo huius aetatis barbari utuntur.

VII. Urbes vero, quotquot noviſſime ſunt conditae, praeſertim ex quo navigandi ratio tutior eſſe coepit, cum maiorem pecuniarum copiam haberent, ad ipſa litora moenibus cinctae condebantur, & iſthmos occupabant, cum mercaturae cauſa, tum potentiae, qua ſe tuerentur adverſus ſuos quaeque finitimos. At vetuſtae urbes, propter aſſiduam ac diuturnam latronum infeſtationem, procul a mari potius aedificatae fuerunt, tam illae, quae in inſulis, quam quae in continente ſunt ſitae. Etenim & alii, qui mare accolebant, licet rebus maritimis operam

Digitized by Google

τῶν ἄλλων ὅσοι ὄντες οὐ θαλάσσιοι κάτω ᾤκουν· καὶ μέχρι τοῦδε ἔτι ἀνωκισμένοι εἰσί.

η'. Καὶ οὐχ ἧσσον λῃσταὶ ἦσαν οἱ νησιῶται, Κᾶρές τε ὄντες καὶ Φοίνικες. οὗτοι γὰρ δὴ τὰς πλείστας τῶν νήσων ᾤκησαν. μαρτύριον δέ· Δήλου γὰρ καθαιρομένης ὑπὸ Ἀθηναίων ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ, καὶ τῶν θηκῶν ἀναιρεθεισῶν ὅσαι ἦσαν τῶν τεθνεώτων ἐν τῇ νήσῳ, ὑπὲρ ἥμισυ Κᾶρες ἐφάνησαν, γνωσθέντες τῇ τε σκευῇ τῶν ὅπλων ξυντεθαμμένῃ, καὶ τῷ τρόπῳ ᾧ νῦν ἔτι θάπτουσι. καταστάντος δὲ τοῦ Μίνω ναυτικοῦ, πλωϊμώτερα ἐγένετο παρ' ἀλλήλους· οἱ γὰρ ἐκ τῶν νήσων κακοῦργοι ἀνέστησαν ὑπ' αὐτοῦ, ὅτεπερ καὶ τὰς πολλὰς αὐτῶν. κατῴκιζε. καὶ δι παρὰ θάλασσαν ἄνθρωποι μᾶλλον ἤδη τὴν κτῆσιν τῶν χρημάτων ποιούμενοι, βεβαιότερον

non darent, tamen ſeſe mutuo populabantur: & ad hoc uſque tempus mediterranea incolunt.

VIII. Praecipue vero inſularum incolae, ut Cares, & Phoenices, latrocinia exercebant. Hi enim plurimas inſulas incolebant. Hoc vero probatur iſto ſigno quaſi teſtimonio. Cum enim Athenienſes huius belli tempore Delum luſtraſſent, & ſepulcra ſuſtuliſſent, quotquot erant hominum, qui in hac inſula deceſſerant, ſupra dimidium Cares inventi ſunt, tum genere armorum agniti, quae cum ipſis fuerant ſepulta, tum ipſo modo, quo nunc quoque ſepeliuntur. Sed cum Minos claſſem paraſſet, maria liberius ultro citroque navigari coeperunt. Etenim praedones ex inſulis ab eo ſunt ſublati, quo etiam tempore colonias in illarum pleraſque deduxit. Et homines, qui prope mare degebant, iam parandae pecuniae ſtudio magis dediti, conſtantius ac tutius habitabant. Quin etiam quidam, ditio-

Digitized by Google

ᾤκουν· καί τινες καὶ τείχη περιεβάλλοντο, ὡς πλουσιώτεροι ἑαυτῶν γιγνόμενοι. ἐφιέμενοι γὰρ τῶν κερδῶν, οἵ τε ἧσσους ὑπέμενον τὴν τῶν κρεισσόνων δουλείαν, οἵ τε δυνατώτεροι περιουσίας ἔχοντες, προσεποιοῦντο ὑπηκόους τὰς ἐλάσσους πόλεις. καὶ ἐν τούτῳ τῷ τρόπῳ μᾶλλον ἤδη ὄντες, ὑστέρῳ χρόνῳ ἐπὶ Τροίαν ἐστράτευσαν.

Θ'. Ἀγαμέμνων τέ μοι δοκεῖ, τῶν τότε δυνάμει προὔχων, καὶ οὐ τοσοῦτον τοῖς Τυνδάρεω ὅρκοις κατειλημμένους τοὺς Ἕλένης μνηστῆρας ἄγων, τὸν στόλον ἀγεῖραι. λέγουσι δὲ καὶ οἱ τὰ σαφέστατα Πελοποννησίων μνήμῃ παρὰ τῶν πρότερον δεδεγμένοι, Πέλοπά τε πρῶτον πλήθει χρημάτων, ἃ ἦλθεν ἐκ τῆς Ἀσίας ἔχων, εἰς ἀνθρώπους ἀπόρους δύναμιν περιποιησάμενον, τὴν ἐπωνυμίαν τῆς χώρας ἐπηλύτην ὄντα ὅμως σχεῖν,

res quam ante facti, urbes muris circumdederunt. Etenim cupiditate quaestus, & qui imbecilliores erant, potentiorum servitutem sustinebant, & qui potentiores, quia magnas habebant facultates, minores civitates suae ditioni adiungebant, easque imperata facere cogebant. Cum autem hac ratione iam opes auxissent, ad Ttoiam cum exercitu postea sunt profecti.

IX. Et Agamemnon mihi videtur classem coëgisse, quod ceteros illius seculi potentia superaret, non autem tantopere, quod Helenae procos Tyndarei iureiurando obstrictos duceret. Etenim qui res a Peloponnesiis gestas, memoriaeque proditas, & sibi a maioribus traditas acceperunt, & exploratissime cognoverunt, tradunt, Pelopem primum cum magna vi pecuniarum, quas secum ex Asia ad homines inopes attulerat, parata potentia, quamvis peregrinus esset, tamen illius regionis cognomen obtinuis-

Digitized by Google

καὶ ὕστερον τοῖς ἐκγόνοις ἔτι μείζω ξυνενεχθῆναι, Εὐρυσθέως μὲν ἐν τῇ Ἀττικῇ ὑπὸ Ἡρακλειδῶν ἀποθανόντος, Ἀτρέως δὲ μητρὸς ἀδελφοῦ ὄντος αὐτῷ, καὶ ἐπιτρέψαντος Εὐρυσθέως ὅτ' ἐστράτευε, Μυκήνας τε καὶ τὴν ἀρχὴν, κατὰ τὸ οἰκεῖον, Ἀτρεῖ (τυγχάνειν δὲ αὐτὸν φεύγοντα τὸν πατέρα διὰ τὸν Χρυσίππου θάνατον) καὶ ὡς οὐκέτι ἀνεχώρησεν Εὐρυσθεὺς, βουλομένων καὶ τῶν Μυκηναίων, φόβῳ τῶν Ἡρακλειδῶν, καὶ ἅμα δυνατὸν δοκοῦντα εἶναι, καὶ τὸ πλῆθος τεθεραπευκότα, τῶν Μυκηναίων τε καὶ ὅσων Εὐρυσθεὺς ἦρχε τὴν βασιλείαν Ἀτρέα παραλαβεῖν, καὶ τῶν Περσειδῶν τοὺς Πελοπίδας μείζους καταστῆναι. ἃ μοι δοκεῖ Ἀγαμέμνων παραλαβὼν, καὶ ναυτικῷ τε ἅμα ἐπιπλέον τῶν ἄλλων ἰσχύσας, τὴν στρατιὰν οὐ χάριτι τὸ πλεῖον ἢ φόβῳ ξυναγαγὼν ποιήσασθαι. φαίνεται γὰρ ναυσί τε πλεί-

se, & postea longe maiorem ipsius posteris obtigisse, postquam Eurystheus quidem in Attica ab Heraclidis interfectus fuit; Atreus vero, qui ipsius erat avunculus, & cui Eurystheus, cum ad expeditionem proficisceretur, propter necessitudinem Mycenas, & earum imperium commiserat, (patrem vero propter Chrysippi necem fugiebat, ut aiunt) regnum est adeptus. Cum enim Eurystheus non amplius rediisset, Mycenaeis etiam volentibus, Heraclidarum metu, simul etiam quod vir strenuus esse videretur, & multitudinis benevolentiam sibi conciliasset, ita demum ferunt Atreum regno Mycenaeorum, & ceterorum omnium, quibus Eurystheus ante imperabat, potitum, & Pelopidas Perfidis potentiores hac ratione factos. Quas opes Agamemnon cum accepisset, & classe ceteris longe praestaret, non gratia potius, quam metu, copias illas mihi videtur

Digitized by Google

σταις αὐτὸς ἀφικόμενος, καὶ Ἀρκάσι προσπαρασχὼν, ὡς Ὅμηρος τοῦτο δεδήλωκεν, εἴ τῳ ἱκανὸς τεκμηριῶσαι. καὶ ἐν τοῦ σκήπτρου ἅμα τῇ παραδόσει, εἰρηκεν αὐτὸν ΠΟΛΛΗΙΣΙ ΝΗΣΟΙΣΙ ΚΑΙ ΑΡΓΕΙ ΠΑΝΤΙ ΑΝΑΣΣΕΙΝ. οὐκ ἂν οὖν νήσων ἔξω τῶν περιοικίδων (αὗται δὲ οὐκ ἂν πολλαὶ εἴησαν) ἠπειρώτης ὢν ἐκράτει, εἰ μή τι καὶ ναυτικὸν εἶχεν. εἰκάζειν δὲ χρὴ καὶ ταύτῃ τῇ στρατιᾷ, οἵα ἦν τὰ πρὸ αὐτῆς.

ι'. Καὶ ὅτι μὲν Μυκῆναι μικρὸν ἦν, ἢ εἴ τι τῶν τότε πόλισμα νῦν μὴ ἀξιόχρεων δοκεῖ εἶναι, οὐκ ἀκριβεῖ ἄν τις σημείῳ χρώμενος ἀπιστοίη μὴ γενέσθαι τὸν στόλον τοσοῦτον ὅσον οἵτε ποιηταὶ εἰρήκασι, καὶ ὁ λόγος κατέχει. Λακεδαιμονίων γὰρ εἰ ἡ πόλις ἐρημωθείη, λειφθείη δὲ τά τε ἱερὰ καὶ τῆς κατασκευῆς τὰ ἐδάφη,

coëgisse. Constat enim, eum & plurimis cum navibus profectum, & Arcadibus praeterea naves praebuisse, ut Homerus hoc declaravit, si qui idoneus testis videtur. Quin etiam in ipsa sceptri traditione, dixit ipsum, Multis insulis, & omni Argo imperare. Nequaquam igitur insulas, praeter vicinas, (hae autem non multae esse possint) Agamemnon, qui in continente degebat, in sua ditione habere potuisset, nisi aliquam etiam classem habuisset. Ex hoc autem bellico apparatu coniecturam facere licet, quales fuerint superiorum seculorum expeditiones.

X. Iam vero quod Mycenae parvum oppidum erant, aut si quod aliud illorum temporum nunc parvi momenti videtur esse, nequaquam tamen ideo aliquis hoc infirmo signo usus minus credat, classem non tantam fuisse, quantam & poëtae dixerunt, & ipsa fama obtinuit. Nam si Lacedaemoniorum urbs vastata desoletur, & sola templa, &

Digitized by Google

πολλὴν ἂν οἶμαι ἀπιστίαν τῆς δυνάμεως, προελθόντος πολλοῦ χρόνου, τοῖς ἔπειτα πρὸς τὸ κλέος αὐτῶν εἶναι· καίτοι Πελοποννήσου τῶν πέντε τὰς δύο μοίρας νέμονται, τῆς τε ξυμπάσης ἡγοῦνται, καὶ τῶν ἔξω ξυμμάχων πολλῶν. ὅμως δὲ, οὔτε ξυνοικισθείσης πόλεως, οὔτε ἱεροῖς καὶ κατασκευαῖς πολυτελέσι χρησαμένης, κατὰ κώμας δὲ τῷ παλαιῷ τῆς Ἑλλάδος τρόπῳ οἰκισθείσης, φαίνοιτ' ἂν ὑποδεεστέρα. Ἀθηναίων δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο παθόντων, διπλασίαν ἂν τὴν δύναμιν εἰκάζεσθαι ἀπὸ τῆς φανερᾶς ὄψεως τῆς πόλεως, ἢ ἔστιν. οὔκουν ἀπιστεῖν εἰκὸς, οὐδὲ τὰς ὄψεις τῶν πόλεων μᾶλλον σκοπεῖν ἢ τὰς δυνάμεις· νομίζειν δὲ τὴν στρατιὰν ἐκείνην, μεγίστην μὲν γενέσθαι τῶν πρὸ αὐτῆς, λειπό-

aedificiorum areae relinquantur, exiſtimo multos de poſteris longo temporis progreſſu de illorum potentia valde dubitaturos, neque credituros tantam fuiſſe, quanta nunc eſt, ſi rerum futurarum ſtatus cum priſtina illorum gloria conferatur. Quamvis enim de quinque Peloponneſi partibus duas poſſideant, totiuſque principatum obtineant, multiſque ſociis extra Peloponneſum imperent: tamen conſtat, eorum urbem fama, & opinione hominum inferiorem viſum iri, quia neque coaedificata eſt, neque templis, neque aedificiis magnificentioribus eſt inſtructa; ſed antiquo Graeciae more pagatim condita habitatur. Sed ſi Athenienſibus hoc ipſum contingeret, ex manifeſta urbis dirutae ſpecie potentiam duplo maiorem, quam ſit, viſum iri puto. Haud igitur nos incredulos eſſe, nec urbium ſpeciem potius quam vires ſpectare decet: & exercitum illum ſuperioribus quidem longe maiorem fuiſſe, ſed aetatis noſtrae bellicis apparatibus inferiorem exiſtimare debemus, ſi quid

Digitized by Google

μένην δὲ τῶν νῦν· τῇ Ὁμήρου αὖ ποιήσει εἴ τι χρὴ κἀντα-
ῦθα πιστεύειν, ἣν εἰκὸς ἐπὶ τὸ μεῖζον μὲν ποιητὴν ὄντα
κοσμῆσαι, ὅμως δὲ φαίνεται καὶ οὕτως ἐνδεεστέρα. πε-
ποίηκε γὰρ χιλίων καὶ διακοσίων νεῶν· τὰς μὲν Βοιω-
τῶν, εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἀνδρῶν· τὰς δὲ Φιλοκτήτου, πεν-
τήκοντα· δηλῶν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τὰς μεγίστας καὶ ἐλα-
χίστας. ἄλλων γοῦν μεγέθους πέρι ἐν νεῶν καταλόγῳ
οὐκ ἐμνήσθη. αὐτερέται δὲ ὅτι ἦσαν καὶ μάχιμοι πάν-
τες ἐν ταῖς Φιλοκτήτου ναυσὶ, δεδήλωκε. τοξότας γὰρ
πάντας πεποίηκε τοὺς προσκώπους. περίνεως δὲ οὐκ εἰ-
κὸς πολλοὺς ξυμπλεῖν, ἔξω τῶν βασιλέων, καὶ τῶν
μάλιστα ἐν τέλει· ἄλλως τε καὶ μέλλοντας πέλαγος
περαιώσεσθαι μετὰ σκευῶν πολεμικῶν· οὐδ' αὖ τὰ
πλοῖα κατάφρακτα ἔχοντας, ἀλλὰ τῷ παλαιῷ τρό-
πῳ λῃστικώτερον παρεσκευασμένα. πρὸς τὰς μεγίστας

hic quoque Homeri poëſi credere convenit, quem ab eo, qui erat poëta, veriſimile eſt maiorem in modum laudibus exornatum fuiſſe: verum tamen & ſic inferiorem fuiſſe conſtat. Nam ex mille & ducentis navibus eum conſtare ſcripſit. Boeotorum quidem ſingulas centum & viginti virorum; Philoctetae vero, quinquaginta: demonſtrans, ut mihi videtur, & maximas, & minimas naves. At de ceterarum magnitudine in navium catalogo nullam fecit mentionem. Quod enim omnes in Philoctetae navibus eſſent iidem & remiges, & milites, aperte declaravit. Omnes enim remiges, ſagittarios eſſe ſcripſit. Vectores vero, praeter reges, & eos, qui ſumma poteſtate erant, non multos cum illis navigaſſe eſt veriſimile: praeſertim quia mare cum bellico inſtrumento erant traiecturi, neque tectas naves habebant, ſed priſco potius, & praedonum more con-

Digitized by Google

γοῦν καὶ ἐλαχίστας ναῦς τὸ μέσον σκοποῦντι, οὐ πολλοὶ φαίνονται ξυνελθόντες, ὡς ἀπὸ πάσης τῆς Ἑλλάδος κοινῇ πεμπόμενοι.

ια'. Αἴτιον δ' ἦν οὐχ ἡ ὀλιγανθρωπία τοσοῦτον, ὅσον ἡ ἀχρηματία. τῆς γὰρ τροφῆς ἀπορίᾳ τόν τε στρατὸν ἐλάσσω ἤγαγον, καὶ ὅσον ἤλπιζον αὐτόθεν πολεμοῦντα βιοτεύσειν. ἐπειδὴ δὲ ἀφικόμενοι μάχῃ ἐκράτησαν, δῆλον δέ. τὸ γὰρ ἔρυμα τῷ στρατοπέδῳ οὐκ ἂν ἐτειχίσαντο. φαίνονται δ' οὐδ' ἐνταῦθα πάσῃ τῇ δυνάμει χρησάμενοι, ἀλλὰ πρὸς γεωργίαν τῆς Χερρονήσου τραπόμενοι καὶ λῃστείαν, τῆς τροφῆς ἀπορίᾳ. ᾗ καὶ μᾶλλον οἱ Τρῶες αὐτῶν διεσπαρμένων τὰ δέκα ἔτη ἀντεῖχον, βίᾳ τοῖς ἀεὶ ὑπολειπομένοις ἀντίπαλοι ὄντες. περιουσίαν δὲ εἰ ἦλθον ἔχοντες τροφῆς, καὶ ὄντες ἀθρόοι,

structas. Si igitur mediam quandam rationem teneas inter maximas, & minimas quasque naves, non multos, ut ab universa Graecia communiter missos, convenisse constat.

XI. Huius vero rei causa fuit non tam ipsa hominum, quam pecuniarum penuria. Nam propter commeatus inopiam copias minores duxerunt, & eas tantum, quas ex belli sede pugnando victum sibi paraturas sperabant. Postquam autem ad agrum Troianum appulerunt, hostem proelio vicerunt: hoc autem est manifestum, nec enim vallo fossaque castra munivissent. Quin etiam ne hic quidem eos omnibus copiis usos esse, sed ad Cherronesi culturam & ad latrocinium, propter commeatus inopiam, sese convertisse constat. Quamobrem etiam ipsis dispersis Troiani per decem annos facilius restiterunt, quod illis, qui semper in suo agro relinquebantur, pares essent viribus. Sed si cum magna commeatus abundantia & copiis

Digitized by Google

ἄνευ λῃστείας καὶ γεωργίας ξυνεχῶς τὸν πόλεμον διέφερον, ῥᾳδίως ἂν μάχῃ κρατοῦντες εἷλον· οἵγε καὶ οὐκ ἀθρόοι, ἀλλὰ μέρει τῷ ἀεὶ παρατυχόντι ἀντεῖχον. πολιορκίᾳ δ' ἂν προσκαθεζόμενοι, ἐν ἐλάσσονί τε χρόνῳ καὶ ἀπονώτερον τὴν Τροίαν εἷλον. ἀλλὰ δι' ἀχρηματίαν, τά τε πρὸ τούτων ἀσθενῆ ἦν, καὶ αὐτά γε δὴ ταῦτα ὀνομαστότατα τῶν πρὶν γενόμενα, δηλοῦται τοῖς ἔργοις ὑποδεέστερα ὄντα τῆς φήμης, καὶ τοῦ νῦν περὶ αὐτῶν διὰ τοὺς ποιητὰς λόγου κατεσχηκότος.

ιβ'. Ἐπεὶ καὶ μετὰ τὰ Τρωϊκὰ ἡ Ἑλλὰς ἔτι μετανίστατό τε καὶ μετῳκίζετο, ὥστε μὴ ἡσυχάσασα αὐξηθῆναι. ἥτε γὰρ ἀναχώρησις τῶν Ἑλλήνων ἐξ Ἰλίου χρονία γενομένη πολλὰ ἐνεώχμωσε, καὶ στάσεις ἐν ταῖς πόλεσιν ὡς ἐπιπολὺ ἐγίγνοντο, ἀφ' ὧν ἐκπίπτον-

frequentibus eo iviſſent, ſine latrocinio & agricultura bellum continenter geſſiſſent, Troiam proelio ſuperiores facile cepiſſent: ſiquidem haud frequentibus copiis, ſed quadam exercitus parte, quae forte ſemper praeſto erat, Troianis reſiſtebant. Quod ſi Troiam aſſidua obſidione preſſiſſent; & citius & minori cum labore eam expugnaſſent. Sed propter pecuniarum inopiam, & quae ante hoc bellum geſta ſunt, invalida fuerunt; & haec ipſa, quae omnium ſuperiorum ſunt celeberrima, re ipſa comperiuntur inferiora fama, & rumore de ipſis ſparſo, qui propter poëtas invaluit.

XII. Nam vel poſt res ad Troiam geſtas Graeci adhuc alio migrabant, ſedeſque ſuas transferebant, ita ut eorum opes per otium non creverint. Nam & ſerus Graecorum reditus ab Ilio res multas innovavit, & ideo in pleriſque civitatibus exortae ſunt ſeditiones, ob quas illi, qui ſuis

Digitized by Google

τες τὰς πόλεις ἔκτιζον. Βοιωτοί τε γὰρ οἱ νῦν, ἑξηκοστῷ ἔτει μετὰ Ἰλίου ἅλωσιν, ἐξ Ἄρνης ἀναστάντες ὑπὸ Θεσσαλῶν, τὴν νῦν μὲν Βοιωτίαν, πρότερον δὲ Καδμηΐδα γῆν καλουμένην ᾤκησαν· (ἦν δὲ αὐτῶν καὶ ἀποδασμὸς πρότερον ἐν τῇ γῇ ταύτῃ, ἀφ' ὧν καὶ ἐς Ἴλιον ἐστράτευσαν) Δωριεῖς τε ὀγδοηκοστῷ ἔτει ξὺν Ἡρακλείδαις Πελοπόννησον ἔσχον· μόγις τε ἐν πολλῷ χρόνῳ ἡσυχάσασα ἡ Ἑλλὰς βεβαίως, καὶ οὐκέτι ἀνισταμένη, ἀποικίας ἐξέπεμψε· καὶ Ἴωνας μὲν Ἀθηναῖοι καὶ νησιωτῶν τοὺς πολλοὺς ᾤκισαν, Ἰταλίας δὲ καὶ Σικελίας τὸ πλεῖστον Πελοποννήσιοι, τῆς τε ἄλλης Ἑλλάδος ἔστιν ἃ χωρία· πάντα δὲ ταῦτα ὕστερον τῶν Τρωϊκῶν ἐκτίσθη.

ιγ'. Δυνατωτέρας δὲ γενομένης τῆς Ἑλλάδος, καὶ

sedibus pellebantur, urbes condebant. Nam & Boeotii, qui nunc appellantur, sexagesimo post Ilii expugnationem anno, Arne a Thessalis pulsi, eum agrum, qui nunc quidem Boeotius vocatur, ante vero Cadmeus, incoluerunt. (In hoc autem agro olim erat & quaedam gentis Boeotiae portio, unde etiam ad Ilium cum exercitu sunt profecti.) Et Dorienses octogesimo post Troiam captam anno, cum Heraclidis Peloponnesum tenuere. Vixque longo post tempore Graecia plane pacata, nec ullis suorum motibus excita, colonias emisit. Et Athenienses quidem in Ioniam, & bonam insularum partem colonias miserunt; Peloponnesii vero in Italiam, & maximam Siciliae partem, & in quaedam reliquae Graeciae loca. Sed omnes istae coloniae post bellum Troianum in has regiones missae fuerunt.

XIII. Sed cum Graecia potentiam ampliorem iam ad-

Digitized by Google

τῶν χρημάτων τὴν κτῆσιν ἔτι μᾶλλον ἢ πρότερον ποιουμένης, τὰ πολλὰ τυραννίδες ἐν ταῖς πόλεσι καθίσταντο, τῶν προσόδων μειζόνων γιγνομένων· (πρότερον δὲ ἦσαν ἐπὶ ῥητοῖς γέρασι πατρικαὶ βασιλεῖαι) ναυτικά τε ἐξηρτύετο ἡ Ἑλλὰς, καὶ τῆς θαλάσσης μᾶλλον ἀντείχοντο. πρῶτοι δὲ Κορίνθιοι λέγονται ἐγγύτατα τοῦ νῦν τρόπου μεταχειρίσαι τὰ περὶ τὰς ναῦς, καὶ τριήρεις ἐν Κορίνθῳ πρῶτον τῆς Ἑλλάδος ναυπηγηθῆναι· Φαίνεται δὲ καὶ Σαμίοις Ἀμεινοκλῆς Κορίνθιος ναυπηγὸς ναῦς ποιήσας τέσσαρας. ἔτη δ' ἐστὶ μάλιστα τριακόσια ἐς τὴν τελευτὴν τοῦδε τοῦ πολέμου, ὅτε Ἀμεινοκλῆς Σαμίοις ἦλθε. ναυμαχία τε παλαιστάτη ὧν ἴσμεν γίγνεται Κορινθίων πρὸς Κερκυραίους. ἔτη δὲ μάλιστα καὶ ταύτη ἑξήκοντα καὶ διακόσιά ἐστι μέχρι τοῦ αὐτοῦ

epta fuiſſet, & pecuniarum vim longe maiorem, quam ante, ſibi comparaſſet, proventibus auctis; ita demum tyrannides in pleriſque civitatibus ſunt conſtitutae; (ante enim regna erant hereditaria, & certis honoribus definita:) & Graeci claſſem parare, rebuſque maritimis operam ſtudioſius dare coeperunt. Corinthii autem primi feruntur immutaſſe navium formam, quae ad eam, quae nunc eſt in uſu, proxime accederet, & Corinthi primum ex omni Graecia triremes aedificatae traduntur. Conſtat etiam, Aminoclem Corinthium, navium fabricatorem, quatuor naves Samiis feciſſe. Ex quo autem Aminocles ad Samios ivit, ſunt fere anni trecenti ad huius belli confecti finem: proeliumque navale omnium, quae novimus, vetuſtiſſimum, inter Corinthios & Corcyraeos eſt commiſſum. Sunt autem etiam ab eo proelio uſque ad eundem huius belli finem anni ad ſummum ducenti & ſexa-

Digitized by Google

χρόνου. οἰκοῦντες γὰρ τὴν πόλιν οἱ Κορίνθιοι ἐπὶ τοῦ ἰσθμοῦ, ἀεὶ δή ποτε ἐμπόριον εἶχον, τῶν Ἑλλήνων τοπάλαι κατὰ γῆν τὰ πλείω ἢ κατὰ θάλασσαν, τῶν τε ἐντὸς Πελοποννήσου καὶ τῶν ἔξω, διὰ τῆς ἐκείνων παρ' ἀλλήλους ἐπιμισγόντων. χρήμασί τε δυνατοὶ ἦσαν, ὡς καὶ τοῖς παλαιοῖς ποιηταῖς δεδήλωται. ἀφνειὸν γὰρ ἐπωνόμασαν τὸ χωρίον. ἐπειδή τε οἱ Ἕλληνες μᾶλλον ἐπλωΐζοντο, τὰς ναῦς κτησάμενοι τὸ λῃστικὸν καθῄρουν· καὶ ἐμπόριον παρέχοντες ἀμφότεροι, δυνατὴν ἔσχον χρημάτων προσόδῳ τὴν πόλιν. καὶ Ἴωσιν ὕστερον πολὺ γίγνεται ναυτικὸν ἐπὶ Κύρου, Περσῶν πρώτου βασιλεύοντος, καὶ Καμβύσου τοῦ υἱέως αὐτοῦ. τῆς τε καθ' ἑαυτοὺς θαλάσσης Κύρῳ πολεμοῦντες ἐκράτησάν τινα χρόνον. καὶ Πολυκράτης Σάμου τυραννῶν ἐπὶ Καμ-

ginta. Etenim cum urbem incolant Corinthii ſitam ad Iſthmum, emporium fere ſemper habuerunt, quia Graeci, tam illi, qui intra Peloponneſum, quam qui extra habitant, terra potius, quam mari, per illorum agrum commercia inter ſe quondam habebant. Pecunia quoque praepotentes fuerunt, ut & ab antiquis poëtis eſt declaratum. Urbem enim illam opulentam cognominarunt. Poſtquam vero Graeci navibus paratis frequentius navigare coeperunt, latrocinia de mari ſuſtulerunt. Et utrinque emporium praebentes, & mari terraque mercatum omnibus liberum ac tutum exhibentes, urbem pecuniarum proventu potentem habuerunt. Poſtea vero Iones magnam navium copiam ſibi pararunt, Cyri temporibus, qui fuit primus Perſarum rex, & Cambyſis, eius filii, aetate. Atque hi bellum Cyro facientes, maris agro ſuo vicini imperium ad aliquod tempus obtinuerunt. Polycrates quoque, qui

Digitized by Google

βύσου, ναυτικῷ ἰσχύων, ἄλλας τε τῶν νήσων ὑπηκόους ἐποιήσατο, καὶ Ῥήνειαν ἑλὼν, ἀνέθηκε τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Δηλίῳ. Φωκαεῖς τε Μασσαλίαν οἰκίζοντες, Καρχηδονίους ἐνίκων ναυμαχοῦντες.

ιδ'. Δυνατώτατα γὰρ ταῦτα τῶν ναυτικῶν ἦν. Φαίνεται δὲ καὶ ταῦτα πολλαῖς γενεαῖς ὕστερα γενόμενα τῶν Τρωϊκῶν, τριήρεσι μὲν ὀλίγαις χρώμενα, πεντηκοντόροις δ' ἔτι καὶ πλοίοις μακροῖς ἐξηρτυμένα, ὥσπερ ἐκεῖνα. ὀλίγον τε πρὸ τῶν Μηδικῶν καὶ τοῦ Δαρείου θανάτου, ὃς μετὰ Καμβύσην Περσῶν ἐβασίλευσε, τριήρεις περί τε Σικελίαν τοῖς τυράννοις ἐς πλῆθος ἐγένοντο, καὶ Κερκυραίοις. ταῦτα γὰρ τελευταῖα πρὸ τῆς Ξέρξου στρατείας ναυτικὰ ἀξιόλογα ἐν τῇ Ἑλλάδι κατέστη. Αἰγινῆται γὰρ καὶ Ἀθηναῖοι, καὶ εἴ τινες

Cambyſis tempore Sami tyrannus erat, claſſe pollens, cum alias inſulas in ſuam poteſtatem redegit, tum etiam Rheneam, quam ſubactam Apollini Delio conſecravit. Phocaenſes vero, dum Maſſiliam conderent, Carthaginienſes navali pugna vicerunt.

XIV. Hae enim claſſes ceterarum omnium potentiſſimae fuerunt. Verumtamen hae quoque claſſes, quae multis poſt Troiana tempora ſeculis exſtiterunt, paucis quidem triremibus uſae, navibus vero quinquaginta remigum, & navigiis longis adhuc inſtructae videntur fuiſſe, quemadmodum erant & illae priſcae. Pauloque ante Medicum bellum, & Darii mortem, qui poſt Cambyſem regnum Perſarum obtinuit, magna triremium copia fuit & tyrannis in Sicilia, & Corcyraeis. Hae namque poſtremae ante Xerxis expeditionem claſſes memoratu dignae in Graecia exſtiterunt. Aeginetae enim, & Athenienſes,

Digitized by Google

ἄλλοι, βραχέα ἐκέκτηντο, καὶ τούτων τὰ πολλὰ πεντηκοντόρους· ὀψέ τε, ἀφ' οὗ Ἀθηναίους Θεμιστοκλῆς ἔπεισεν Αἰγινήταις πολεμοῦντας, καὶ ἅμα τοῦ βαρβάρου προσδοκίμου ὄντος, τὰς ναῦς ποιήσασθαι, αἵσπερ καὶ ἐναυμάχησαν· καὶ αὗται οὔπω εἶχον διὰ πάσης καταστρώματα.

ιέ. Τὰ μὲν οὖν ναυτικὰ τῶν Ἑλλήνων, τοιαῦτα ἦν, τά τε παλαιὰ, καὶ τὰ ὕστερον γιγνόμενα. ἰσχὺν δὲ περιεποίησαντο ὅμως οὐκ ἐλαχίστην οἱ προσχόντες αὐτοῖς, χρημάτων τε προσόδῳ, καὶ ἄλλων ἀρχῇ. ἐπιπλέοντες γὰρ, τὰς νήσους κατεστρέφοντο, καὶ μάλιστα ὅσοι μὴ διαρκῆ εἶχον χώραν. κατὰ γῆν δὲ πόλεμος, ὅθεν τὶς καὶ δύναμις παρεγένετο, οὐδεὶς ξυνέστη· πάντες δὲ ἦσαν, ὅσοι καὶ ἐγένοντο, πρὸς ὁμόρους τοὺς

& ſi qui alii fuerunt, exiguas habuerunt claſſes, atque harum magna pars erat navium quinquaginta remigum. Atque adeo fero eas habuerunt, ex quo videlicet Themiſtocles Athenienſibus, cum Aeginetis bellum gerentibus, ſimul etiam imminentem barbari adventum exſpectantibus, perſuaſit, ut naves facerent, quibus etiam in navali proelio ſunt uſi, quae ne ipſae quidem adhuc omnino conſtratae ac tectae erant.

XV. Claſſes igitur Graecorum, & perveteſtae, & recentiores, tales fuerunt. Qui tamen illis operam dederunt, ingentem potentiam ſibi compararunt, tam ipſo pecuniarum reditu, quam imperio, quod in alios exercebant. Nam infeſta claſſe navigantes, inſulas ſubigebant, & illi praecipue, qui agrum non ſatis amplum, nec omnibus alendis ſufficientem habebant. Terra vero bellum (unde aliquid potentiae ad aliquem acceſſerit) nullum conflatum

Digitized by Google

σφετέρους ἑκάστοις· καὶ ἐκδήμους στρατείας πολὺ ἀπὸ τῆς ἑαυτῶν ἐπ' ἄλλων καταστροφῇ οὐκ ἐξήεσαν οἱ Ἕλληνες. οὐ γὰρ ξυνεστήκεσαν πρὸς τὰς μεγίστας πόλεις αἱ ὑπήκοοι, οὐδ' αὐτοὶ ἀπὸ τῆς ἴσης κοινὰς στρατείας ἐποιοῦντο, κατ' ἀλλήλους δὲ μᾶλλον ὡς ἕκαστοι οἱ ἀστυγείτονες ἐπολέμουν. μάλιστα δὲ ἐς τὸν πάλαι ποτὲ γενόμενον πόλεμον Χαλκιδέων καὶ Ἐρετριέων, καὶ τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν ἐς ξυμμαχίαν ἑκατέρων διέστη.

ιστ'. Ἐπεγίγνετο δὲ ἄλλοις τε ἄλλοθι κωλύματα μὴ αὐξηθῆναι, καὶ Ἴωσι, προχωρησάντων ἐπὶ μέγα τῶν πραγμάτων, Κῦρος καὶ ἡ Περσικὴ βασιλεία, Κροῖσον καθελοῦσα, καὶ ὅσα ἐντὸς Ἅλυος ποταμοῦ πρὸς θάλασσαν, ἐπεστράτευσε, καὶ τὰς ἐν τῇ ἠπείρῳ

est. Sed & quaecunque fuerunt, haec omnia contra ſuos quique finitimos geſſerunt. Nam Graeci in regiones, a ſuis finibus valde remotas, aliorum ſubigendorum cauſa nullas expeditiones tunc faciebant. Graeci enim non adiungebant ſe maximis quibuſque civitatibus, quaſi illarum imperio parerent, neque etiam iidem ex aequo communes expeditiones faciebant: ſed ſinguli populi vicini, potius per ſe, ſolique bellum gerebant. Praecipue vero in illo pervetuſto bello, quod inter Chalcidenſes & Eretrienſes geſtum fuit, reliqui quoque Graeci ſeſe diviſerunt, ut utriſque auxilium ferrent.

XVI. Mox vero & aliis aliunde contigerunt impedimenta, ne creſcerent, & Ionibus (cum res Perſarum magna incrementa cepiſſent) Cyrus, regnumque Perſicum, Croeſo profligato, omnibuſque, quae erant cis Halym fluvium ad mare uſque, ſubactis, bellum intulit, & urbes, quae in continente erant, in ſervitutem redegit. Poſtea vero

Digitized by Google

πόλεις ἐδούλωσε· Δαρεῖός τε ὕστερον, τῷ Φοινίκων ναυτικῷ κρατῶν, καὶ τὰς νήσους.

ιζ. Τύραννοι δὲ ὅσοι ἦσαν ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς πόλεσι, τὸ ἐφ' ἑαυτῶν μόνον προορώμενοι, ἔς τε τὸ σῶμα καὶ ἐς τὸν ἴδιον οἶκον αὔξειν, δι' ἀσφαλείας ὅσον ἠδύναντο, μάλιστα τὰς πόλεις ᾤκουν. ἐπράχθη τε ἀπ' αὐτῶν οὐδὲν ἔργον ἀξιόλογον, εἰ μὴ εἴτι πρὸς περιοίκους τοὺς αὑτῶν ἕκαστοι. οἱ γὰρ ἐν Σικελίᾳ ἐπὶ πλεῖστον ἐχώρησαν δυνάμεως. οὕτω πανταχόθεν ἡ Ἑλλὰς ἐπὶ πολὺν χρόνον κατείχετο, μήτε κοινῇ φανερὸν μηδὲν κατεργάζεσθαι, κατὰ πόλεις τε ἀτολμότερα εἶναι.

ιη. Ἐπειδὴ δὲ οἵ τε Ἀθηναίων τύραννοι καὶ οἱ ἐκ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ἐπιπολὺ καὶ πρὶν τυραννευθείσης οἱ πλεῖστοι καὶ τελευταῖοι, πλὴν τῶν ἐν Σικελίᾳ, ὑπὸ Λακεδαιμονίων κατελύθησαν (ἡ γὰρ Λακεδαίμων

Darius, Phoenicum classe victor, insulas etiam in suam potestatem redegit.

XVII. Tyranni vero, quotquot in Graecis urbibus erant, suis tantum rebus prospicientes, ut & corpus tuerentur, & suam familiam amplificarent, quam tutissime poterant, urbes incolebant, nullumque facinus memoria dignum ab illis est factum, nisi si quod contra vicinos quique suos fecerunt. Nam qui erant in Sicilia, ad maximam potentiam sunt evecti. Adeo Graecia undique longo temporis spatio fuit impedita, tum ne communiter ullum illustre facinus ederet, tum etiam ne in singulis civitatibus audax esset.

XVIII. Postea vero quam & Athenienſium, & reliquae Graeciae, quae vel ante tyrannide pressa fuerat, plerosque, & postremos tyrannos, exceptis Siciliae tyrannis,

Digitized by Google

μετὰ τὴν κτίσιν τῶν νῦν ἐνοικούντων αὐτὴν Δωριέων, ἐπὶ πλεῖστον ὧν ἴσμεν χρόνον στασιάσασα, ὅμως ἐκ παλαιτάτου καὶ εὐνομήθη, καὶ ἀεὶ ἀτυράννευτος ἦν. ἔτη γάρ ἐστι μάλιστα τετρακόσια καὶ ὀλίγῳ πλείω ἐς τὴν τελευτὴν τοῦδε τοῦ πολέμου, ἀφ' οὗ Λακεδαιμόνιοι τῇ αὐτῇ πολιτείᾳ χρῶνται) καὶ δι' αὐτὸ δυνάμενοι, καὶ τὰ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι καθίστασαν. μετὰ δὲ τὴν τῶν τυράννων κατάλυσιν ἐκ τῆς Ἑλλάδος, οὐ πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον καὶ ἡ ἐν Μαραθῶνι μάχη Μήδων πρὸς Ἀθηναίους ἐγένετο. δεκάτῳ δὲ ἔτει μετ' αὐτὴν αὖθις ὁ βάρβαρος τῷ μεγάλῳ στόλῳ ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα δουλωσόμενος ἦλθε. καὶ μεγάλου κινδύνου ἐπικρεμασθέντος, οἵτε Λακεδαιμόνιοι τῶν ξυμπολεμησάντων Ἑλλήνων ἡγήσαντο, δυνάμει προὔχοντες, καὶ οἱ Ἀθηναῖοι, ἐπιόν-

Lacedaemonii ſuſtulerunt, (nam Lacedaemon poſt urbem conditam a Dorienſibus, qui eam nunc incolunt, ſeditionibus conflictata diutiſſime omnium civitatum, quas novimus, tamen ab antiquiſſimis uſque temporibus & bonis legibus eſt uſa, & tyrannidis immunis ſemper fuit: ſunt enim anni maxime quadringenti, & paulo plures uſque ad huius belli finem, ex quo Lacedaemonii eadem Reipublicae adminiſtrandae forma utuntur) & hac ipſa de cauſa potentiam ſibi compararunt, in aliis quoque civitatibus res compoſuerunt. Tyrannis vero ex Graecia ſublatis, non multis poſt annis Medorum quoque proelium cum Athenienſibus in campis Marathoniis eſt commiſſum. Et decimo poſt hanc pugnam anno barbarus cum magna claſſe rurſus in Graeciam venit, ut eam in ſervitutem redigeret. Et cum magnum periculum impenderet, Lacedaemonii, quod ceteris potentia praeſtarent, duces fuerunt Graeco-

Digitized by Google

τῶν τῶν Μήδων, διανοηθέντες ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν, καὶ ἀνασκευασάμενοι, ἐς τὰς ναῦς ἐμβάντες, ναυτικοὶ ἐγένοντο. κοινῇ τε ἀπωσάμενοι τὸν βάρβαρον, ὕστερον οὐ πολλῷ διεκρίθησαν πρός τε Ἀθηναίους καὶ Λακεδαιμονίους, οἵ τε ἀποστάντες βασιλέως Ἕλληνες καὶ οἱ ξυμπολεμήσαντες. δυνάμει γὰρ ταῦτα μέγιστα διεφάνη· ἴσχυον γὰρ οἱ μὲν κατὰ γῆν, οἱ δὲ ναυσί· καὶ ὀλίγον μὲν χρόνον ξυνέμεινεν ἡ ὁμαιχμία. ἔπειτα δὲ διενεχθέντες οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ Ἀθηναῖοι, ἐπολέμησαν μετὰ τῶν ξυμμάχων πρὸς ἀλλήλους· καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων εἴ τινές που διασταῖεν, πρὸς τούτους ἤδη ἐχώρουν. ὥστε ἀπὸ τῶν Μηδικῶν ἐς τόνδε ἀεὶ τὸν πόλεμον, τὰ μὲν σπενδόμενοι, τὰ δὲ πολεμοῦντες ἢ

rum, qui bellum illud communibus auſpiciis geſſerunt; & Athenienſes, Medis adventantibus, cum urbem relinquere in animum induxiſſent, omneſque fortunas convaſatas inde abſportaſſent, naves conſcenderunt, & ab eo tempore rei navali operam dare inſtiterunt. Cum autem communiter Graeci barbarum repuliſſent, non multo poſt tam illi, qui a Perſarum rege deſciverant, quam qui coniunctis armis bellum ei fecerant, partim ad Athenienſes, partim ad Lacedaemonios diviſi tranſierunt. Nam has duas civitates maxima potentia praeditas fuiſſe conſtat. Hi enim terra, illi vero claſſe multum poterant. Haec autem armorum ſocietas exiguum temporis ſpatium duravit. Poſtea vero Lacedaemonii & Athenienſes diſſociati bellum inter ſe geſſerunt, cum ſuis utrique ſociis: & ex ceteris Graecis, ſi qui uſquam inter ſe diffidebant, iam ad alterutros proficiſcebantur. Quamobrem a Medico bello ad hoc uſque continenter, modo quidem foedus facientes, modo vero bel-

Digitized by Google

ἀλλήλοις ἢ τοῖς ἑαυτῶν ξυμμάχοις ἀφισταμένοις, εὖ παρεσκευάσαντο τὰ πολέμια, καὶ ἐμπειρότεροι ἐγένοντο, μετὰ κινδύνων τὰς μελέτας ποιούμενοι.

ιθ'. Καὶ οἱ μὲν Λακεδαιμόνιοι, οὐχ ὑποτελεῖς ἔχοντες φόρου τοὺς ξυμμάχους ἡγοῦντο, κατ' ὀλιγαρχίαν δὲ σφίσιν αὐτοῖς μόνον ἐπιτηδείως ὅπως πολιτεύσωσι θεραπεύοντες. Ἀθηναῖοι δὲ ναῦς τε τῶν πολεμίων τῷ χρόνῳ παραλαβόντες, ἦρχον, πλὴν Χίων καὶ Λεσβίων, καὶ χρήματα τοῖς πᾶσι τάξαντες φέρειν. καὶ ἐγένετο αὐτοῖς ἐς τόνδε τὸν πόλεμον ἡ ἰδία παρασκευὴ μείζων ἢ ὡς τὰ κράτιστά ποτε μετὰ ἀκραιφνοῦς τῆς ξυμμαχίας ἤνθησαν.

κ'. Τὰ μὲν οὖν παλαιὰ, τοιαῦτα εὗρον, χαλεπὰ ὄντα παντὶ ἐξῆς τεκμηρίῳ πιστεῦσαι. οἱ γὰρ ἄνθρωποι

lum gerentes, aut inter se, aut contra socios a se deficientes, res bellicas praeclare instruxerunt, & peritiores evaserunt, cum periculis in harum studio sese exercentes.

XIX. Et Lacedaemonii quidem ita imperabant, ut socios non haberent tributarios, sed hoc solum studerent, ut illi suis officiis deliniti, paucorum principatu in Reipublicae administratione uterentur, accommodate ad suum institutum. Athenienses vero, navibus hostium tandem potiti, imperabant, exceptis Chiorum & Lesbiorum navibus, tributo etiam omnibus, quod penderent, imperato. Et ipsorum apparatus in hoc bello maior exstitit, quam fuerit vel maximus, quem olim habuerint, quo tempore cum integra societate floruerunt.

XX. Res igitur vetustas tales esse comperi, quibus fides difficulter adhibetur, quamvis deinceps & per singula tempora quodlibet argumentum probandi causa protulerim.

Digitized by Google

τὰς ἀκοὰς τῶν προγεγενημένων, καὶ ἢν ἐπιχωρια σφίσιν ᾖ, ὁμοίως ἀβασανίστως παρ' ἀλλήλων δέχονται. Ἀθηναίων γοῦν τὸ πλῆθος Ἵππαρχον οἴονται ὑφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος, τύραννον ὄντα, ἀποθανεῖν· καὶ οὐκ ἴσασιν ὅτι Ἱππίας μὲν πρεσβύτατος ὢν ἦρχε τῶν Πεισιστράτου υἱέων, Ἵππαρχος δὲ καὶ Θεσσαλὸς ἀδελφοὶ ἦσαν αὐτοῦ. ὑποτοπήσαντες δέ τι ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, καὶ παραχρῆμα Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων, ἐκ τῶν ξυνειδότων σφίσιν, Ἱππίᾳ μεμηνύσθαι, τοῦ μὲν ἀπέσχοντο, ὡς προειδότος, βουλόμενοι δὲ, πρὶν ξυλληφθῆναι, δράσαντές τι καὶ κινδυνεῦσαι, τῷ Ἱππάρχῳ περιτυχόντες περὶ τὸ Λεωκόριον καλούμενον τὴν Παναθηναϊκὴν πομπὴν διακοσμοῦντι, ἀπέκτειναν. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἔτι καὶ νῦν ὄντα, καὶ οὐ χρόνῳ ἀμνημονούμενα, καὶ οἱ ἄλλοι Ἕλληνες οὐκ ὀρθῶς οἴονται·

Homines enim famam rerum ante ſuam aetatem geſtarum, licet ſint domeſticae, ſine accurata inquiſitione alii ab aliis pariter accipiunt. Nam Athenienſium vulgus Hipparchum tyrannum ab Harmodio & Ariſtogitone caeſum putant: & tamen ignorant, Hippiam, qui filiorum Piſiſtrati natu maximus, tunc imperaſſe; & Hipparchum ac Theſſalum eius fuiſſe fratres. Harmodium vero & Ariſtogitonem ſuſpicatos illo die, & ſtatim aliquid a ſociis ſuae coniurationis conſciis Hippiae indicatum, ab hoc quidem ut praemonito abſtinuiſſe, ſed cum vellent, antequam comprehenderentur, aliquod memorabile facinus vel ſuo cum periculo facere, Hipparchum, in quem inciderant ad fanum, quod Leocorium appellatur, in Panathenaica pompa exornanda occupatum interfeciſſe. Alia quoque multa, quae nunc etiam exſtant, necdum propter vetuſtatem me-

Digitized by Google

ὥσπερ, τούς τε Λακεδαιμονίων βασιλέας μὴ μιᾷ ψήφῳ προστίθεσθαι ἑκάτερον, ἀλλὰ δυεῖν· καὶ τὸν Πιτανάτην λόχον αὐτοῖς εἶναι, ὃς οὐδ' ἐγένετο πώποτε. οὕτως ἀταλαίπωρος τοῖς πολλοῖς ἡ ζήτησις τῆς ἀληθείας, καὶ ἐπὶ τὰ ἕτοιμα μᾶλλον τρέπονται.

κα'. Ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων τεκμηρίων, ὅμως τοιαῦτα ἄν τις νομίζων μάλιστα ἃ διῆλθον, οὐχ ἁμαρτάνοι· καὶ οὔτε ὡς ποιηταὶ ὑμνήκασι περὶ αὐτῶν, ἐπὶ τὸ μεῖζον κοσμοῦντες, μᾶλλον πιστεύων, οὔτε ὡς λογογράφοι ξυνέθεσαν ἐπὶ τὸ προσαγωγότερον τῇ ἀκροάσει, ἢ ἀληθέστερον, ὄντα ἀνεξέλεγκτα, καὶ τὰ πολλὰ ὑπὸ χρόνου αὐτῶν ἀπίστως ἐπὶ τὸ μυθῶδες ἐκνενικηκότα· εὑρῆσθαι δὲ ἡγησάμενος ἐκ τῶν ἐπιφανεστάτων σημείων

moria exciderunt, ceteri quoque Graeci non recte opinantur: veluti, Lacedaemoniorum reges in ſuffragiis ferendis, non ſingulis quemque, ſed binis uti calculis; & Pitanatem cohortem apud eos eſſe, quae nunquam fuit. Adeo apud pleroſque ipſa veritatis inveſtigatio eſt laboris impatiens, & ad ea, quae ſunt in promtu, potius ſe convertunt.

XXI. Ex his autem neceſſariis ſignis, quae dixi, ſi quis res a me narratas, tales potiſſimum eſſe ducat, quales eas eſſe dixi; & non potius credat, eas eſſe tales, quales ipſi poëtae celebrarunt, eas cum ornatu in maius extollentes; neque quales memoriae prodiderunt orationis ſolutae ſcriptores, qui, ut auditorum aures capiant, verborum illecebras potius, quam veritatem conſectantur, quae res cum nullis nitantur argumentis, pleraeque etiam ob ipſarum vetuſtatem in fabulas abierunt, ita ut (quod uſus obtinuit) nulla fides ipſis habeatur; ſed exiſtimet, res iſtas ex manifeſtiſſimis indiciis a me ſatis accurate perveſtigatas,

Digitized by Google

ὡς παλαιὰ εἶναι, ἀποχρώντως. καὶ ὁ πόλεμος οὗτος, καίπερ τῶν ἀνθρώπων, ἐν ᾧ μὲν ἂν πολεμῶσι, τὸν παρόντα ἀεὶ μέγιστον κρινόντων, παυσαμένων δὲ, τὰ ἀρχαῖα μᾶλλον θαυμαζόντων, ἀπ' αὐτῶν τῶν ἔργων σκοποῦσι, δηλώσει ὅμως μείζων γεγενημένος αὐτῶν.

κβ'. Καὶ ὅσα μὲν λόγῳ εἶπον ἕκαστοι, ἢ μέλλοντες πολεμήσειν, ἢ ἐν αὐτῷ ἤδη ὄντες, χαλεπὸν τὴν ἀκρίβειαν αὐτὴν τῶν λεχθέντων διαμνημονεῦσαι ἦν, ἐμοί τε ὧν αὐτὸς ἤκουσα, καὶ τοῖς ἄλλοθέν ποθεν ἐμοὶ ἀπαγγέλλουσιν· ὡς δ' ἂν ἐδόκουν μοι ἕκαστοι περὶ τῶν ἀεὶ παρόντων τὰ δέοντα μάλιστα εἰπεῖν, ἐχομένῳ ὅτι ἐγγύτατα τῆς ξυμπάσης γνώμης τῶν ἀληθῶς λεχθέντων, οὕτως εἴρηται. τὰ δ' ἔργα τῶν πραχθέντων ἐν τῷ πολέμῳ, οὐκ ἐκ τοῦ παρατυχόντος πυνθανόμενος ἠξίωσα

quoad res vetuſtae perveſtigari poſſunt: hic profecto non erraverit. Et licet homines praeſens bellum, in quo gerendo verſantur, ſemper maximum iudicent, eoque finito, vetera vehementius admirentur, tamen iis, qui ex ipſis rebus geſtis bella perpendunt, hoc bellum ſuperioribus illis ſe maius fuiſſe demonſtrabit.

XXII. Et omnia quidem, quae ſinguli verbis expreſſerunt, aut cum bellum eſſent geſturi, aut cum iam id gererent, ipſamque rerum dictarum exquiſitam rationem memoria retinere difficile fuit, cum mihi, qui res a me ipſo auditas narro, tum etiam aliis, qui eas aliunde acceptas mihi renuntiarunt. Verum ut ſinguli ſemper de rebus praeſentibus ea, quae maxime conſentanea erant, mihi ad univerſam rerum vere dictarum ſententiam ſummamque, quam proxime coniecturis accedenti dicere videbantur, ſic a me commemorata ſunt. At vero res in ipſo bello geſtas, non

Digitized by Google

γράφειν, οὐδ' ὡς ἐμοὶ ἐδόκει, ἀλλ' οἷς τε αὐτὸς παρῆν, καὶ παρὰ τῶν ἄλλων ὅσον δυνατὸν ἀκριβείᾳ περὶ ἑκάστου ἐπεξελθών. ἐπιπόνως δὲ εὑρίσκετο, διότι οἱ παρόντες τοῖς ἔργοις ἑκάστοις, οὐ ταυτὰ περὶ τῶν αὐτῶν ἔλεγον, ἀλλ' ὡς ἑκατέρων τὶς εὐνοίας ἢ μνήμης ἔχοι. καὶ ἐς μὲν ἀκρόασιν ἴσως τὸ μὴ μυθῶδες αὐτῶν, ἀτερπέστερον φανεῖται. ὅσοι δὲ βουλήσονται τῶν τε γενομένων τὸ σαφὲς σκοπεῖν, καὶ τῶν μελλόντων ποτὲ αὖθις, κατὰ τὸ ἀνθρώπειον, τοιούτων ὄντων καὶ παραπλησίων ἔσεσθαι, ὠφέλιμα κρίνειν αὐτὰ, ἀρκούντως ἕξει. κτῆμά τε ἐς ἀεὶ μᾶλλον ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκούειν ξύγκειται.

κγ'. Τῶν δὲ πρότερον ἔργων μέγιστον ἐπράχθη τὸ Μηδικόν· καὶ τοῦτο ὅμως δυεῖν ναυμαχίαιν καὶ πεζο-

quas a quolibet audivi, dignas duxi, quas ſcriberem, neque ut mihi videbantur: ſed & eas, quibus ipſe interfui, & quas ſingulatim ex aliis, quam potui accuratiſſime, inveſtigavi. Sed hae difficillime cognoſci poterant, quod illi, qui ſingulis rebus interfuerant, dum gererentur, non eadem de rebus iiſdem dicerent; ſed prout quiſque aut in alterutros amore propenſior erat, aut reminiſcebatur, eas ita referret. Verum mea ſcripta, quia nullae in ipſis exſtant fabulae, lectoribus fortaſſe minus iucunda videbuntur. Sed qui rerum geſtarum veritatem ſpectare volent, & eorum, quae (ut ſunt res humanae) rurſus aliquando futura ſunt eiuſmodi, & ſimilia, non plura deſiderabunt ad iudicandum, ea eſſe utilia. Nam mea Hiſtoria potius ut perpetuum monumentum, quam ludicrum certamen, quod in praeſentia audiatur, eſt compoſita.

XXIII. Bellorum autem ſuperiorum, id, quod cum Me-

Digitized by Google

μαχίαιν ταχεῖαν τὴν κρίσιν ἔσχε. τούτου δὲ τοῦ πολέμου μῆκός τε μέγα προύβη, παθήματά τε ξυνηνέχθη γενέσθαι ἐν αὐτῷ τῇ Ἑλλάδι οἷα οὐχ ἕτερα ἐν ἴσῳ χρόνῳ. οὔτε γὰρ πόλεις τοσαίδε ληφθεῖσαι ἠρημώθησαν, αἱ μὲν ὑπὸ βαρβάρων, αἱ δ' ὑπὸ σφῶν αὐτῶν ἀντιπολεμούντων (εἰσὶ δὲ αἱ καὶ οἰκήτορας μετέβαλον ἁλισκόμεναι) οὔτε φυγαὶ τοσαίδε ἀνθρώπων· καὶ φόνος, ὁ μὲν, κατ' αὐτὸν τὸν πόλεμον, ὁ δὲ, διὰ τὸ στασιάζειν. τά τε πρότερον ἀκοῇ μὲν λεγόμενα, ἔργῳ δὲ σπανιώτερον βεβαιούμενα, οὐκ ἄπιστα κατέστη, σεισμῶν τε πέρι, οἳ ἐπὶ πλεῖστον ἅμα μέρος γῆς καὶ ἰσχυρότατοι οἱ αὐτοὶ ἐπέσχον· ἡλίου τε ἐκλείψεις, αἱ πυκνότεραι παρὰ τὰ ἐκ τοῦ πρὶν χρόνου μνημονευόμενα ξυνέβησαν· αὐχμοί τε ἔστι παρ' οἷς μεγάλοι, καὶ ἀπ'

dis eſt geſtum, maximum fuit: hoc ipſum tamen duobus navalibus, & totidem pedeſtribus proeliis celeriter eſt finitum. At huius belli tum longitudo longe proceſſit, tum clades in ipſo Graeciae contigerunt, quales eodem temporis ſpatio nunquam alias. Nam in aliis bellis neque tot urbes captae vaſtataeque ſunt, aliae quidem a barbaris, aliae vero a Graecis ipſis bellum inter ſe gerentibus, (nonnullae etiam captae incolas mutarunt) neque tot exſilia hominum contigerunt; neque tot caedes aliae quidem propter ipſum bellum, aliae vero propter ſeditiones commiſſae. Et quae antea fama quidem ferebantur, ſed re ipſa rarius confirmabantur, non incredibilia evaſerunt, ut ſunt ea, quae traduntur & de terrae motibus, qui in hoc bello ſimul & maximam orbis terrarum partem occuparunt, & vehementiſſimi fuerunt: & ſolis defectiones, quae frequentiores acciderunt, quam unquam ante memoratae fuerint: & apud

Digitized by Google

αὐτῶν καὶ λιμοί. καὶ ἡ οὐχ ἥκιστα βλάψασα, καὶ μέρος τι φθείρασα, ἡ λοιμώδης νόσος. ταῦτα γὰρ πάντα μετὰ τοῦδε τοῦ πολέμου ἅμα ξυνεπέθετο. ἤρξαντο δὲ αὐτοῦ Ἀθηναῖοι καὶ Πελοποννήσιοι, λύσαντες τὰς τριακοντούτεις σπονδὰς, αἳ αὐτοῖς ἐγένοντο μετὰ Εὐβοίας ἅλωσιν. Διότι δ' ἔλυσαν, τὰς αἰτίας ἔγραψα πρῶτον, καὶ τὰς διαφορὰς, τοῦ μή τινας ζητῆσαί ποτε ἐξ ὅτου τοσοῦτος πόλεμος τοῖς Ἕλλησι κατέστη. τὴν μὲν γὰρ ἀληθεστάτην πρόφασιν, ἀφανεστάτην δὲ λόγῳ, τοὺς Ἀθηναίους ἡγοῦμαι, μεγάλους γιγνομένους, καὶ φόβον παρέχοντας τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἀναγκάσαι ἐς τὸ πολεμεῖν. αἱ δ' ἐς τὸ φανερὸν λεγόμεναι αἰτίαι, αἵδ' ἦσαν ἑκατέρων, ἀφ' ὧν λύσαντες τὰς σπονδὰς, ἐς τὸν πόλεμον κατέστησαν.

κδ'. ΕΠΙΔΑΜΝΟΣ, ἔστι πόλις ἐν δεξιᾷ ἐσπλέοντι

nonnullos magnae ſiccitates, & fames ex ipſis natae, & peſtilens morbus, qui Graeciam non minimo detrimento affecit, quin etiam quandam eius partem abſumſit. Haec enim omnia cum hoc bello ſimul invaſerunt. Eius autem initium fecerunt Athenienſes & Peloponneſii, ruptis tricennalibus foederibus, quae poſt Euboeam captam inter ſe feceránt. Cur autem haec illi ruperint, cauſas, & diſſidia inprimis ſcripſi, ne quis aliquando requirat, unde tantum bellum inter Graecos ſit conflatum. Nam veriſſimam quidem, ſed ſermone minime celebratam cauſam fuiſſe puto, Athenienſes, qui, quod in dies creſcerent, & terrorem Lacedaemoniis inciterent, belli movendi neceſſitatem ipſis impoſuerint. Sed cauſae, quae propalam utrinque ferebantur, propter quas ruptis foederibus bellum ſuſceperunt, iſtae fuerunt.

Digitized by Google

τὸν Ἰόνιον κόλπον· προσοικοῦσι δ' αὐτὴν Ταυλάντιοι βάρβαροι, Ἰλλυρικὸν ἔθνος. ταύτην ἀπῴκισαν μὲν Κερκυραῖοι, οἰκιστὴς δ' ἐγένετο Φάλιος Ἐρατοκλείδου, Κορίνθιος γένος, τῶν ἀΦ' Ἡρακλέους, κατὰ δὴ τὸν παλαιὸν νόμον ἐκ τῆς μητροπόλεως κατακληθείς. ξυνῴκισαν δὲ καὶ τῶν Κορινθίων τινὲς, καὶ ἄλλοι ἐκ τοῦ Δωρικοῦ γένους. προελθόντος δὲ τοῦ χρόνου ἐγένετο ἡ τῶν Ἐπιδαμνίων πόλις μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος. στασιάσαντες δὲ ἐν ἀλλήλοις ἔτη πολλὰ, ὡς λέγεται, ὑπὸ πολέμου τινὸς τῶν προσοίκων βαρβάρων ἐφθάρησαν, καὶ τῆς δυνάμεως τῆς πολλῆς ἐστερήθησαν. τὰ δὲ τελευταῖα, πρὸ τοῦδε τοῦ πολέμου, ὁ δῆμος αὐτῶν ἐξεδίωξε τοὺς δυνατούς. οἱ δὲ ἀπελθόντες μετὰ τῶν βαρβάρων ἐλῃΐζοντο τοὺς ἐν τῇ πόλει κατά τε γῆν καὶ κατὰ

XXIV. EPIDAMNUS est urbs ad dextram sita navigantibus Ionium sinum versus. Huic autem finitimi sunt Taulantii barbari, gens Illyrica. Hanc urbem Corcyraei quidem missa colonia condiderunt: sed coloniae dux fuit Phalius Eratoclidae filius, genere Corinthius, ab Hercule oriundus, ex metropoli more ac instituto prisco arcessitus. Nonnulli etiam Corinthii, & alii praeterea Doricae gentis homines eius coloniae socii fuerunt. Progressu vero temporis, Epidamniorum urbs magna, populoque frequens evasit. Sed cum eius cives iam multos annos, ut fertur, seditionibus intestinis laborassent, quodam finitimorum barbarorum bello attriti, magnaque potentiae parte privati sunt. Novissime vero, ante hoc bellum, illorum plebs potentissimos quosque cives eiecit. At illi, cum inde discessissent, cum barbaris, ad quos se receperant, eos, qui in urbe erant, terra marique praedabantur. Epidamnii

Digitized by Google

θάλασσαν. οἱ δὲ ἐν τῇ πόλει ὄντες Ἐπιδάμνιοι, ἐπειδὴ ἐπιέζοντο, πέμπουσιν ἐς τὴν Κέρκυραν πρέσβεις, ὡς μητρόπολιν οὖσαν, δεόμενοι μὴ σφᾶς περιοράν φθειρομένους, ἀλλὰ τούς τε φεύγοντας συναλλάξαι σφίσι, καὶ τὸν τῶν βαρβάρων πόλεμον καταλῦσαι. ταῦτα δὲ ἱκέται καθεζόμενοι ἐς τὸ Ἡραῖον ἐδέοντο. οἱ δὲ Κερκυραῖοι τὴν ἱκετείαν οὐκ ἐδέξαντο, ἀλλ' ἀπράκτους ἀπέπεμψαν.

κε'. Γόντες δὲ οἱ Ἐπιδάμνιοι οὐδεμίαν σφίσιν ἀπὸ Κερκύρας τιμωρίαν οὖσαν, ἐν ἀπόρῳ εἶχοντο θέσθαι τὸ παρόν· καὶ πέμψαντες ἐς Δελφοὺς, τὸν θεὸν ἐπηρώτων εἰ παραδοῖεν Κορινθίοις τὴν πόλιν, ὡς οἰκισταῖς, καὶ τιμωρίαν τινὰ πειρῷντ' ἀπ' αὐτῶν ποιεῖσθαι. ὁ δ' αὐτοῖς ἀνεῖλε, παραδοῦναι, καὶ ἡγεμόνας ποιεῖσθαι. ἐλθόντες δὲ οἱ Ἐπιδάμνιοι ἐς τὴν Κόρινθον, κατὰ τὸ μαν-

vero, qui in urbe erant, cum ab illis premerentur, Corcyram, ut ad ſuae coloniae matrem, legatos mittunt, orantes, ne ſe perdi ſinerent; ſed & profugos ſibi reconciliarent, bellumque barbarorum finirent. Haec autem ſupplices in Iunonis templo ſedentes rogabant. Sed Corcyraei preces eorum non admiſerunt; at re infecta eos remiſerunt.

XXV. Cum autem Epidamnii nullam a Corcyraeis opem ſibi latam viderent, ambigebant, quonam modo in praeſenti rerum ſtatu ſe gerere deberent. Quare legatis Delphos miſſis, Deum conſuluerunt, an Corinthiis, ut coloniae deductoribus, urbem dederent, operamque darent, ut aliquid auxilii ab illis impetrarent. Ille vero ipſis reſpondit, ut urbem Corinthiis dederent, eoſque ſibi duces aſſumerent. Epidamnii vero, Corinthum profecti, coloniam

Digitized by Google

τεῖον παρέδοσαν τὴν ἀποικίαν, τόν τε οἰκιστὴν ἀποδεικνύντες σφῶν ἐκ Κορίνθου ὄντα, καὶ τὸ χρηστήριον δηλοῦντες. ἐδέοντό τε μὴ σφᾶς περιορᾶν διαφθειρομένους, ἀλλ' ἐπαμῦναι. Κορίνθιοι δὲ κατά τε τὸ δίκαιον ὑπεδέξαντο τὴν τιμωρίαν, (νομίζοντες οὐχ ἧσσον ἑαυτῶν εἶναι τὴν ἀποικίαν ἢ Κερκυραίων·) ἅμα δὲ καὶ μίσει τῶν Κερκυραίων, ὅτι αὐτῶν παρημέλουν ὄντες ἄποικοι. οὔτε γὰρ ἐν πανηγύρεσι ταῖς κοιναῖς διδόντες γέρα τὰ νομιζόμενα, οὔτε Κορινθίῳ ἀνδρὶ προκαταρχόμενοι τῶν ἱερῶν, ὥσπερ αἱ ἄλλαι ἀποικίαι· περιφρονοῦντες δὲ αὐτούς, καὶ χρημάτων δυνάμει ὄντες κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὅμοια τοῖς Ἑλλήνων πλουσιωτάτοις, καὶ τῇ ἐς πόλεμον παρασκευῇ δυνατώτεροι. ναυτικῷ δὲ καὶ πολὺ προέχειν ἔστιν ὅτε ἐπαιρόμενοι, καὶ κατὰ τὴν τῶν Φαιάκων προενοί-

oraculi iuſſu dediderunt, demonſtrantes, & ipſum ſuae coloniae ducem Corinthium fuiſſe, & Dei oraculum declarantes; eoſque rogabant, ne ſe perdi ſinerent, ſed ſibi opem ferrent. Corinthii vero & propter ipſam cauſae aequitatem auxilium promiſerunt, (quia coloniam iſtam non minus ſuam, quam Corcyraeorum eſſe ducebant.) Simul etiam propter odium, quo Corcyraeos proſequebantur, quia Corcyraei, licet eſſent Corinthiorum coloni, ipſos tamen contemnebant. Nam neque in publicis ſolemnitatibus conſuetos honores ipſis tribuebant, neque in ſacrificiis, cum viſcera diſtribuebant, a viro Corinthio auſpicabantur, quemadmodum ceterae coloniae. Sed illos contemnebant, quod pecuniarum copia, vel ditiſſimis quibuſque illius ſeculi Graecis pares eſſent, & bellico apparatu pollerent; quin etiam claſſe interdum ſe ceteris longe praeſtare gloriabantur, praeſertim quod Phaeaces Corcyram olim te-

Digitized by Google

κησίν τῆς Κερκύρας, κλέος ἐχόντων τὰ περὶ τὰς ναῦς. ἢ καὶ μᾶλλον ἐξηρτύοντο τὸ ναυτικὸν, καὶ ἦσαν οὐκ ἀδύνατοι. τριήρεις γὰρ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ὑπῆρχον αὐτοῖς ὅτε ἤρχοντο πολεμεῖν.

κστ'. Πάντων οὖν τούτων ἐγκλήματα ἔχοντες οἱ Κορίνθιοι, ἔπεμπον ἐς τὴν Ἐπίδαμνον ἄσμενοι τὴν ὠφέλειαν, οἰκήτορά τε τὸν βουλόμενον ἰέναι κελεύοντες, καὶ Ἀμπρακιωτῶν καὶ Λευκαδίων καὶ ἑαυτῶν φρουρούς. ἐπορεύθησαν δὲ πεζῇ ἐς Ἀπολλωνίαν, Κορινθίων οὖσαν ἀποικίαν, δέει τῶν Κερκυραίων, μὴ κωλύωνται ὑπ' αὐτῶν κατὰ θάλατταν περαιούμενοι. Κερκυραῖοι δὲ, ἐπειδὴ ἤσθηντο τούς τε οἰκήτορας καὶ φρουροὺς ἥκοντας ἐς τὴν Ἐπίδαμνον, τήν τε ἀποικίαν Κορινθίοις δεδομένην, ἐχαλέπαινον· καὶ πλεύσαντες εὐθὺς πέντε καὶ εἴκοσι ναυσὶ, καὶ ὕστερον ἑτέρῳ στόλῳ, τούς τε φεύγοντας

nuiſſent, qui rerum nauticarum gloria floruerant: quamobrem etiam ipſi claſſi parandae operam ſtudioſius dabant, nec parum potentes erant. Nam centum & viginti naves ipſis fuerunt, cum bellum gerere coeperunt.

XXVI. Corinthii igitur, cum omnium iſtarum rerum iuſtas haberent querelas, auxilium & Ambraciatarum ac Leucadiorum atque ſuorum civium praeſidia lubenter Epidamnum miſerunt, omnibus, qui illuc habitandi cauſa ſe conferre voluiſſent, facta eundi poteſtate. Haec autem praeſidia itinere pedeſtri Apolloniam iverunt, quae erat Corinthiorum colonia, Corcyraeorum metu, ne ab illis mare traiicere prohiberentur. Corcyraei vero, ubi colonos, & praeſidia Epidamnum perveniſſe, coloniamque Corinthiis deditam intellexerunt, rem iniquo animo tulerunt. Statimque eo cum XXV navibus profecti, dein

Digitized by Google

ἐκέλευον κατ' ἐπήρειάν δέχεσθαι αὐτούς (ἦλθον γὰρ ἐς τὴν Κέρκυραν οἱ τῶν Ἐπιδαμνίων φυγάδες, τάφους τε ἀποδεικνύντες καὶ ξυγγένειαν, ἣν προϊσχόμενοι, ἐδέοντο σφᾶς κατάγειν) τούς τε φρουροὺς, οὓς οἱ Κορίνθιοι ἔπεμψαν, καὶ τοὺς οἰκήτορας ἀποπέμπειν. οἱ δὲ Ἐπιδάμνιοι οὐδὲν αὐτῶν ὑπήκουσαν. ἀλλὰ στρατεύουσιν ἐπ' αὐτοὺς οἱ Κερκυραῖοι ναυσὶ τεσσαράκοντα μετὰ τῶν φυγάδων, ὡς κατάξοντες αὐτούς, καὶ τοὺς Ἰλλυριοὺς προσλαβόντες. προσκαθεζόμενοι δὲ τῇ πόλει, προεῖπον, Ἐπιδαμνίων τε τὸν βουλόμενον καὶ τοὺς ξένους, ἀπαθεῖς ἀπιέναι. εἰ δὲ μὴ, ὡς πολεμίοις χρήσεσθαι. ὡς δ' οὐκ ἐπείθοντο, οἱ μὲν Κερκυραῖοι (ἔστι δ' ἰσθμὸς τὸ χωρίον) ἐπολιόρκουν τὴν πόλιν.

κζ'. Κορίνθιοι δ' ὡς αὐτοῖς ἐκ τῆς Ἐπιδάμνου ἦλθον ἄγγελοι ὅτι πολιορκοῦνται, παρεσκευάζοντο στρατιὰν

altera classe, minaciter ipsis imperarunt, ut exsules reciperent, (nam Epidamnii exsules Corcyram venerant, demonstrantes monumenta, & cognationem, quam praetendentes, orabant eos, ut se in patriam reducerent) & praesidia, quae Corinthii miserant, & novos colonos remitterent. Sed Epidamnii, nulla ipsorum imperata fecerunt. Quamobrem Corcyraei cum infesto quadraginta navium exercitu, & exsulibus (ut eos reducturi) ac Illyriis in armorum societatem assumtis, bellum illis intulerunt. Urbem autem obsidentes, denuntiarunt, ut & de Epidamniis, qui vellet, & peregrini impune abirent, alioqui ut hostes tractatum iri. Sed cum Epidamnii illis non parerent, Corcyraei quidem (ille autem locus est Isthmus) urbem obsidere coeperunt.

XXVII. Corinthii vero, postquam nuntii Epidamno ad

Digitized by Google

καὶ ἅμα ἀποικίαν ἐς τὴν Ἐπίδαμνον ἐκήρυσσον, ἐπὶ τῇ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ τὸν βουλόμενον ἰέναι. εἰ δέ τις τοσαυτίκα μὲν μὴ ἐθέλει ξυμπλεῖν, μετέχειν δὲ βούλεται τῆς ἀποικίας, πεντήκοντα δραχμὰς καταβέντα Κορινθίας μένειν. ἦσαν δὲ καὶ οἱ πλέοντες πολλοὶ, καὶ οἱ τὸ ἀργύριον καταβάλλοντες. ἐδεήθησαν δὲ καὶ τῶν Μεγαρέων ναυσὶ σφᾶς ξυμπροπέμψαι, εἰ ἄρα κωλύοιντο ὑπὸ Κερκυραίων πλεῖν. οἱ δὲ παρεσκευάζοντο αὐτοῖς ὀκτὼ ναυσὶ ξυμπλεῖν, καὶ Παλῆς Κεφαλλήνων, τέσσαρσι. καὶ Ἐπιδαυρίων ἐδεήθησαν, οἱ παρέσχον πέντε. Ἑρμιονῆς δὲ, μίαν· καὶ Τροιζήνιοι, δύο· Λευκάδιοι δὲ, δέκα· καὶ Ἀμπρακιῶται, ὀκτώ. Θηβαίους δὲ χρήματα ᾔτησαν, καὶ Φλιασίους· Ἠλείους τε ναῦς τε κεναὶ

ipsos venerunt, qui urbem obsideri nuntiarunt, exercitum parare coeperunt. Simul etiam coloniam Epidamnum deducendam edixerunt, ea lege, ut, qui vellet, illuc iret, pari iure, parique honore cum ceteris civibus futurus. Quod si quis protinus cum ceteris navigare nollet, & tamen coloniae particeps esse vellet, numeratis quinquaginta drachmis Corinthiis ei in urbe remanere licere dixerunt. Fuerunt autem permulti, & qui navigarunt, & qui pecuniam numerarunt. Rogarunt etiam Megarenses, ut suis navibus se comitari vellent, si forte suae navigationis cursus a Corcyraeis impediretur. Illi vero cum illis navigare octo navibus parabant, & Palenses Cephalleniorum, quatuor. Epidaurios quoque rogarunt, qui quinque praebuerunt. Hermionenses vero, unicam. Et Troezenii, duas. Leucadii, decem. Et Ambraciotae, octo. A Thebanis vero, & Phliasiis pecunias petierunt, ab Eleis naves vacuas & pecunias. Ipsorum vero Corinthiorum naves tri-

Digitized by Google

καὶ χρήματα. αὐτῶν δὲ Κορινθίων νῆες παρεσκευάζοντο τριάκοντα, καὶ τρισχίλιοι ὁπλῖται.

κη'. Ἐπειδὴ δὲ ἐπύθοντο οἱ Κερκυραῖοι τὴν παρασκευὴν, ἐλθόντες εἰς Κόρινθον μετὰ Λακεδαιμονίων καὶ Σικυωνίων πρέσβεων, οὓς παρέλαβον, ἐκέλευον Κορινθίους τοὺς ἐν Ἐπιδάμνῳ Φρουρούς τε καὶ οἰκήτορας ἀπάγειν, ὡς οὐ μετὸν αὐτοῖς Ἐπιδάμνου. εἰ δέ τι ἀντιποιοῦνται, δίκας ἤθελον δοῦναι ἐν Πελοποννήσῳ παρὰ πόλεσιν αἷς ἂν ἀμφότεροι ξυμβῶσιν. ὁποτέρων δ' ἂν δικασθῇ εἶναι τὴν ἀποικίαν, τούτους κρατεῖν. ἤθελον δὲ καὶ τῷ ἐν Δελφοῖς μαντείῳ ἐπιτρέψαι. πόλεμον δὲ οὐκ εἴων ποιεῖν· εἰ δὲ μή, καὶ αὐτοὶ ἀναγκασθήσεσθαι ἔφασαν, ἐκείνων βιαζομένων, φίλους ποιεῖσθαι οὓς οὐ βούλονται, ἑτέρους τῶν νῦν ὄντων μᾶλλον, ὠφελείας ἕνεκα. οἱ δὲ Κορίνθιοι ἀπεκρίναντο αὐτοῖς, ἢν τάς τε

ginta, & tria militum gravis armaturae millia parabantur.

XXVIII. Poſtquam vero Corcyraei hunc apparatum audierunt, Corinthum profecti cum Lacedaemoniis, Sicyoniiſque legatis, quos ſibi adiunxerant, iuſſerunt Corinthios praeſidia & novos colonos Epidamno deducere, ut ex urbe, quae ad eos nihil pertineret. Quod ſi eam ſibi vindicare pergerent, in Peloponneſo, apud illas civitates, de quibus inter utroſque conveniſſet, volebant iure diſceptare; utris autem colonia fuiſſet adiudicata, hos ea potiri. Quin etiam oraculo Delphico rem controverſam committere volebant. Sed bellum fieri non ſinebant, idque diſſuadebant: alioqui, ſi illi vim ſibi facerent, dicebant ſe coactum iri auxilii praeſidiique cauſa illos ſibi facere amicos, quos nollent, alterutros eorum, qui potentia tunc praeſtarent. Corinthii vero ipſis reſponderunt, ſi naves & barba-

Digitized by Google

ναῦς καὶ τοὺς βαρβάρους ἀπὸ Ἐπιδάμνου ἀπάγωσι, βουλεύσεσθαι. πρότερον δὲ, οὐ καλῶς ἔχειν, τοὺς μὲν πολιορκεῖσθαι, ἑαυτοὺς δὲ δικάζεσθαι. Κερκυραῖοι δὲ ἀντέλεγον, ἢν καὶ ἐκεῖνοι τοὺς ἐν Ἐπιδάμνῳ ἀπάγωσι, ποιήσειν ταῦτα. ἕτοιμοι δὲ εἶναι καὶ ὥστε ἀμφοτέρους μένειν κατὰ χώραν, σπονδὰς δὲ ποιήσασθαι ἕως ἂν ἡ δίκη γένηται.

κϑ'. Κορίνθιοι δὲ οὐδὲν τούτων ὑπήκουον, ἀλλ' ἐπειδὴ πλήρεις αὐτοῖς ἦσαν αἱ νῆες, καὶ οἱ ξύμμαχοι παρῆσαν, προπέμψαντες κήρυκα πρότερον πόλεμον προεροῦντα Κερκυραίοις, ἄραντες ἑβδομήκοντα ναυσὶ καὶ πέντε, διςχιλίοις τε ὁπλίταις, ἔπλεον ἐπὶ τὴν Ἐπίδαμνον, Κερκυραίοις ἐναντία πολεμήσοντες. ἐστρατήγει δὲ τῶν μὲν νεῶν Ἀριστεὺς ὁ Πελλίκου, καὶ Καλλικράτης ὁ Καλλίου, καὶ Τιμάνωρ ὁ Τιμάνθους. τοῦ δὲ πεζοῦ,

ros ab Epidamno abducerent, se consultaturos. Nam ante, rem non bene se habere dicebant, si illi quidem obsiderentur, ipsi vero iudicio contenderent. Contra vero Corcyraei dicebant, se ista facturos, si & illi abducerent eos, qui Epidamni erant. Se etiam paratos esse dicebant, ut utrique suo loco manerent, foedusque facerent, tantisper dum iudicium fieret.

XXIX. At Corinthii nihil horum facere, nec ipsis parere voluerunt: sed postquam ipsorum naves plenae fuerunt, & socii affuerunt, caduceatore praemisso, qui Corcyraeis bellum prius indiceret, portu solventes cum septuaginta & quinque navibus, & duobus millibus gravis armaturae militum, Epidamnum versus navigarunt, bellum Corcyraeis illaturi. Navibus autem praeerat Aristaeus Pellicae, & Callicrates Calliae, & Timanor Timanthis filius. Pedi-

Digitized by Google

Ἀρχέτιμός τε ὁ Εὐρυτίμου, καὶ Ἰσαρχίδας ὁ Ἰσάρχου. ἐπειδὴ δὲ ἐγένοντο ἐν Ἀκτίῳ τῆς Ἀνακτορίας γῆς, οὗ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνός ἐστιν, ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Ἀμπρακικοῦ κόλπου, οἱ Κερκυραῖοι κήρυκά τε προέπεμψαν αὐτοῖς ἐν Ἀκατίῳ ἀπερροῦντα μὴ πλεῖν ἐπὶ σφᾶς, καὶ τὰς ναῦς ἅμα ἐπλήρουν, ζεύξαντές τε τὰς παλαιὰς, ὥστε πλωίμους εἶναι, καὶ τὰς ἄλλας ἐπισκευάσαντες. ὡς δὲ ὁ κήρυξ τε ἀπήγγειλεν οὐδὲν εἰρηναῖον παρὰ τῶν Κορινθίων, καὶ αἱ νῆες αὐτοῖς ἐπεπλήρωντο οὖσαι ὀγδοήκοντα (τεσσαράκοντα γὰρ Ἐπίδαμνον ἐπολιόρκουν) ἀνταναγαγόμενοι καὶ παραταξάμενοι ναυμάχησαν· καὶ ἐνίκησαν οἱ Κερκυραῖοι παραπολὺ, καὶ ναῦς πεντεκαίδεκα διέφθειραν τῶν Κορινθίων. Τῇ δὲ αὐτῇ ἡμέρᾳ αὐτοῖς ξυνέβη καὶ τοὺς τὴν Ἐπίδαμνον πολιορκοῦντας παραστήσασθαι ὁμολογίᾳ, ὥστε τοὺς μὲν

tatui vero Archetimus Eurytimi, & Iſarchidas Iſarchi filius. Poſtquam autem ad agri Anactorii Actium perveneruntt, ubi templum eſt Apollinis, in faucibus ſinus Ambracii, Corcyraei caduceatorem ipſis ad Actium praemiſerunt, qui vetaret illos contra ſe navigare: ſimul etiam naves impleverunt, & vetuſtas quidem iunxerunt, & iugis aptarunt, ut navigationi idoneae eſſent; alias vero refecerunt. Sed poſtquam caduceator nihil pacatum a Corinthiis renuntiavit, & ipſorum naves numero octoginta iam expletae fuerunt, (nam quadraginta naves Epidamnum obſidebant) obviam hoſti proceſſerunt, & acie inſtructa navalem pugnam commiſerunt. Et Corcyraei longe ſuperiores fuerunt, & XV Corinthiorum naves profligarunt. Eodem autem die ipſis accidit, ut & illi, qui Epidamnum obſidebant, Epidamnios ad deditionem redigerent, ea conditio-

Digitized by Google

ἐπήλυδας ἀποδόσθαι, Κορινθίους δὲ δήσαντας ἔχειν, ἕως ἂν ἄλλο τι δόξῃ.

λ'. Μετὰ δὲ τὴν ναυμαχίαν οἱ Κερκυραῖοι τροπαῖον στήσαντες ἐπὶ τῇ Λευκίμμῃ, τῆς Κερκύρας ἀκρωτηρίῳ, τοὺς μὲν ἄλλους οὓς ἔλαβον αἰχμαλώτους ἀπέκτειναν, Κορινθίους δὲ δήσαντες εἶχον. ὕστερον δὲ, ἐπειδὴ οἱ Κορίνθιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἡσσημένοι ταῖς ναυσὶν, ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκου, τῆς θαλάσσης ἀπάσης ἐκράτουν τῆς κατ' ἐκεῖνα τὰ χωρία, οἱ Κερκυραῖοι, καὶ πλεύσαντες ἐς Λευκάδα τὴν Κορινθίων ἀποικίαν, τῆς γῆς ἔτεμον, καὶ Κυλλήνην τὸ Ἠλείων ἐπίνειον ἐνέπρησαν, ὅτι ναῦς καὶ χρήματα παρέσχον τοῖς Κορινθίοις. τοῦ τε χρόνου τὸν πλεῖστον μετὰ τὴν ναυμαχίαν ἐπεκράτουν τῆς θαλάσσης, καὶ τοὺς τῶν Κορινθίων ξυμμάχους ἐπιπλέοντες ἔφθειρον. μέχρις οὗ Κορίνθιοι περιόντι τῷ θέρει πέμ-

ne, ut peregrinos quidem venderent; Corinthios vero in vinculis ſervarent, donec aliquid aliud victoribus videretur de ipſis ſtatuere.

XXX. Poſt hoc navale proelium Corcyraei, cum tropaeum in Leucimna Corcyrae promontorio ſtatuiſſent, ceteros quidem captivos, quos ceperant, interfecerunt: Corinthios vero vinctos aſſervarunt. Poſtea vero, cum Corinthii, ſociique navali proelio victi domum rediiſſent, Corcyraei imperium totius maris, quod eſt in illis regionibus, adepti ſunt, & navibus ad Leucadem Corinthiorum coloniam profecti, agrum vaſtarunt, & Cyllenen, Eleorum navalia, incenderunt, quod naves pecuniaſque Corinthiis praebuiſſent. Et poſt illud navale proelium maxima eius anni parte, maris illius imperium obtinuerunt, & Corinthiorum ſocios infeſta claſſe navigantes vexarunt. Donec

Digitized by Google

ψαντες ναῦς καὶ στρατιὰν, ἐπεὶ σφῶν οἱ ξύμμαχοι ἐπόνουν, ἐστρατοπεδεύοντο ἐπὶ Ἀκτίῳ, καὶ περὶ τὸ Χειμέριον τῆς Θεσπρωτίδος, φυλακῆς ἕνεκα τῆς τε Λευκάδος καὶ τῶν ἄλλων πόλεων ὅσαι σφίσι φίλιαι ἦσαν. ἀντεστρατοπεδεύοντο δὲ καὶ οἱ Κερκυραῖοι ἐπὶ τῇ Λευκίμμῃ ναυσί τε καὶ πεζῷ. ἐπέπλεόν τε οὐδέτεροι ἀλλήλοις, ἀλλὰ τὸ θέρος τοῦτο ἀντικαθεζόμενοι, χειμῶνος ἤδη ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκου ἑκάτεροι.

λα'. Τὸν δ' ἐνιαυτὸν πάντα τὸν μετὰ τὴν ναυμαχίαν, καὶ τὸν ὕστερον, οἱ Κορίνθιοι ὀργῇ φέροντες τὸν πρὸς Κερκυραίους πόλεμον, ἐναυπηγοῦντο, καὶ παρεσκευάζοντο τασφάτιστα νεῶν στόλον, ἔκ τε αὐτῆς Πελοποννήσου ἀγείροντες καὶ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ἑρέτας, μισθῷ πείθοντες. πυνθανόμενοι δὲ οἱ Κερκυραῖοι τὴν παρασκευὴν αὐτῶν, ἐφοβοῦντο, καὶ (ἦσαν γὰρ οὐδενὸς

Corinthii, aeſtate iam adventante, navibus, exercituque miſſo, cum ipſorum ſocii laborarent, ad Actium & circa Chimerium Theſprotidis caſtra poſuerunt, ut & Leucadem, & ceteras civitates, quotquot ſibi erant amicae, ſuo praeſidio tutarentur. Corcyraei vero & navibus & peditatu in Leucimna e regione hoſtium caſtrametati ſunt. Et neutri contra alteros navigabant: ſed ea aeſtate ſtativa oppoſita habentes, hieme iam adventante domum utrique ſe receperunt.

XXXI. Toto autem poſt hoc proelium, & inſequenti anno, Corinthii, graviter ferentes bellum contra Corcyraeos ſuſceptum, naves compegerunt, & navalem expeditionem optime pararunt, remiges cum ex ipſa Peloponneſo, tum ex reliqua Graecia cogentes, eoſque mercede ſollicitantes. Corcyraei vero, audito illorum apparatu, timere coeperunt, & (nam cum nulla Graecorum civitate foe-

Digitized by Google

Ἑλλήνων ἔνσπονδοι, οὐδὲ ἐπεγράψαντο ἑαυτοὺς οὔτε ἐς τὰς Ἀθηναίων σπονδὰς, οὔτε ἐς τὰς Λακεδαιμονίων) ἔδοξεν αὐτοῖς, ἐλθοῦσιν ὡς τοὺς Ἀθηναίους, ξυμμάχους γενέσθαι, καὶ ὠφέλειάν τινα πειρᾶσθαι ἀπ' αὐτῶν εὑρίσκεσθαι. οἱ δὲ Κορίνθιοι, πυθόμενοι ταῦτα, ἦλθον καὶ αὐτοὶ ἐς τὰς Ἀθήνας πρεσβευσόμενοι, ὅπως μὴ σφίσι πρὸς τῷ Κερκυραίων ναυτικῷ καὶ τὸ αὐτῶν προσγενόμενον, ἐμπόδιον γένηται θέσθαι τὸν πόλεμον ἢ βούλονται. καταστάσης δὲ ἐκκλησίας, ἐς ἀντιλογίαν ἦλθον. καὶ οἱ μὲν Κερκυραῖοι ἔλεξαν τοιάδε.

λβ'. ΔΙΚΑΙΟΝ, ὦ Ἀθηναῖοι, τοὺς, μήτε εὐεργεσίας μεγάλης, μήτε ξυμμαχίας προυφειλομένης, ἥκοντας παρὰ τοὺς πέλας ἐπικουρίας (ὥσπερ καὶ ἡμεῖς νῦν) δεησομένους, ἀναδιδάξαι πρῶτον, μάλιστα μὲν, ὡς καὶ

dere erant coniuncti, neque aut in Athenienſium, aut Lacedaemoniorum foederibus ſe adſcripſerant) viſum eſt ipſis ad Athenienſes proficiſci, & ſocietatem cum illis contrahere, & operam dare, ut aliquod auxilium ab ipſis impetrarent. Corinthii vero, his rebus auditis, legatos & ipſi Athenas miſerunt, ut Athenienſes orarent, ne praeter Corcyraeorum claſſem, ipſorum quoque claſſis hoſtibus adiuncta, ſibi impedimento eſſet, ne bellum arbitratu ſuo gererent. Itaque coacta concione, in diſceptationem venerunt. Atque Corcyraei quidem haec verba fecerunt.

XXXII. *Aequum eſt, viri Athenienſes, ut qui ad alios auxilii implorandi cauſa (quemadmodum nos quoque nunc facimus) veniunt, praeſertim ſi nulla magna beneficia exſtent in eos ante collata, nec ipſis ulla cum illis intercedat ſocietas ante inita, primum demonſtrent, ſua poſtulata maxime quidem utilitati fore illis, a quibus ſocietatem auxiliumque petunt; ſin mi-*

Digitized by Google

ξύμφορα δέονται, εἰ δὲ μὴ, ὅτι γε οὐκ ἐπιζήμια· ἔπειτα δὲ, ὡς καὶ τὴν χάριν βέβαιον ἕξουσιν. εἰ δὲ τούτων μηδὲν σαφὲς καταστήσουσι, μὴ ὀργίζεσθαι ἢν ἀτυχῶσι. Κερκυραῖοι δὲ μετὰ τῆς ξυμμαχίας τῆς αἰτήσεως καὶ ταῦτα πιστεύοντες ἐχυρὰ ὑμῖν παρέξεσθαι, ἀπέστειλαν ἡμᾶς. τετύχηκε δὲ τὸ αὐτὸ ἐπιτήδευμα πρός τε ὑμᾶς ἐς τὴν χρείαν ἡμῖν ἄλογον, καὶ ἐς τὰ ἡμέτερα αὐτῶν ἐν τῷ παρόντι ἀξύμφορον. ξύμμαχοί τε γὰρ οὐδενός πω ἐν τῷ προτοῦ χρόνῳ ἑκοῦσιοι γενόμενοι, νῦν ἄλλων τοῦτο δεησόμενοι ἥκομεν, καὶ ἅμα ἐς τὸν παρόντα πόλεμον Κορινθίων ἔρημοι δι' αὐτὸ κατέστημεν. καὶ περιέστηκεν ἡ δοκοῦσα ἡμῶν πρότερον σωφροσύνη, τὸ μὴ ἐν ἀλλοτρίᾳ ξυμμαχίᾳ τῇ τοῦ πέλας γνώμῃ ξυγκινδυνεύειν, νῦν ἀβουλία καὶ ἀσθένεια φαινομένη. τὴν μὲν οὖν γενομένην ναυμαχίαν αὐτοὶ καταμόνας

gravis armaturae milites, multos ſagittarios, & iaculatores in foris ac tabulatis navium habentes, vetuſto adhuc more imperitius inſtructi. Acre quidem erat hoc navale proelium, ſed non etiam pariter artificioſum: at pedeſtri pugnae ſimilius. Nam ubi inter ſe confligere coepiſſent, non facile divelli poterant, cum prae multitudine turbaque navium, tum etiam quod ad victoriam obtinendam maxime confidebant militibus ſuper navium tabulatis, qui navibus quietis pugnam ſtatariam committebant. Nullae autem navium perruptiones erant; ſed animis & robore magis, quam ſcientia, pugnabant. Ubique igitur magnus tumultus, & proelium valde turbulentum erat: in quo naves Atticae, quae Corcyraeis, ſicubi ab hoſte premerentur, praeſto erant, metum quidem hoſtibus incutiebant; ſed proelii initium non faciebant, quod earum praefecti metuerent Athenienſium interdictum. Dextrum autem Co-

Digitized by Google

τῶν Κορινθίων ἐπόνει. Οἱ γὰρ Κερκυραῖοι εἴκοσι ναυσὶν αὐτοὺς τρεψάμενοι, καὶ καταδιώξαντες σποράδας ἐς τὴν ἤπειρον, καὶ μέχρι τοῦ στρατοπέδου πλεύσαντες αὐτῶν, καὶ ἐπεκβάντες, ἐνέπρησάν τε τὰς σκηνὰς ἐρήμους, καὶ τὰ χρήματα διήρπασαν. ταύτῃ μὲν οὖν οἱ Κορίνθιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἠσσῶντό τε, καὶ οἱ Κερκυραῖοι ἐπεκράτουν. ᾗ δὲ αὐτοὶ ἦσαν οἱ Κορίνθιοι, ἐπὶ τῷ εὐωνύμῳ, πολὺ ἐνίκων, τοῖς Κερκυραίοις τῶν εἴκοσι νεῶν ἀπὸ ἐλάσσονος πλήθους ἐκ τῆς διώξεως οὐ παρουσῶν. οἱ δ' Ἀθηναῖοι ὁρῶντες τοὺς Κερκυραίους πιεζομένους, μᾶλλον ἤδη ἀπροφασίστως ἐπεκούρουν, τὸ μὲν πρῶτον ἀπεχόμενοι, ὥστε μὴ ἐμβάλλειν τινί· ἐπειδὴ δὲ ἡ τροπὴ ἐγίγνετο λαμπρῶς, καὶ ἐνέκειντο οἱ Κορίνθιοι, τότε δὴ ἔργου πᾶς εἶχετο ἤδη, καὶ διεκέκριτο οὐδὲν ἔτι, ἀλ-

rinthiorum cornu maxime laborabat. Corcyraei enim, cum eos xx navibus in fugam vertissent, & dispersos ad continentem usque persecuti fuissent, & usque ad eorum castra navigassent, & in terram descendissent, tentoria deserta incenderunt, & pecunias diripuerunt. Hac igitur in parte Corinthii eorumque socii vincebantur, & Corcyraei vincebant. At in sinistro, ubi ipsi Corinthii erant, longe superiores erant, quia ex minore numero xx naves Corcyraeorum in hoste persequendo occupatae aberant. Athenienses vero cum Corcyraeos premi viderent, iam minus dissimulanter illis opem tulerunt: primum quidem ab omni impressione in adversarios facienda sibi temperantes. Sed postquam Corcyraei in fugam apertam, minimeque dubiam se dederunt, & Corinthii illis instare coeperunt, tunc vero unusquisque manum ad opus admovit, nec ullum amplius erat discrimen; sed eo necessitatis sunt compulsi,

Digitized by Google

λὰ ξυνέπεσον ἐς τοῦτο ἀνάγκης ὥστε ἐπιχειρῆσαι ἀλλήλοις τοὺς Κορινθίους καὶ Ἀθηναίους.

ν'. Τῆς δὲ τροπῆς γενομένης, οἱ Κορίνθιοι τὰ σκάφη μὲν οὐχ εἷλκον ἀναδούμενοι τῶν νεῶν ἃς καταδύσειαν, πρὸς δὲ τοὺς ἀνθρώπους ἐτράποντο, φονεύειν διεκπλέοντες μᾶλλον ἢ ζωγρεῖν· τούς τε αὐτῶν φίλους (οὐκ ἠσθημένοι ὅτι ἥσσηντο οἱ ἐπὶ τῷ δεξιῷ κέρᾳ) ἀγνοοῦντες ἔκτεινον. πολλῶν γὰρ νεῶν οὐσῶν ἀμφοτέρων, καὶ ἐπιπολὺ τῆς θαλάσσης ἐπεχουσῶν, ἐπειδὴ ξυνέμιξαν ἀλλήλοις, οὐ ῥᾳδίως τὴν διάγνωσιν ἐποιοῦντο ὁποῖοι ἐκράτουν, ἢ ἐκρατοῦντο. ναυμαχία γὰρ αὕτη Ἕλλησι πρὸς Ἕλληνας νεῶν πλήθει μεγίστη δὴ τῶν πρὸ αὐτῆς γεγένηται. ἐπειδὴ δὲ κατεδίωξαν τοὺς Κερκυραίους οἱ Κορίνθιοι ἐς τὴν γῆν, πρὸς τὰ ναυάγια καὶ τοὺς νεκροὺς τοὺς σφετέρους ἐτράποντο· καὶ τῶν πλείστων ἐκράτη-

ut Corinthii & Athenienſes inter ſe manus conſererent.

L. Sed verſis in fugam hoſtibus, Corinthii alveos navium, quas demerſerant, religatos non traxerunt: at tranſcurrentes, ad homines potius trucidandos, quam vivos capiendos, ſe converterunt. Et ſuos amicos per ignorantiam interficiebant, quia illos, qui in dextro cornu erant, ſuperatos fuiſſe neſciebant. Nam cum multae eſſent utrorumque naves, & late mare occuparent; poſtquam manus inter ſe conſeruerunt, non facile dignoſcere poterant, quinam victores, aut qui victi eſſent. Hoc enim navale proelium Graecorum, cum Graecis commiſſum, navium numero omnia ſuperiora longe ſuperavit. Corinthii vero, poſtquam Corcyraeos ad terram uſque ſunt perſecuti, ad navium fragmenta, tabulaſque colligendas, & ad ſuorum cadavera ſuſcipienda ſe converterunt. Et maxima eorum

Digitized by Google

σαν, ὥστε προσκομίσαι πρὸς τὰ Σύβοτα, οἷ αὐτοῖς ὁ κατὰ γῆν στρατὸς τῶν βαρβάρων προσεβεβοηθήκει. ἔστι δὲ τὰ Σύβοτα, τῆς Θεσπρωτίδος λιμὴν ἔρημος. τοῦτο δὲ ποιήσαντες, αὖθις ἀθροισθέντες ἐπέπλεον τοῖς Κερκυραίοις. οἱ δὲ ταῖς πλωίμοις, καὶ ὅσαι ἦσαν λοιπαὶ μετὰ τῶν Ἀττικῶν νεῶν, καὶ αὐτοὶ ἀντεπέπλεον, δείσαντες μὴ ἐς τὴν γῆν σφῶν πειρῶσιν ἀποβαίνειν. ἤδη δὲ ἦν ὀψέ, καὶ ἐπεπαιώνιστο αὐτοῖς ὡς ἐπίπλουν, καὶ οἱ Κορίνθιοι ἐξαπίνης πρύμναν ἐκρούοντο, κατιδόντες εἴκοσι ναῦς Ἀθηναίων προσπλεούσας· ἃς ὕστερον τῶν δέκα βοηθοὺς ἐξέπεμψαν οἱ Ἀθηναῖοι, δείσαντες (ὅπερ ἐγένετο) μὴ νικηθῶσιν οἱ Κερκυραῖοι, καὶ αἱ σφέτεραι δέκα νῆες ὀλίγαι ἀμύνειν ὦσι.

να'. Ταύτας οὖν προϊδόντες οἱ Κορίνθιοι, καὶ ὑπο-

parte potiti ſunt, ita ut ea ad Sybota comportarint, quo terreſtres barbarorum copiae ad opem ipſis ferendam venerant. Sybota autem eſt deſertus Theſprotidis portus. Hac re geſta, rurſus collecti Corcyraeos infeſta claſſe petierunt. Illi vero cum ſuis navibus, quae ad navigationem adhuc erant aptae, & quotquot erant reliquae, una cum Atticis, & ipſi infeſta claſſe obviam hoſti prodierunt, veriti, ne illi in ſuum agrum deſcendere conarentur. Iam autem erat diei ſerum, clamorque militaris ad concurſum ſublatus fuerat, cum Corinthii repente in puppim remigare coeperunt, XX naves Athenienſium contra ſe navigantes conſpicati, quas poſt illas decem priores miſerant Athenienſes, veriti, (id, quod accidit,) ne Corcyraei vincerentur, neve ſuae decem illae naves ob numeri paucitatem ab illis vim propulſare non poſſent.

LI. Corinthii igitur has mature conſpicati, & non quot

Digitized by Google

τοπήσαντες ἀπ' Ἀθηνῶν εἶναι οὐχ ὅσας ἑώρων, ἀλλὰ πλείους, ἐπανεχώρουν. τοῖς δὲ Κερκυραίοις (ἐπέπλεον γὰρ μᾶλλον ἐκ τοῦ ἀφανοῦς) οὐχ ἑωρῶντο, καὶ ἐθαύμαζον τοὺς Κορινθίους πρύμναν κρουομένους· πρὶν τινες ἰδόντες εἶπον ὅτι νῆες ἐκεῖναι ἐπιπλέουσι· τότε δὴ καὶ αὐτοὶ ἀνεχώρουν. ξυνεσκόταζε γὰρ ἤδη, καὶ οἱ Κορίνθιοι ἀποτραπόμενοι τὴν διάλυσιν ἐποιήσαντο. οὕτω μὲν ἡ ἀπαλλαγὴ ἐγένετο ἀλλήλων, καὶ ἡ ναυμαχία ἐτελεύτα ἐς νύκτα. τοῖς δὲ Κερκυραίοις στρατοπεδευομένοις ἐπὶ τῇ Λευκίμνῃ, αἱ εἴκοσι νῆες αἱ ἐκ τῶν Ἀθηνῶν αὗται, ὧν ἦρχε Γλαύκων τε ὁ Λεάγρου καὶ Ἀνδοκίδης ὁ Λεωγόρου, διὰ τῶν νεκρῶν καὶ ναυαγίων προσκομισθεῖσαι, κατέπλεον ἐς τὸ στρατόπεδον, οὐ πολλῷ ὕστερον ἢ ὤφθησαν. οἱ δὲ Κερκυραῖοι (ἦν γὰρ νὺξ) ἐφοβήθησαν μὴ πολέμιαι ὦσιν, ἔπειτα δὲ ἔγνωσαν, καὶ ὡρμίσαντο.

cernebant, ſed plures Athenis venire ſuſpicati, ſenſim retro abire coeperunt. At Corcyraei eas non videbant, (veniebant enim unde manifeſte ab ipſis conſpici non poterant) & Corinthios in puppim remigare mirabantur; donec quidam, qui naves viderant, illas contra ſe navigare dixerunt. Tunc vero & ipſi receſſerunt. Iam enim noctis tenebrae erant: Corinthii vero, navibus averſis, abierunt diverſi. Ita autem alteri ab alteris diremti ſunt, & haec navalis pugna ſub nocte finita eſt. Cum autem Corcyraei caſtra apud Leucimnam haberent, illae viginti naves Atticae, quibus Glaucon Leagri & Andocides Leogori filius praeerant, per media cadavera & naufragia delatae, in caſtra venerunt, non multo poſt quam conſpectae fuerunt. Corcyraei vero (erat enim nox) timuerunt, ne hoſtiles eſſent:

Digitized by Google

νβ'. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἀναγόμεναι αἵτε Ἀττικαὶ τριάκοντα νῆες καὶ τῶν Κερκυραίων ὅσαι πλώϊμοι ἦσαν, ἐπέπλευσαν ἐπὶ τὸν ἐν τοῖς Συβότοις λιμένα, ἐν ᾧ οἱ Κορίνθιοι ὥρμουν, βουλόμενοι εἰδέναι εἰ ναυμαχήσουσιν. οἱ δὲ, τὰς μὲν ναῦς ἄραντες ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ παραταξάμενοι μετεώρους, ἡσύχαζον, ναυμαχίας οὐ διανοούμενοι ἄρχειν ἐκόντες, ὁρῶντες προσγεγενημένας τε ναῦς ἐκ τῶν Ἀθηναίων ἀκραιφνεῖς, καὶ σφίσι πολλὰ τὰ ἄπορα ξυμβεβηκότα, αἰχμαλώτων τε περὶ φυλακῆς, οὓς ἐν ταῖς ναυσὶν εἶχον, καὶ ἐπισκευὴν οὐκ οὖσαν τῶν νεῶν, ἐν χωρίῳ ἐρήμῳ. τοῦ δὲ οἴκαδε πλοῦ μᾶλλον διεσκόπουν, ὅπη κομισθήσονται, δεδιότες μὴ οἱ Ἀθηναῖοι, νομίσαντες λελύσθαι τὰς σπονδὰς, διότι ἐς χεῖρας ἦλθον, οὐκ ἐῶσι σφᾶς ἀποπλεῖν.

sed postea illas agnoverunt, & in suas stationes receperunt.

LII. Postridie vero, & triginta naves Atticae, & Corcyraeorum quotquot ad navigationem erant aptae, navigarunt in portum, qui est in Sybotis, ubi Corinthii stationem habebant, eo animo, ut cognoscerent, an proelio navali certare vellent. Illi vero, navibus a terra provectis, & acie in alto instructa, quiescebant, quia sponte sua proelii initium facere in animo non habebant, quod integras Athenienſium naves accessisse, sibique multas difficultates accidisse viderent, cum propter captivos, quos in navibus habebant, de quorum custodia erant solliciti, tum etiam quod in loco deserto naves reficere non possent. Sed de reditu magis erant solliciti, considerantes, qua ratione domum se recipere possent, veriti, ne Athenienses, foedera rupta esse existimantes, quia ad manus venerant, se illinc navigare non sinerent.

Digitized by Google

νγ'. Ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς, ἄνδρας ἐς κελήτιον ἐμβιβάσαντας, ἄνευ κηρυκίου προπέμψαι τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ πεῖραν ποιήσασθαι. πέμψαντές τε ἔλεγον τοιάδε· ΑΔΙΚΕΙΤΕ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πολέμου ἄρχοντες, καὶ σπονδὰς λύοντες. ἡμῖν γὰρ πολεμίους τοὺς ἡμετέρους τιμωρουμένοις ἐμποδὼν ἵστασθε, ὅπλα ἀναιρόμενοι. εἰ δ' ὑμῖν γνώμη ἐστὶ κωλύειν τε ἡμᾶς ἐπὶ Κέρκυραν, ἢ ἄλλοσε, εἴπατε βουλόμεθα, πλεῖν, καὶ τὰς σπονδὰς λύετε, ἡμᾶς τούσδε πρώτους λαβόντες, χρήσασθε ὡς πολεμίοις. Οἱ μὲν δὴ τοιαῦτα εἶπον· τῶν δὲ Κερκυραίων τὸ μὲν στρατόπεδον ὅσον ὑπήκουσεν, ἀνεβόησεν εὐθὺς λαβεῖν τε αὐτοὺς καὶ ἀποκτεῖναι. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι τοιάδε ἀπεκρίναντο· ΟΥΤΕ ἄρχομεν πολέμου, ὦ ἄνδρες Πελοποννήσιοι, οὔτε τὰς σπονδὰς λύομεν· Κερκυραίοις δὲ τοῖσδε ξυμμάχοις οὖσι βοηθοὶ ἥλθομεν. εἰ μὲν οὖν ἄλλοσέ ποι βούλεσθε πλεῖν, οὐ κω-

LIII. Placuit igitur ipſis, viros, in ſcapham impoſitos, ſine caduceo ad Athenienſes praemittere, & eorum mentem explorare. Per illos autem, quos miſerunt, haec verba fecerunt. *Iniuſte facitis, Athenienſes, quia bello nos laceſſitis, & foedera frangitis. Nobis enim, hoſtes noſtros ulciſcentibus, impedimento eſtis, quia arma contra nos ſumta fertis. Quod ſi vobis eſt animus nos impedire, ne contra Corcyram, aut alio, ſi quo libeat, navigemus, & foedera rumpitis; nos, qui hic aſſumus, primos comprehendite, & ut hoſtes tractate.* Illi igitur haec dixerunt. Quotquot vero ex Corcyraeo exercitu Corinthios audierant, ſublato clamore ſtatim dixerunt, illos & comprehendendos, & interficiendos eſſe. Sed Athenienſes hoc reſponſum illis dederunt. *Nec bello vos laceſſimus, viri Peloponneſii, nec foedera frangimus. Sed iſtis Corcyraeis ſociis*

Digitized by Google

λύομεν· εἰ δὲ ἐπὶ Κέρκυραν πλευσεῖσθε, ἢ ἐς τῶν ἐκείνων τὶ χωρίον, οὐ περιοψόμεθα κατὰ τὸ δυνατόν.

νδ'. Τοιαῦτα τῶν Ἀθηναίων ἀποκριναμένων, οἱ μὲν Κορίνθιοι τόν τε πλοῦν τὸν ἐπ' οἴκου παρεσκευάζοντο, καὶ τροπαῖον ἔστησαν ἐν τοῖς ἐν τῇ ἠπείρῳ Συβότοις. οἱ δὲ Κερκυραῖοι τά τε ναυάγια καὶ νεκροὺς ἀνείλοντο τὰ κατὰ σφᾶς, ἐξενεχθέντα ὑπό τε τοῦ ῥοῦ καὶ ἀνέμου, ὃς γενόμενος τῆς νυκτὸς διεσκέδασεν αὐτὰ πανταχῇ· καὶ τροπαῖον ἀντέστησαν ἐν τοῖς ἐν τῇ νήσῳ Συβότοις ὡς νενικηκότες. γνώμῃ δὲ ἑκάτεροι τοιᾷδε τὴν νίκην προσεποιήσαντο. Κορίνθιοι μὲν, κρατήσαντες τῇ ναυμαχίᾳ μέχρι νυκτὸς, ὥστε καὶ ναυάγια πλεῖστα καὶ νεκροὺς προσκομίσασθαι, καὶ ἄνδρας ἔχοντες αἰχμαλώτους οὐκ ἐλάσσους χιλίων, ναῦς τε καταδύσαντες περὶ

noſtris auxilio venimus. Si quam igitur aliam in partem velitis navigare, non impedimus. Sed ſi contra Corcyram aliquemve Corcyraeorum locum navigetis, pro viribus hoc non negligemus.

LIV. Cum autem Athenienſes hoc reſponſum illis dediſſent, Corinthii quidem ſe ad navigationem pararunt, ut domum redirent; & in Sybotis, quae ſunt in continente, tropaeum ſtatuerunt. At Corcyraei navium fragmenta, tabulaſque & cadavera ad ſe delata ſuſceperunt, eiecta & fluctibus, & vento, qui noctu ortus ea in varias partes diſiecerat. Et in Sybotis, quae ſunt in inſula, viciſſim & ipſi tropaeum tanquam victores ſtatuerunt. Hoc autem conſilio victoriam utrique ſibi vindicarunt. Corinthii quidem, quod navali proelio ad noctem uſque viciſſent, ita ut plurima navium fragmenta & militum cadavera recepiſſent, & captivos non pauciores mille haberent, & ſeptuaginta circiter naves demerſiſſent, tropaeum ſtatuerunt.

Digitized by Google

ἑβδομήκοντα, ἔστησαν τροπαῖον· Κερκυραῖοι δὲ, τριάκοντα ναῦς μάλιστα διαφθείραντες, καὶ ἐπειδὴ Ἀθηναῖοι ἦλθον, ἀνελόμενοι τὰ κατὰ σφᾶς αὐτοὺς ναυάγια, καὶ νεκροὺς, καὶ ὅτι αὐτοῖς τῇ τε προτεραίᾳ πρύμναν κρουόμενοι ὑπεχώρησαν οἱ Κορίνθιοι, ἰδόντες τὰς Ἀττικὰς ναῦς, καὶ ἐπειδὴ ἦλθον οὐκ ἀντέπλεον ἐκ τῶν Συβότων, διὰ ταῦτα τροπαῖον ἔστησαν. οὕτω μὲν ἑκάτεροι νικᾶν ἠξίουν.

νε'. Οἱ δὲ Κορίνθιοι ἀποπλέοντες ἐπ' οἴκου, Ἀνακτόριον, ὅ ἐστιν ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Ἀμπρακικοῦ κόλπου, εἵλον ἀπάτῃ· (ἦν δὲ κοινὸν Κερκυραίων καὶ ἐκείνων) καὶ καταστήσαντες ἐν αὐτῷ Κορινθίους οἰκήτορας, ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκου· καὶ τῶν Κερκυραίων ὀκτακοσίους μὲν, οἳ ἦσαν δοῦλοι, ἀπέδοντο, πεντήκοντα δὲ καὶ διακοσίους δήσαντες ἐφύλαττον, καὶ ἐν θεραπείᾳ εἶχον

Corcyraei vero, quod XXX ferme naves profligaſſent, &, poſt Athenienſium adventum, navium fragmenta ad ſe delata, militumque cadavera ſuſtuliſſent, quodque pridie Corinthii in puppim remigantes ipſis, ſe paulatim recipientes, ceſſiſſent, naves Atticas conſpicati, &, cum adverſus eos iviſſent, ex Sybotis ſibi non occurriſſent, hiſce de cauſis tropaeum ſtatuerunt. Hoc igitur modo utrique ſe victores exiſtimabant.

LV. Corinthii vero, illinc domum navigantes, Anactorium, quod in ore ſinus Ambracii ſitum eſt, per fraudem ceperunt: (erat enim ipſis commune cum Corcyraeis) &, Corinthiis colonis in eo collocatis, domum redierunt. Et Corcyraeorum octingentos, qui ſervi erant, vendiderunt, ducentos & quinquaginta vinctos aſſervarunt, eoſque diligenter ac officioſe curarunt, ut in patriam reverſi

Digitized by Google

πολλῇ, ὅπως αὐτοῖς τὴν Κέρκυραν ἀναχωρήσαντες προσποιήσειαν. ἐτύγχανον δὲ καὶ δυνάμει αὐτῶν οἱ πλείους πρῶτοι ὄντες τῆς πόλεως. ἡ μὲν οὖν Κέρκυρα οὕτω περιγίγνεται τῷ πολέμῳ τῶν Κορινθίων, καὶ αἱ νῆες τῶν Ἀθηναίων ἀνεχώρησαν ἐξ αὐτῆς. αἰτία δὲ αὕτη πρώτη ἐγένετο τοῦ πολέμου τοῖς Κορινθίοις ἐς τοὺς Ἀθηναίους, ὅτι σφίσιν ἐν σπονδαῖς μετὰ Κερκυραίων ἐναυμάχουν.

νστ'. Μετὰ ταῦτα δ' εὐθὺς καὶ τάδε ξυνέβη γενέσθαι τοῖς Ἀθηναίοις καὶ Πελοποννησίοις διάφορα ἐς τὸ πολεμεῖν. τῶν γὰρ Κορινθίων πρασσόντων ὅπως τιμωρήσωνται αὐτούς, ὑποτοπήσαντες τὴν ἔχθραν αὐτῶν οἱ Ἀθηναῖοι, Ποτιδαιάτας, οἳ οἰκοῦσιν ἐπὶ τῷ ἰσθμῷ τῆς Παλλήνης, ὄντας Κορινθίων ἀποίκους, ἑαυτῶν δὲ ξυμμάχους φόρου ὑποτελεῖς, ἐκέλευον τό τε ἐς Παλλήνην τεῖχος καθελεῖν, καὶ ὁμήρους δοῦναι· τούς τε ἐπιδη-

Corcyram ipsorum ditioni adiungerent. Eorum autem plerique potentia principes erant civitatis. Sic igitur Corcyra in bello contra Corinthios gesto superstes remansit, Atticaeque naves domum inde reverterunt. Haec autem fuit prima causa belli, a Corinthiis contra Athenienses suscepti, quod illi cum Corcyraeis contra se foederatos navali proelio certassent.

LVI. Post haec autem statim accidit, ut hae quoque simultates inter Athenienses & Peloponnesios orirentur, quae ad bellum gerendum illos compulerunt. Cum enim Corinthii hoc studerent, ut ipsos Athenienses ulciscerentur; Athenienses, quod eorum inimicitias haberent suspectas, Potidaeatas, qui in Pallenes Isthmo habitant, Corinthiorum colonos, suosque socios & vectigales, muros Pallenen versus aedificatos demoliri, & obsides dare iusserunt;

Digitized by Google

μιουργοὺς ἐκπέμπειν, καὶ τολοιπὸν μὴ δέχεσθαι, οὓς κατὰ ἔτος ἕκαστον Κορίνθιοι ἔπεμπον· δείσαντες μὴ ἀποστῶσιν, ὑπό τε Περδίκκου πειθόμενοι καὶ Κορινθίων, τούς τε ἄλλους τοὺς ἐπὶ Θρᾴκης ξυναποστήσωσι ξυμμάχους.

νζ'. Ταῦτα δὲ πρὸς τοὺς Ποτιδαιάτας οἱ Ἀθηναῖοι προπαρεσκευάζοντο εὐθὺς μετὰ τὴν ἐν Κερκύρᾳ ναυμαχίαν. οἵ τε γὰρ Κορίνθιοι φανερῶς διάφοροι ἦσαν, Περδίκκας τε ὁ Ἀλεξάνδρου, Μακεδόνων βασιλεὺς, ἐπεπολέμωτο, ξύμμαχος πρότερον καὶ φίλος ὤν. ἐπολεμώθη δὲ ὅτι Φιλίππῳ τῷ ἑαυτοῦ ἀδελφῷ καὶ Δέρδᾳ κοινῇ πρὸς αὐτὸν ἐναντιουμένοις οἱ Ἀθηναῖοι ξυμμαχίαν ἐποιήσαντο. δεδιώς τε ἔπρασσεν, ἔς τε τὴν Λακεδαίμονα πέμπων, ὅπως πόλεμος γένηται αὐτοῖς πρὸς Πελοποννησίους, καὶ τοὺς Κορινθίους προσεποιεῖτο, τῆς

& magiſtratus expellere, nec in poſterum recipere, quos Corinthii quotannis mittebant: veriti, ne a Perdicca & Corinthiis ſollicitati, a ſe deficerent, ceteroſque ſocios, qui in Thracia erant, ad defectionem ſecum traherent.

LVII. Haec autem Athenienſes contra Potidaeatas ſtatim poſt navale proelium ad Corcyram commiſſum moliri coeperunt. Nam & Corinthii aperte Athenienſibus erant infenſi, & Perdiccas Alexandri filius, Macedonum rex, eorum hoſtis erat, cum ante ſocius & amicus eſſet. Ideo autem factus eſt eorum hoſtis, quod cum Philippo fratre ſuo & Derda, communiter bellum contra ſe gerentibus, Athenienſes ſocietatem feciſſent: cumque ſibi ideo metueret, miſſis Lacedaemonem viris, operam dedit, ut bellum inter ipſos Athenienſes & Peloponneſios oriretur, & Corinthios ſibi conciliavit, ut Potidaea defectionem ab Athenienſibus

Digitized by Google

Ποτιδαίας ἕνεκα ἀποστάσεως. προσέφερε δὲ λόγους καὶ τοῖς ἐπὶ Θράκης Χαλκιδεῦσι καὶ Βοττιαίοις ξυναποστῆναι νομίζων, εἰ ξύμμαχα ταῦτα ἔχοι ὅμορα ὄντα τὰ χωρία, ῥᾷον ἂν τὸν πόλεμον μετ' αὐτῶν ποιεῖσθαι. ὧν οἱ Ἀθηναῖοι αἰσθόμενοι, καὶ βουλόμενοι προκαταλαμβάνειν τῶν πόλεων τὰς ἀποστάσεις (ἔτυχον γὰρ τριάκοντα ναῦς ἀποστέλλοντες καὶ χιλίους ὁπλίτας ἐπὶ τὴν γῆν, αὐτοῦ Ἀρχεστράτου τοῦ Λυκομήδους μετ' ἄλλων δέκα στρατηγοῦντος) ἐπιστέλλουσι τοῖς ἄρχουσι τῶν νεῶν, Ποτιδαιατῶν τε ὁμήρους λαβεῖν, καὶ τὸ τεῖχος καθελεῖν, τῶν τε πλησίον πόλεων φυλακὴν ἔχειν, ὅπως μὴ ἀποστήσωνται.

νη'. Ποτιδαιάται δὲ πέμψαντες μὲν καὶ παρ' Ἀθηναίους πρέσβεις, εἴπως πείσειαν μὴ σφῶν πέρι νεωτερίζειν μηδέν, ἐλθόντες δὲ καὶ ἐς τὴν Λακεδαίμονα

faceret. Quin etiam cum Chalcidenſibus, & Bottiaeis, qui ſunt in Thracia, egit, ut una cum Potidaeatis defectionem facerent: exiſtimans, ſi civitates iſtas agro ſuo finitimas haberet ſocias, ſe bellum cum illis facilius adverſus Athenienſes geſturum. Quae cum cognoviſſent Athenienſes, & harum civitatum defectionem praeoccupare vellent, (triginta enim naves, & mille gravis armaturae milites in eius agrum iam miſerant, ductu Archeſtrati Lycomedis filii, cum decem aliis collegis eo profecti,) mandarunt navium praefectis, ut & obſides a Potidaeatis acciperent, & urbis muros demolirentur, & accurate caverent, ne proximae civitates defectionem facerent.

LVIII. At Potidaeatae, miſſis ad Athenienſes legatis, ſi forte ipſis perſuadere poſſent, ne quid novi de ſe ſtatuerent, Lacedaemonem etiam cum Corinthiis profecti ege-

Digitized by Google

μετὰ Κορινθίων, ἔπρασσον ὅπως ἑτοιμάσαιντο τιμωρίαν, ἢν δέῃ. ἐπειδὴ ἔκ τε Ἀθηναίων ἐκ πολλοῦ πράσσοντες οὐδὲν εὕροντο ἐπιτήδειον, ἀλλ' αἱ νῆες αἱ ἐπὶ Μακεδονίαν καὶ ἐπί σφας ὁμοίως ἔπλεον, καὶ τὰ τέλη τῶν Λακεδαιμονίων ὑπέσχοντο αὐτοῖς, ἢν ἐπὶ Ποτίδαιαν ἴωσιν Ἀθηναῖοι, ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐσβαλεῖν, τότε δὴ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἀφίστανται μετὰ Χαλκιδέων καὶ Βοττιαίων, κοινῇ ξυνομόσαντες· καὶ Περδίκκας πείθει Χαλκιδέας, τὰς ἐπὶ θαλάσσῃ πόλεις ἐκλιπόντας, καὶ καταβαλόντας, ἀνοικίσασθαι ἐς Ὄλυνθον, μίαν τε πόλιν ταύτην ἰσχυρὰν ποιήσασθαι. τοῖς τε ἐκλείπουσι τούτοις, τῆς ἑαυτοῦ γῆς τῆς τε Μυγδονίας περὶ τὴν Βόλβην λίμνην ἔδωκε νέμεσθαι, ἕως ἂν ὁ πρὸς Ἀθηναίους πόλεμος ᾖ. καὶ οἱ μὲν ἀνωκί-

runt, ut, si foret opus, auxilium Lacedaemonii pararent. Ubi vero, opera diu consumta, nihil pacati ab Atheniensibus impetrare potuerunt, sed naves eorum in Macedoniam & in se pariter veniebant, & summi Lacedaemoniorum magistratus ipsis promiserunt, se, si Athenienses contra Potidaeam irent, in Atticam irrupturos; tunc demum cum Chalcidensibus & Bottiaeis communiter coniurati ab Atheniensibus defecerunt. Perdiccas quoque Chalcidensibus persuasit, ut, relictis & excisis urbibus maritimis, commigrarent Olynthum, & hanc unam urbem a mari remotiorem communirent. Illis autem, qui pristinas suae patriae sedes relinquebant, cum sui, tum etiam Mygdonii agri partem, quae est circa paludem Bolben, dedit incolendam, quamdiu bellum contra Athenienses susceptum duraret. Atque illi quidem urbes demoliti, in loca mediter-

Digitized by Google

ζοντό τε, καθαιροῦντες τὰς πόλεις, καὶ ἐς πόλεμον παρεσκευάζοντο.

νθ'. Αἱ δὲ τριάκοντα νῆες τῶν Ἀθηναίων ἀφικνοῦνται ἐς τὰ ἐπὶ Θράκης, καὶ καταλαμβάνουσι τήν τε Ποτιδαίαν καὶ τἆλλα ἀφεστηκότα. νομίσαντες δὲ οἱ στρατηγοὶ ἀδύνατα εἶναι πρός τε Περδίκκαν πολεμεῖν τῇ παρούσῃ δυνάμει, καὶ τὰ ξυναφεστῶτα χωρία, τρέπονται ἐπὶ τὴν Μακεδονίαν, ἐφ' ὅπερ καὶ τοπρότερον ἐξεπέμποντο. καὶ καταστάντες, ἐπολέμουν μετὰ Φιλίππου, καὶ τῶν Δέρδου ἀδελφῶν, ἄνωθεν στρατιᾷ ἐσβεβληκότων.

ξ. Καὶ ἐν τούτῳ οἱ Κορίνθιοι, τῆς Ποτιδαίας ἀφεστηκυίας, καὶ τῶν Ἀττικῶν νεῶν περὶ Μακεδονίαν οὐσῶν, δεδιότες περὶ τῷ χωρίῳ, καὶ οἰκεῖον τὸν κίνδυνον ἡγούμενοι, πέμπουσιν ἑαυτῶν τε ἐθελοντὰς, καὶ τῶν ἄλλων Πελοποννησίων μισθῷ πείσαντες, ἐξακο-

ranea commigrarunt, & ad bellum ſe parare coeperunt.

LIX. At triginta Athenienſium naves in Thraciam pervenerunt, & Potidaeam, aliaſque civitates iam defeciſſe repererunt. Duces vero, exiſtimantes, ſe cum praeſentibus copiis non poſſe ſimul gerere bellum & adverſus Perdiccam, & civitates, quae defecerant, in Macedoniam, quo etiam ante miſſi fuerant, ſe converterunt. Quo poſtquam pervenerunt, cum Philippo, & Derdae fratribus, qui ex locis mediterraneis in Macedoniam cum exercitu irruperant, arma iunxerunt, ut bellum Perdiccae facerent.

LX. Interea vero Corinthii, cum Potidaea deſciviſſet, & Atticae naves circa Macedoniam eſſent, illi oppido timentes, & domeſticum exiſtimantes periculum, miſerunt cum de ſuis voluntarios, tum etiam de ceteris Peloponne-

Digitized by Google

σίους καὶ χιλίους τοὺς πάντας ὁπλίτας, καὶ ψιλοὺς τετρακοσίους. ἐστρατήγει δὲ αὐτῶν Ἀριστεὺς ὁ Ἀδειμάντου, κατὰ φιλίαν τε αὐτοῦ οὐχ ἥκιστα οἱ πλεῖστοι ἐκ Κορίνθου στρατιῶται ἐθελονταὶ ξυνέσποντο· ἦν γὰρ τοῖς Ποτιδαιάταις ἀεί ποτε ἐπιτήδειος. καὶ ἀφικνοῦνται τεσσαρακοστῇ ἡμέρᾳ ὕστερον ἐπὶ Θράκης, ἧ Ποτίδαια ἀπέστη.

ξα'. Ἦλθε δὲ καὶ τοῖς Ἀθηναίοις εὐθὺς ἡ ἀγγελία τῶν πόλεων, ὅτι ἀφεστᾶσι· καὶ πέμπουσιν, ὡς ᾐσθοντο καὶ τοὺς μετὰ Ἀριστέως ἐπιπαρόντας, δισχιλίους ἑαυτῶν ὁπλίτας καὶ τεσσαράκοντα ναῦς, πρὸς τὰ ἀφεστῶτα, καὶ Καλλίαν τὸν Καλλιάδου πέμπτον αὐτῶν στρατηγόν. οἱ ἀφικόμενοι ἐς Μακεδονίαν πρῶτον, καταλαμβάνουσι τοὺς προτέρους χιλίους Θέρμην ἄρτι ἑλόντας, καὶ Πύδναν πολιορκοῦντας. προσκαθεζόμενοι δὲ

siis mercede conductos, mille & sexcentos, omnes gravis armaturae milites, & quadringentos leviter armatos. Illis autem praeerat Aristeus Adimanti filius; & propter eius amicitiam potissimum, plurimi voluntarii milites Corintho eum secuti sunt. Semper enim Potidaeatarum studiosus fuerat. Et quadragesimo die post Potidaeae defectionem in Thraciam pervenerunt.

LXI. Nuntius autem de istarum civitatum defectione Athenienſibus statim est illatus. Qui, cum intellexissent, illos etiam, qui cum Aristeo erant, eo praeterea advenisse, ex suis bis mille gravis armaturae milites, & quadraginta naves, Calliamque Calliadis filium cum quatuor collegis praefectum, in loca, quae defecerant, miserunt. Qui simulac in Macedoniam pervenerunt, illos mille priores iam Therma potitos, & Pydnam obsidentes offen-

Digitized by Google

καὶ αὐτοὶ τὴν Πύδναν ἐπολιόρκησαν μὲν, ἔπειτα δὲ ξύμβασιν ποιησάμενοι καὶ ξυμμαχίαν ἀναγκαίαν πρὸς τὸν Περδίκκαν, ὡς αὐτοὺς κατήπειγεν ἡ Ποτίδαια, καὶ ὁ Ἀριστεὺς παρελθυθὼς, ἀπανίστανται ἐκ τῆς Μακεδονίας· καὶ ἀφικόμενοι ἐς Βέρροιαν, κἀκεῖθεν ἐπιστρέψαντες, καὶ πειράσαντες πρῶτον τοῦ χωρίου, καὶ οὐχ ἑλόντες, ἐπορεύοντο κατὰ γῆν πρὸς τὴν Ποτίδαιαν, τρισχιλίοις μὲν ὁπλίταις ἑαυτῶν, χωρὶς δὲ τῶν ξυμμάχων πολλοῖς, ἱππεῦσι δὲ ἑξακοσίοις Μακεδόνων τοῖς μετὰ Φιλίππου καὶ Παυσανίου· ἅμα δὲ νῆες παρέπλεον ἑβδομήκοντα. κατ' ὀλίγον δὲ προϊόντες, τριταῖοι ἀφίκοντο ἐς Γίγωνον, καὶ ἐστρατοπεδεύσαντο.

ξβ'. Ποτιδαιάται δὲ καὶ οἱ μετὰ Ἀριστέως Πελοποννήσιοι προσδεχόμενοι τοὺς Ἀθηναίους, ἐστρατοπεδεύοντο πρὸς Ὀλύνθῳ ἐν τῷ ἰσθμῷ· καὶ ἀγορὰν ἔξω τῆς πόλεως ἐπεποίηντο. στρατηγὸν μὲν οὖν τοῦ δὴ πεζοῦ

derunt. Pydnam autem & ipſi caſtris, copiiſque iunctis oppugnarunt: ſed poſtea, facta pace & ſocietate neceſſaria inita cum Perdicca, quod Potidaea & Ariſtei adventus eos urgeret, ex Macedonia receſſerunt. Et Berrhoeam profecti, & inde reverſi, eoque oppido prius tentato, nec expugnato, itinere pedeſtri Potidaeam verſus iverunt, cum tribus millibus militum gravis armaturae ex ſuis, praeterea vero cum multis ſociis, & ſexcentis Macedonum equitibus, qui cum Philippo, Pauſaniaque erant: ſimul etiam ſeptuaginta naves oram maritimam legebant. Et lente progreſſi, tertio die Gigonum pervenerunt, ibique caſtra poſuerunt.

LXII. At Potidaeatae, & Peloponneſii, qui cum Ariſteo erant, Athenienſium adventum exſpectantes, in Iſthmo, prope Olynthum caſtra poſuerant, & mercatum extra ur-

Digitized by Google

παντὸς οἱ ξύμμαχοι ἤρηντο Ἀριστέα, τῆς δὲ ἵππου, Περδίκκαν. ἀπέστη γὰρ εὐθὺς πάλιν τῶν Ἀθηναίων, καὶ ξυνεμάχει τοῖς Ποτιδαιάταις, Ἴολαον ἀνθ' αὐτοῦ καταστήσας ἄρχοντα. ἦν δὲ ἡ γνώμη τοῦ Ἀριστέως, τὸ μὲν μεθ' ἑαυτοῦ στρατόπεδον ἔχοντα ἐν τῷ ἰσθμῷ, ἐπιτηρεῖν τοὺς Ἀθηναίους ἢν ἐπίωσι, Χαλκιδέας δὲ, καὶ τοὺς ἔξω ἰσθμοῦ ξυμμάχους, καὶ τὴν παρὰ Περδίκκου διακοσίαν ἵππον ἐν Ὀλύνθῳ μένειν· καὶ ὅταν Ἀθηναῖοι ἐπί σφας χωρῶσι, κατὰ νώτου βοηθοῦντας ἐν μέσῳ ποιεῖν αὐτῶν τοὺς πολεμίους. Καλλίας δ' αὖ ὁ τῶν Ἀθηναίων στρατηγὸς, καὶ οἱ ξυνάρχοντες, τοὺς μὲν Μακεδόνας ἱππέας καὶ τῶν ξυμμάχων ὀλίγους ἐπὶ Ὀλύνθου ἀποπέμπουσιν, ὅπως εἴργωσι τοὺς ἐκεῖθεν ἐπιβοηθεῖν. αὐτοὶ δ' ἀναστήσαντες τὸ στρατόπεδον, ἐχώρουν ἐπὶ τὴν Ποτίδαιαν. καὶ ἐπειδὴ πρὸς τῷ ἰσθμῷ

bem agebant. Socii autem totius quidem peditatus ducem elegerunt Ariſteum; equitatus vero, Perdiccam. Protinus enim ab Athenienſibus iterum defecerat, &, Iolao duce in ſuum locum ſubſtituto, Potidaeatas in bello iuvabat. Hoc autem erat Ariſtei conſilium, cum exercitu quidem, quem in Iſthmo ſecum habebat, Athenienſes diligenter obſervare, ſi contra ſe venirent; Chalcidenſes vero, & ſocios, qui extra Iſthmum erant, & ducentos equites, quibus praecerat Perdiccas, Olynthi manere, & cum Athenienſes contra ſe venirent, a tergo impreſſionem in hoſtes facere, eoſque circumvenire. Contra vero Callias Athenienſium dux eiuſque collegae, Macedonum equites, paucoſque ſocios Olynthum verſus miſerunt, ut illos, qui Olynthi erant, illinc auxilium ſuis contra ſe ferre prohiberent. Ipſi vero, motis inde caſtris, Potidaeam verſus contenderunt, &

Digitized by Google

ἐγένοντο, καὶ εἶδον τοὺς ἐναντίους παρασκευαζομένους ὡς ἐς μάχην, ἀντικαθίσταντο καὶ αὐτοί· καὶ οὐ πολὺ ὕστερον ξυνέμισγον. καὶ αὐτὸ μὲν τὸ τοῦ Ἀριστέως κέρας, καὶ ὅσοι περὶ ἐκεῖνον ἦσαν Κορινθίων τε καὶ τῶν ἄλλων λογάδες, ἐτρέψαντο τὸ καθ' ἑαυτούς, καὶ ἐπεξῆλθον διώκοντες ἐπὶ πολύ· τὸ δὲ ἄλλο στρατόπεδον Ποτιδαιατῶν καὶ Πελοποννησίων ἡσσᾶτο ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων, καὶ ἐς τὸ τεῖχος κατέφυγεν.

ξγ'. Ἐπαναχωρῶν δὲ ὁ Ἀριστεὺς ἀπὸ τῆς διώξεως, ὡς ἑώρα τὸ ἄλλο στράτευμα ἡσσημένον, ἠπόρησε μὲν ὁποτέρωσε διακινδυνεύσει χωρήσας, ἢ ἐπὶ τῆς Ὀλύνθου, ἢ ἐς τὴν Ποτίδαιαν. ἔδοξε γοῦν ξυναγαγόντι τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ, ὡς εἰς ἐλάχιστον χωρίον δρόμῳ βιάσασθαι ἐς τὴν Ποτίδαιαν. καὶ παρῆλθε παρὰ τὴν χηλὴν

cum ad Isthmum veniſſent, & adverſarios ſe ad proelium parantes vidiſſent, ipſi quoque aciem illis oppoſitam inſtruxerunt, nec multo poſt conflixerunt. Ac ipſum quidem Ariſtei cornu, & quotquot de Corinthiis, aliiſque militibus delecti circum ipſum Ariſteum erant, hoſtium cornu ſibi oppoſitum in fugam verterunt, eoſque perſequentes longe proceſſerunt. Reliquus vero Potidaeatarum & Peloponneſiorum exercitus ab Athenienſibus ſuperatus eſt, & in urbem confugit.

LXIII. Cum autem Ariſteus ab hoſte perſequendo rediret, poſtquam reliquum exercitum vidit victum, dubitavit, utram partem petens, Olynthumne, an Potidaeam, belli fortunam periclitaretur. Tandem tamen ei placuit, cum ſuis militibus, in minimum loci ſpatium contractis, & eorum acie confertiſſima, Potidaeam curſu petere, & in eam perrumpere. Et in urbem ingreſſus eſt ab ea parte, quae

Digitized by Google

διὰ τῆς θαλάσσης βαλλόμενός τε καὶ χαλεπῶς, ὀλίγους μέν τινας ἀποβαλὼν, τοὺς δὲ πλείους σώσας. οἱ δ' ἀπὸ τῆς Ὀλύνθου τοῖς Ποτιδαιάταις βοηθοὶ (ἀπέχει δὲ ἑξήκοντα μάλιστα σταδίους, καὶ ἔστι καταφανὲς) ὡς ἡ μάχη ἐγένετο, καὶ τὰ σημεῖα ἤρθη, βραχὺ μέν τι προῆλθον, ὡς βοηθήσοντες, καὶ οἱ Μακεδόνες ἱππεῖς ἀντιπαρετάξαντο, ὡς κωλύσοντες· ἐπεὶ δὲ διὰ τάχους ἡ νίκη τῶν Ἀθηναίων ἐγίγνετο, καὶ τὰ σημεῖα κατεσπάσθη, πάλιν ἐπανεχώρουν ἐς τὸ τεῖχος, καὶ οἱ Μακεδόνες παρὰ τοὺς Ἀθηναίους· ἱππεῖς δ' οὐδετέροις παρεγένοντο. μετὰ δὲ τὴν μάχην, τροπαῖον ἔστησαν οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ τοὺς νεκροὺς ὑποσπόνδους ἀπέδοσαν τοῖς Ποτιδαιάταις. ἀπέθανον δὲ Ποτιδαιατῶν μὲν καὶ τῶν ξυμμάχων, ὀλίγῳ ἐλάσσους τριακο-

mari alluitur, prope crepidinem, telis petitus, & aegre eo penetrans, paucis quidem amissis, plerisque vero salvis. Qui vero Olyntho, auxilium Potidaeatis laturi, prodierant, (abest autem a Potidaea sexaginta ferme stadiis, atque, ut in edito loco, conspicuus est) postquam pugna commissa est, & signa sublata, paululum illi quidem progressi sunt, ut auxilium Potidaeatis ferrent; & Macedonum equites aciem instructam ipsis opposuerunt, ut eos impedirent. Postquam autem victoria penes Athenienses repente fuit, & vexilla revulsa sunt, in urbem iterum se receperunt, & Macedones ad Athenienses: neutris autem equites affuerunt. Post pugnam autem Athenienses tropaeum statuerunt, & caesorum militum cadavera pace sequestra Potidaeatis reddiderunt. Ceciderunt autem ex Potidaeatis quidem & sociis paulo pauciores trecentis; ex ipsis

Digitized by Google

σίων, Ἀθηναίων δὲ αὐτῶν, πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν, καὶ Καλλίας ὁ στρατηγός.

ξδ'. Τὸ δ' ἐκ τοῦ ἰσθμοῦ τεῖχος εὐθὺς οἱ Ἀθηναῖοι ἀποτειχίσαντες ἐφρούρουν. τὸ δ' ἐς τὴν Παλλήνην, ἀτείχιστον ἦν. οὐ γὰρ ἱκανοὶ ἐνόμιζον εἶναι ἔν τε τῷ ἰσθμῷ φρουρεῖν, καὶ ἐς τὴν Παλλήνην διαβάντες τειχίζειν· δεδιότες μὴ σφίσιν οἱ Ποτιδαιάται καὶ οἱ ξύμμαχοι γιγνομένοις δίχα ἐπίθωνται. καὶ πυνθανόμενοι οἱ ἐν τῇ πόλει Ἀθηναῖοι τὴν Παλλήνην ἀτείχιστον οὖσαν, χρόνῳ ὕστερον πέμπουσιν ἑξακοσίους καὶ χιλίους ὁπλίτας ἑαυτῶν, καὶ Φορμίωνα τὸν Ἀσωπίου στρατηγόν. ὃς ἀφικόμενος ἐς τὴν Παλλήνην, καὶ ἐξ Ἀφύτιος ὁρμώμενος προσήγαγε τῇ Ποτιδαίᾳ τὸν στρατὸν, κατὰ βραχὺ προϊὼν, καὶ κείρων ἅμα τὴν γῆν. ὡς δὲ οὐδεὶς

vero Athenienſibus, centum & quinquaginta, & Callias eorum dux.

LXIV. Mox autem Athenienſes murum, qui Iſthmum ſpectabat, circumvallarunt, & praeſidio cuſtodire coeperunt. At murus, qui Pallenen verſus ſpectabat, nullo vallo cinctus erat. Nec enim exiſtimabant, ſe uno eodemque tempore & in Iſthmo excubias agere, eumque tutari, & in urbem Pallenen tranſire, eamque munire poſſe: veriti, ne Potidaeatae eorumque ſocii ſe, in duas partes diductos, invaderent. Cum autem Athenienſes, qui Athenis erant, Pallenen nullis muris cinctam eſſe intellexiſſent, aliquanto poſt mille & ſexcentos gravis armaturae milites de ſuis, & Phormionem Aſopii filium, ducem eo miſerunt: qui cum Pallenen petiiſſet, ac Aphytide caſtra moviſſet, copias Potidaeae admovit, paulatim procedens, & ſimul agrum vaſtans. Sed, cum nullus ad proelium contra ipſum prodi-

Digitized by Google

ἐπεξῄει ἐς μάχην, ἀπετείχισε τὸ ἐκ τῆς Παλλήνης τεῖχος· καὶ οὕτως ἤδη κατὰ κράτος ἡ Ποτίδαια ἀμφοτέρωθεν ἐπολιορκεῖτο, καὶ ἐκ θαλάσσης ναυσὶν ἅμα ἐφορμούσαις.

ξε'. Ἀριστεὺς δὲ, ἀποτειχισθείσης αὐτῆς, καὶ ἐλπίδα οὐδεμίαν ἔχων σωτηρίας, ἢν μή τι ἀπὸ Πελοποννήσου ἢ ἄλλο παράλογον γίγνηται, ξυνεβούλευε μὲν, πλὴν πεντακοσίων, ἄνεμον τηρήσασι τοῖς ἄλλοις ἐκπλεῦσαι, ὅπως ἐπιπλέον ὁ σῖτος ἀντίσχῃ· καὶ αὐτὸς ἤθελε τῶν μενόντων εἶναι. ὡς δ' οὐκ ἔπειθε, βουλόμενος τὰ ἐπὶ τούτοις παρασκευάζειν, καὶ ὅπως τὰ ἔξωθεν ἕξει ὡς ἄριστα, ἔκπλουν ποιεῖται λαθὼν τὴν φυλακὴν τῶν Ἀθηναίων. καὶ παραμένων ἐν Χαλκιδεῦσι, τά τε ἄλλα ἐπολέμει, καὶ Σερμυλίων λοχήσας πρὸς τῇ

ret, murum, qui Pallenen verſus ſpectabat, vallo cinxit. Atque ita Potidaea iam utrinque vehementer oppugnabatur, ſimul etiam a mari graviter premebatur, navibus ſtationem adverſus ipſam habentibus.

LXV. Ariſteus vero, cum urbs iam eſſet circumvallata, nec ullam ſalutis ſpem haberet, niſi ſi quid ex Peloponneſo, aut aliquid aliud inſperatum accideret, auctor erat, ut, quingentis exceptis, ceteri obſervato vento ſecundo navibus abirent, ut res frumentaria diutius obſeſſis ſuppeteret: atque ipſe unus eſſe volebat de numero eorum, qui remanerent. Sed cum rem illis perſuadere non poſſet, ac ea, quae his proxima erant, parare vellet, & operam daret, ut, quae foris erant, optime ſeſe haberent, clam Athenienſium praeſidio inde enavigavit. Et apud Chalcidenſes permanens, cum alias res bellicas adminiſtravit, tum etiam, inſidiis ad Sermyliorum urbem locatis, mul-

Digitized by Google

πόλει, πολλοὺς διέφθειρεν· ἔς τε τὴν Πελοπόννησον ἔπρασσεν ὅπη ὠφέλειά τις γενήσεται. μετὰ δὲ τῆς Ποτιδαίας τὴν ἀποτείχισιν, Φορμίων μὲν ἔχων τοὺς ἑξακοσίους καὶ χιλίους, τὴν Χαλκιδικὴν καὶ Βοττικὴν ἐδῄου, καὶ ἔστιν ἃ καὶ πολίσματα εἷλε.

ξστ'. Τοῖς δ' Ἀθηναίοις καὶ Πελοποννησίοις αἰτίαι μὲν αὗται προεγεγένηντο ἐς ἀλλήλους· τοῖς μὲν Κορινθίοις, ὅτι τὴν Ποτίδαιαν, ἑαυτῶν οὖσαν ἀποικίαν, καὶ ἄνδρας Κορινθίων τε καὶ Πελοποννησίων ἐν αὐτῇ ὄντας ἐπολιόρκουν· τοῖς δ' Ἀθηναίοις ἐς τοὺς Πελοποννησίους, ὅτι ἑαυτῶν τε πόλιν ξυμμαχίδα καὶ φόρου ὑποτελῆ ἀπέστησαν, καὶ ἐλθόντες σφίσιν ἀπὸ τοῦ προφανοῦς ἐμάχοντο μετὰ Ποτιδαιατῶν. οὐ μέντοι ὅγε πόλεμός πω ξυνερρώγει, ἀλλ' ἔτι ἀνακωχὴ ἦν. ἰδίᾳ γὰρ ταῦτα οἱ Κορίνθιοι ἔπραξαν.

tos occidit. Quin etiam per legatos in Peloponneſum miſſos egit, ut aliquod auxilium Potidaeatis mitteretur. Poſt Potidaeam circumvallatam, Phormio cum illis mille & ſexcentis militibus, quos habebat, Chalcidenſem & Botticum agrum vaſtavit, nonnulla etiam oppidula cepit.

LXVI. Atque hae fuerunt Athenienſibus & Peloponneſiis criminationes, quibus alteri in alteros ante, quam bellum aperte ſuſciperent, ſunt uſi. Corinthiis quidem, quod Potidaeam, ſuam coloniam, & viros Corinthios ac Peloponneſios, qui in ea erant, Athenienſes obſiderent. Athenienſibus vero contra Peloponneſios, quod illi civitatem ſociam & vectigalem ad defectionem faciendam impuliſſent, & eo profecti pro Potidaeatis aperte ſecum pugnaſſent. Nondum tamen bellum publice conflatum erat: ſed ab armis adhuc abſtinebatur. Corinthii enim haec privatim egerant.

Digitized by Google

ξζ'. Πολιορκουμένης δὲ τῆς Ποτιδαίας, οὐχ ἡσύχαζον, ἀνδρῶν τε σφίσιν ἐνόντων, καὶ ἅμα περὶ τῷ χωρίῳ δεδιότες· παρεκάλουν τε εὐθὺς ἐς τὴν Λακεδαίμονα τοὺς ξυμμάχους, καὶ κατεβόων ἐλθόντες τῶν Ἀθηναίων ὅτι σπονδάς τε λελυκότες εἶεν, καὶ ἀδικοῖεν τὴν Πελοπόννησον. Αἰγινῆται δὲ φανερῶς μὲν οὐ πρεσβευόμενοι, δεδιότες τοὺς Ἀθηναίους, κρύφα δὲ οὐχ ἥκιστα μετ' αὐτῶν ἐνῆγον τὸν πόλεμον, λέγοντες οὐκ εἶναι αὐτόνομοι κατὰ τὰς σπονδάς. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, προσπαρακαλέσαντες τῶν ξυμμάχων τε καὶ εἴτις τι ἄλλο ἔφη ἠδικῆσθαι ὑπὸ Ἀθηναίων, ξύλλογον σφῶν αὐτῶν ποιήσαντες τὸν εἰωθότα, λέγειν ἐκέλευον. καὶ ἄλλοι τε παριόντες ἐγκλήματα ἐποιοῦντο ὡς ἕκαστοι, καὶ Μεγαρεῖς, δηλοῦντες μὲν καὶ ἕτερα οὐκ ὀλίγα διάφορα,

LXVII. Sed cum Potidaea obsideretur, non amplius quieverunt, cum de suis viris, qui in ea erant, tum etiam de oppido, cui timebant, solliciti: & protinus socios orare coeperunt, ut Lacedaemona venirent: & ipsi eo profecti magnis clamoribus in Athenienses invehebantur, quod & foedera fregissent, & Peloponnesum iniuria afficerent. At Aeginetae, non palam illi quidem legatione missa, quia Athenienses metuebant, sed clam, cum ipsis bellum maxime suadebant, dicentes, se ex foedere non esse sui iuris. Lacedaemonii vero, sociis praeterea advocatis, & si quis alia quapiam in re se ab Athenienſibus iniuriam accepisse diceret, legitimo suae gentis concilio convocato, eum, qui vellet, dicere iusserunt. Tunc vero cum alii in mediam concionem progressi, prout singuli se laesos iudicabant, de Athenienſibus conquerebantur; tum etiam Megarenses, demonstrantes cum alia non pauca, quae suae reipu-

Digitized by Google

μάλιστα δὲ, λιμένων τε εἴργεσθαι τῶν ἐν τῇ Ἀθηναίων ἀρχῇ, καὶ τῆς Ἀττικῆς ἀγορᾶς, παρὰ τὰς σπονδάς. παρελθόντες δὲ τελευταῖοι Κορίνθιοι, καὶ τοὺς ἄλλους ἐάσαντες πρῶτον παροξύναι τοὺς Λακεδαιμονίους, ἐπεῖπον τοιάδε.

ξη'. Το ΠΙΣΤΟΝ ὑμᾶς, ὦ Λακεδαιμόνιοι, τῆς καθ' ὑμᾶς αὐτοὺς πολιτείας καὶ ὁμιλίας ἀπιστοτέρους ἐς τοὺς ἄλλους, ἤν τι λέγωμεν, καθίστησι· καὶ ἀπ' αὐτοῦ, σωφροσύνην μὲν ἔχετε, ἀμαθίᾳ δὲ πλείονι πρὸς τὰ ἔξω πράγματα χρῆσθε. πολλάκις γὰρ προαγορευόντων ἡμῶν ἃ ἐμέλλομεν ὑπὸ Ἀθηναίων βλάπτεσθαι, οὐ περὶ ὧν ἐδιδάσκομεν ἑκάστοτε τὴν μάθησιν ἐποιεῖσθε, ἀλλὰ τῶν λεγόντων μᾶλλον ὑπενοεῖτε ὡς ἕνεκα τῶν αὐτοῖς ἰδίᾳ διαφόρων λέγουσι· καὶ δι' αὐτὸ οὐ πρὶν πάσχειν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐν τῷ ἔργῳ ἐσμὲν, τοὺς

blicae vehementer intereſſe dicebant, tum vero praecipue, quod ab agri Attici portubus, Atticoque foro, praeter foedus arcerentur. Corinthii vero, cum Lacedaemonios ab aliis prius ad bellum inſtigari permiſiſſent, in medium noviſſimi prodierunt, & haec inſuper addiderunt.

LXVIII. *Fides, quam vos, Lacedaemonii, publice privatimque inter vos ipſos ſervatis, facit, ut, ſi quid in alios dicamus, minus credatis. Atque ex hac fide, aequitatis quidem laudem reportatis: ſed maiore rerum externarum inſcitia laboratis. Nobis enim ſaepe praedicentibus detrimenta, quibus Athenienſes nos erant affecturi, vos tamen nunquam audire voluiſtis, quae toties demonſtravimus: ſed potius ſuſpicati eſtis, haec a nobis dici propter privatas ſimultates, quae nobis cum illis intercedebant. Ideoque non antequam iniuriam acciperemus, ſed poſtquam eam accepimus, ſocios iſtos advocaſtis, apud quos aequum eſt,*

Digitized by Google

ξυμμάχους τούσδε παρεκαλέσατε, ἐν οἷς προσήκει ἡμᾶς οὐχ ἥκιστα εἰπεῖν, ὅσῳ καὶ μέγιστα ἐγκλήματα ἔχομεν, ὑπὸ μὲν Ἀθηναίων ὑβριζόμενοι, ὑπὸ δὲ ὑμῶν ἀμελούμενοι. καὶ εἰ μὲν ἀφανεῖς που ὄντες ἠδίκουν τὴν Ἑλλάδα, διδασκαλίας ἂν ὡς οὐκ εἰδόσι προσέδει· νῦν δὲ τί δεῖ μακρηγορεῖν, ὧν τοὺς μὲν, δεδουλωμένους ὁρᾶτε, τοῖς δ' ἐπιβουλεύοντας αὐτοὺς, καὶ οὐχ ἥκιστα τοῖς ἡμετέροις ξυμμάχοις, καὶ ἐκ πολλοῦ προπαρεσκευασμένους, εἴποτε ἄρα πολεμήσονται. οὐ γὰρ ἂν Κέρκυραν τε ὑπολαβόντες βίᾳ ἡμῶν εἶχον, καὶ Ποτίδαιαν ἐπολιόρκουν. ὧν τὸ μὲν, ἐπικαιρότατον χωρίον πρὸς τὰ ἐπὶ Θράκης ἐπιχρῆσθαι, ἡ δὲ ναυτικὸν ἂν μέγιστον παρέσχε Πελοποννησίοις.

ξθ'. Καὶ τῶνδε ὑμεῖς αἴτιοι, τό, τε πρῶτον ἐάσαντες αὐτοὺς τὴν πόλιν μετὰ τὰ Μηδικὰ κρατῦναι, καὶ ὕστε-

nos eo prolixiore oratione uti, quo etiam graviora crimina habemus, quae obiiciamus, ab Athenienſibus quidem cum contumelia laeſi, a vobis vero neglecti. Quod ſi Athenienſes in aliquo obſcuro loco deliteſcentes iniuriam Graeciae facerent, nobis demonſtratione opus eſſet, qua vos rerum ignaros doceremus. Iam vero quid longa oratione opus eſt nobis, quorum alios quidem in ſervitutem ab ipſis iam redactos; aliis vero, & praecipue noſtris ſociis, inſidias ab ipſis ſtrui, ipſoſque ad bellum, ſi forte unquam bello appetantur, iam pridem praeparatos videtis? Nec enim Corcyram clam & per dolum captam nobis invitis retinerent, & Potidaeam obſiderent: quarum urbium altera quidem eſt opportuniſſima ad res Thraciae obtinendas, ita ut illis liberius uti poſſimus; altera vero maximam claſſem Peloponneſiis in bello ſuppeditaſſet.

LXIX. *Atque vos ipſi rerum iſtarum eſtis auctores, qui &*

Digitized by Google

ρον τὰ μακρὰ στῆσαι τείχη· ἐς τόδε τε ἀεὶ ἀποστεροῦντες οὐ μόνον τοὺς ὑπ' ἐκείνων δεδουλωμένους ἐλευθερίας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑμετέρους ἤδη ξυμμάχους. οὐ γὰρ ὁ δουλωσάμενος, ἀλλ' ὁ δυνάμενος μὲν παῦσαι, περιορῶν δέ, ἀληθέστερον αὐτὸ δρᾷ, εἴπερ καὶ τὴν ἀξιώσιν τῆς ἀρετῆς ὡς ἐλευθερῶν τὴν Ἑλλάδα φέρεται. μόλις δὲ νῦν τε ξυνήλθομεν, καὶ οὐδὲ νῦν ἐπὶ Φανεροῖς. χρὴν γὰρ οὐκ εἰ ἀδικούμεθα ἔτι σκοπεῖν, ἀλλὰ καθότι ἀμυνούμεθα. οἱ γὰρ δρῶντες βεβουλευμένοι, πρὸς οὐ διεγνωκότας ἤδη καὶ οὐ μέλλοντες ἐπέρχονται. καὶ ἐπιστάμεθα οἷα ὁδῷ οἱ Ἀθηναῖοι καὶ ὅτι κατ' ὀλίγον χωροῦσιν ἐπὶ τοὺς πέλας. καὶ λανθάνειν μὲν οἰόμενοι, διὰ τὸ ἀναίσθητον ὑμῶν, ἧσσον θαῤῥοῦσι· γνόντες δὲ εἰδότας περιοράν, ἰσχυρῶς ἐγκείσονται. ἡσυχάζετε γὰρ μόνοι

tunc primum eos poſt bellum Medicum urbem ſuam munire, & poſtea longos muros aedificare paſſi eſtis; quique ab eo tempore ad hoc uſque perpetuo libertate privaſtis non ſolum eos, quos illi in ſervitutem redegerunt, ſed etiam nunc veſtros ſocios. Nam non is, qui alios in ſervitutem redigit, ſed is potius, qui poteſt quidem hoc impedire, ſed tamen negligit, vere hoc facere eſt cenſendus: praeſertim ſi Graecorum liberatorem ſe eſſe profiteatur, & praeclarum iſtius laudis titulum prae ſe ferat. Vix tandem vero nunc congregati ſumus, & ne nunc quidem ob certa ac manifeſta crimina. Nec enim amplius eſſet conſultandum, an iniuria fuerimus affecti; ſed qua ratione illam ulciſci queamus. Qui enim haec faciunt, re iam deliberata, minimeque cunctantes invadunt homines, qui nihil certi adhuc ſtatuerunt. Scimus autem, qua via, & quo modo paulatim Athenienſes in alios graſſentur. Et quamdiu quidem ſua facinora, propter veſtrum ſtuporem, occulta fore putabunt, minus audaces erunt: ſed ubi cognoverint, vos haec

Digitized by Google

Ἑλλήνων, ὦ Λακεδαιμόνιοι, οὐ τῇ δυνάμει τινὰ ἀλλὰ τῇ μελλήσει ἀμυνόμενοι· καὶ μόνοι οὐκ ἀρχομένην τὴν αὔξησιν τῶν ἐχθρῶν, διπλασιουμένην δὲ καταλύοντες. καίτοι ἐλέγεσθε ἀσφαλεῖς εἶναι, ὧν ἄρα ὁ λόγος τοῦ ἔργου ἐκράτει. τόν τε γὰρ Μῆδον αὐτοὶ ἴσμεν ἐκ περάτων γῆς πρότερον ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον ἐλθόντα, ἢ τὰ παρ' ὑμῶν ἀξίως προαπαντῆσαι· καὶ νῦν τοὺς Ἀθηναίους οὐχ ἑκάς, ὥσπερ ἐκεῖνον, ἀλλ' ἐγγὺς ὄντας, περιορᾶτε, καὶ ἀντὶ τοῦ ἐπελθεῖν αὐτοὶ, ἀμύνεσθαι βούλεσθε μᾶλλον ἐπιόντας, καὶ ἐς τύχας πρὸς πολλῷ δυνατωτέρους ἀγωνιζόμενοι καταστῆναι· ἐπιστάμενοι καὶ τὸν βάρβαρον αὐτὸν περὶ αὑτῷ τὰ πλείω σφαλέντα, καὶ πρὸς αὐτοὺς τοὺς Ἀθηναίους πολλὰ ἡμᾶς ἤδη τοῖς ἁμαρτήμασιν αὐτῶν μᾶλλον ἢ τῇ ἀφ'

quidem ſcire, ſed negligere, tunc rem vehementer urgebunt. Vos enim ſoli Graecorum, Lacedaemonii, deſides ac otioſi eſtis; alios non armorum vi, ſed cunctatione ulciſcentes. Et ſoli hoſtium vires non creſcentes ac infirmas, ſed iam duplicatas everſum itis. Atqui cauti & circumſpecti eſſe ferebamini: de quibus profecto rumor divulgatus rem ipſam ſuperabat. Nam & nos ipſi ſcimus, Medum ab extremis orbis terrarum partibus olim in Peloponneſum prius veniſſe, quam vos pro reipublicae dignitate cum veſtris copiis obviam prodiretis. Nunc etiam Athenienſes a vobis non remotos, (ut ille tunc erat,) ſed vicinos negligitis; & pro bello, quod vos illis inferre debebatis, illos arma vobis inferentes propulſare, & certantes cum hominibus, qui nunc longe ſunt potentiores, quam ante fuerint, incertos fortunae caſus ſubire mavultis: quamvis ſciatis, vel ipſum barbarum ſua ipſius culpa plerumque offendiſſe, quin etiam nos ipſos in bello cum ipſis Athenienſibus geſto, ipſorum erratis potius, quam veſtris auxiliis,

Digitized by Google

ὑμῶν τιμωρίᾳ περιγεγενημένους, ἐπεὶ αἵγε ὑμέτεραι ἐλπίδες ἤδη τινάς που καὶ ἀπαρασκεύους διὰ τὸ πιστεῦσαι ἔφθειραν. καὶ μηδεὶς ὑμῶν ἐπ' ἔχθρᾳ τοπλέον ἢ αἰτίᾳ νομίσῃ τάδε λέγεσθαι. αἰτία μὲν γὰρ, φίλων ἀνδρῶν ἐστιν ἁμαρτανόντων· κατηγορία δὲ, ἐχθρῶν ἀδικησάντων.

ο'. Καὶ ἅμα, εἴπερ τινες καὶ ἄλλοι, νομίζομεν ἄξιοι εἶναι τοῖς πέλας ψόγον ἐπενεγκεῖν· ἄλλως τε καὶ μεγάλων τῶν διαφερόντων καθεστώτων, περὶ ὧν οὐκ αἰσθάνεσθαι ἡμῖν γε δοκεῖτε, οὐδ' ἐκλογίσασθαι πώποτε πρὸς οἵους ὑμῖν Ἀθηναίους ὄντας, καὶ ὅσον ὑμῶν καὶ ὡς πᾶν διαφέροντας· ὁ ἀγὼν ἔσται. οἱ μέν γε, νεωτεροποιοὶ, καὶ ἐπινοῆσαι ὀξεῖς, καὶ ἐπιτελέσαι ἔργῳ ὃ ἂν γνῶσιν· ὑμεῖς δὲ τὰ ὑπάρχοντά τε σώζειν καὶ ἐπιγνῶναι μηδὲν, καὶ ἔργῳ οὐδὲ τἀναγκαῖα ἐξικέσθαι.

iam ſaepe victoriam ab illis reportaſſe. Siquidem veſtra auxilia ſperata iam nonnullos adhuc imparatos, quod iis freti eſſent, everterunt. Neque vero aliquis veſtrûm haec a nobis magis ob odium, quam expoſtulationem, dici putet. Nam expoſtulatio quidem eſt cum amicis, qui peccarunt; ſed accuſatio eſt contra inimicos, qui iniuriam fecerunt.

LXX. *Praeterea ſi quos alios, ipſi nos dignos eſſe cenſemus, qui proximis vitium exprobremus: praeſertim cum de magni momenti rebus agatur, quarum nullum vos ſenſum nobis habere videmini, nec unquam conſideraſſe, quales ſint Athenienſes, cum quibus certamen vobis eſt futurum, & quomodo vel omnibus in rebus ſint vobis longe praeſtantiores. Nam illi quidem ſunt rerum novarum ſtudioſi, & celeres ad excogitandum, & ad re ipſa exſequendum id, quod excogitarint. Vos vero ad res iam partas conſervandas, & ad nihil novi excogitandum, & ne ad res qui-*

Digitized by Google

αὖθις δὲ οἱ μὲν, καὶ παρὰ δύναμιν τολμηταὶ, καὶ παρὰ γνώμην κινδυνευταὶ, καὶ ἐν τοῖς δεινοῖς εὐέλπιδες· τὸ δὲ ὑμέτερον, τῆς τε δυνάμεως ἐνδεᾶ πρᾶξαι, τῆς τε γνώμης μηδὲ τοῖς βεβαίοις πιστεῦσαι· τῶν τε δεινῶν μηδέποτε οἴεσθαι ἀπολυθήσεσθαι. καὶ μὴν καὶ ἄοκνοι πρὸς ὑμᾶς μελλητὰς, καὶ ἀποδήμηταὶ πρὸς ἐνδημοτάτους. οἴονται γὰρ οἱ μὲν, τῇ ἀπουσίᾳ ἄν τι κτᾶσθαι, ὑμεῖς δὲ, τῷ ἐπελθεῖν, καὶ τὰ ἕτοιμα ἂν βλάψαι. κρατοῦντές τε τῶν ἐχθρῶν, ἐπὶ πλεῖστον ἐξέρχονται, καὶ νικώμενοι, ἐπ' ἐλάχιστον ἀναπίπτουσιν. ἔτι δὲ, τοῖς μὲν σώμασιν ἀλλοτριωτάτοις ὑπὲρ τῆς πόλεως χρῶνται, τῇ δὲ γνώμῃ, οἰκειοτάτῃ ἐς τὸ πράσσειν τὶ ὑπὲρ αὐτῆς. καὶ ἃ μὲν ἂν ἐπινοήσαντες μὴ ἐπεξέλθωσιν, οἰκείων στέρεσθαι ἡγοῦνται· ἃ δ' ἂν ἐπελθόντες

dem neceſſarias peragendas apti eſtis. Praeterea, illi quidem vel ſupra vires ſunt audaces, & graviſſima quaeque pericula ſubeunt praeter hominum opinionem, & in aſperrimis quibuſque rebus bonam ſpem habent. Veſtra vero ratio eſt, res veſtris viribus inferiores gerere, & ne certis quidem ac exploratis animi conſiliis confidere, & exiſtimare, vos periculis nunquam liberatum iri. Quin etiam illi, ſi vobiſcum conferantur, ſunt impigri, vos vero cunctatores. Item illi ſunt peregrinationis cupidi, vos vero deſides plerumque domi manetis. Exiſtimant enim illi quidem hac abſentia, cum peregre proficiſcuntur, ſe aliquid ſibi quaeſituros: vos vero, ſi bellum aliis inferatis, vel rerum praeſentium, quas poſſidetis, iacturam vos facturos putatis. Illi etiam, hoſtibus ſuperatis, longiſſime progrediuntur, & victi quam minimum animo conſternantur. Praeterea vero ſuis corporibus, ut alieniſſimis, pro republica utuntur, conſiliis vero maxime propriis, ut aliquid pro ea faciant: & niſi cogitata confecerint, ſe rebus ſuis privari pu-

Digitized by Google

κτήσωνται, ὀλίγα πρὸς τὰ μέλλοντα τυχεῖν πράξαντες. ἢν δ' ἄρα που καὶ πεῖρα σφαλῶσιν, ἀντελπίσαντες ἄλλα ἐπλήρωσαν τὴν χρείαν. μόνοι γὰρ ἔχουσί τε καὶ ὁμοίως ἐλπίζουσιν ἃ ἂν ἐπινοήσωσι, διὰ τὸ ταχεῖαν τὴν ἐπιχείρησιν ποιεῖσθαι ὧν ἂν γνῶσι. καὶ ταῦτα μετὰ πόνων πάντα καὶ κινδύνων δι' ὅλου τοῦ αἰῶνος μοχθοῦσι· καὶ ἀπολαύουσιν ἐλάχιστα τῶν ὑπαρχόντων, διὰ τὸ ἀεὶ κτᾶσθαι. καὶ μήτε ἑορτὴν ἄλλό τι ἡγεῖσθαι ἢ τὸ τὰ δέοντα πρᾶξαι· ξυμφοράν τε οὐχ ἧσσον ἡσυχίαν ἀπράγμονα, ἢ ἀσχολίαν ἐπίπονον. ὥστε εἴτις αὐτοὺς ξυνελὼν φαίη πεφυκέναι ἐπὶ τῷ μήτε αὐτοὺς ἔχειν ἡσυχίαν, μήτε τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἐᾶν, ὀρθῶς ἂν εἴποι.

οα'. Ταύτης μέντοι τοιαύτης ἀντικαθεστηκυίας πόλεως, ὦ Λακεδαιμόνιοι, διαμέλλετε· καὶ οἴεσθε τὴν

tant; quae vero armis quaesierint, perexigua iudicant, si cum illis conferas, quae sperant se postea suis actionibus quaesituros. Quod si forte rei alicuius tentatae conatus eos fallat, novam aliarum rerum spem sibi proponentes, id, quod opus est, explent. Soli enim pariter & habent & sperant ea, quae animo conceperint, propterea quod celerrime aggrediuntur res, quas cogitarint, & peragere statuerint. Atque haec omnia cum laboribus & periculis perpetuo moliuntur, rebusque partis minimum fruuntur, quia quaerere semper studeant: & diem festum nihil aliud esse putant, quam conficere, quae conducunt, & otium iners plus mali afferre, quam laboriosum negotium. Quare si quis paucis rem totam complexus, eos dixerit ita natos esse, ut neque ipsi velint, neque alios mortales quiescere sinant, is verum dixerit.

LXXI. *Et tamen, Lacedaemonii, cum talis respublica sit vobis adversaria, vos cunctamini: & existimatis, illis homini-*

Digitized by Google

ἡσυχίαν οὐ τούτοις τῶν ἀνθρώπων ἐπιπλεῖστον ἀρκεῖν οἱ ἂν τῇ μὲν παρασκευῇ δίκαια πράσσωσι, τῇ δὲ γνώμῃ, ἢν ἀδικῶνται, δῆλοι ὦσι μὴ ἐπιτρέψοντες· ἀλλ' ἐπὶ τῷ μὴ λυπεῖν τε τοὺς ἄλλους, καὶ αὐτοὶ ἀμυνόμενοι μὴ βλάπτεσθαι, τὸ ἴσον νέμετε. μόλις δ' ἂν πόλει ὁμοίᾳ παροικοῦντες, ἐτυγχάνετε τούτου· νῦν δ' (ὅπερ καὶ ἄρτι ἐδηλώσαμεν) ἀρχαιότροπα ὑμῶν τὰ ἐπιτηδεύματα πρὸς αὐτούς ἐστιν. ἀνάγκη δ' ὥσπερ τέχνης ἀεὶ τὰ ἐπιγιγνόμενα κρατεῖν· καὶ ἡσυχαζούσῃ μὲν πόλει τὰ ἀκίνητα νόμιμα ἄριστα, πρὸς πολλὰ δὲ ἀναγκαζομένοις ἰέναι, πολλῆς καὶ τῆς ἐπιτεχνήσεως δεῖ. διόπερ καὶ τὰ τῶν Ἀθηναίων ἀπὸ τῆς παλυπειρίας ἐπιπλέον ὑμῶν κεκαίνωται. μέχρι μὲν οὖν τοῦδε ὡρίσθω ὑμῶν ἡ βραδυτής. νῦν δὲ τοῖς τε ἄλλοις, καὶ Ποτιδαιά-

bus diuturnam ſuppetere quietem, qui ſuo quidem apparatu iniuriam nulli faciunt; ſed tamen prae ſe ferunt, ſe eo eſſe animo, ut, ſi laceſſantur iniuria, eam non ſint neglecturi: verum in eo ius & aequitatem ponitis, ſi neque alios moleſtiis afficiatis, neque vos ipſi, dum vim propulſatis, ullum detrimentum capiatis. At hoc vix conſequi poſſetis, etiamſi vel civitatem veſtrae proximam, & iiſdem moribus ac inſtitutis utentem haberetis. Iam vero (quod & paulo ante declaravimus) veſtri mores ac inſtituta nimis ſunt antiqua adverſus ipſos. Sed neceſſe eſt, quemadmodum artibus accidere ſolet, noviſſima quaeque ſemper evincere. Et civitati quidem pacatae maxime conducunt inſtituta, quae manent immota: ſed illis, qui ad multa pericula coguntur ire, novis etiam & commentitiis artibus eſt opus. Ideo etiam res Athenienſium propter multam experientiam magis novatae ſunt in melius, quam veſtrae. Hactenus igitur haec veſtra iarditas progreſſa terminetur. Iam vero cum aliis, tum etiam

Digitized by Google

ταις, ὥσπερ ὑπεδέξασθε, βοηθήσατε, κατὰ τάχος ἐσβαλόντες ἐς τὴν Ἀττικήν· ἵνα μὴ ἄνδρας τε φίλους καὶ ξυγγενεῖς τοῖς ἐχθίστοις πρόησθε, καὶ ἡμᾶς τοὺς ἄλλους ἀθυμίᾳ πρὸς ἑτέραν τινὰ ξυμμαχίαν τρέψητε. δρῶμεν δ' ἂν ἄδικον οὐδέν, οὔτε πρὸς θεῶν τῶν ὁρκίων, οὔτε πρὸς ἀνθρώπων τῶν αἰσθανομένων. λύουσι γὰρ ἐσπονδὰς οὐχ οἱ δι' ἐρημίαν ἄλλοις προσιόντες, ἀλλ' οἱ μὴ βοηθοῦντες οἷς ἂν ξυνομόσωσι. βουλομένων δὲ ὑμῶν προθύμων εἶναι, μενοῦμεν. οὔτε γὰρ ὅσια ἂν ποιοῖμεν μεταβαλλόμενοι, οὔτε ξυνηθεστέρους ἂν ἄλλους εὑροιμεν. πρὸς τάδε βουλεύεσθε εὖ, καὶ τὴν Πελοπόννησον πειρᾶσθε μὴ ἐλάσσω ἐξηγεῖσθαι ἢ οἱ πατέρες ὑμῖν παρέδοσαν.

οβ'. Τοιαῦτα μὲν οἱ Κορίνθιοι εἶπον. τῶν δὲ Ἀθη-

Potidaeatis (quemadmodum promisistis) opem feratis, in Atticam celeritate, quanta maxima potestis, irrumpentes: ne viros vobis amicos atque cognatos infensissimis hostibus prodatis, neve nos ceteros prae desperatione ad aliquam aliam societatem quaerendam compellatis. Nullum autem flagitium admittemus, neque in Deos, foederum conscios, neque adversum homines, quos quidem tangunt iniuriae sociorum. Non enim qui destituti ad alios se convertunt, hi foedera frangunt: sed illi, qui opem non ferunt, quibuscum iurarunt. Sed si vos ad opem nobis ferendam animis promtis esse volueritis, in vestra societate ac foedere permanebimus. Nec enim pie faceremus, si permutata societate vos desereremus; nec alios maiore, quam vos estis, amicitia & familiaritate nobiscum coniunctos inveniremus. Quare de his diligentius consultate, dateque operam, ut Peloponneso ita praestitis, ut potius augeatis, quam imminuatis ipsius imperium, quod vestri maiores vobis tradiderunt.

Digitized by Google

ναίων, ἔτυχε γὰρ πρεσβεία πρότερον ἐν τῇ Λακεδαίμονι περὶ ἄλλων παροῦσα, καὶ ὡς ἤσθοντο τῶν λόγων, ἔδοξεν αὐτοῖς παριτητέα ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους εἶναι, τῶν μὲν ἐγκλημάτων πέρι μηδὲν ἀπολογησομένους, ὧν αἱ πόλεις ἐνεκάλουν, δηλῶσαι δὲ περὶ τοῦ παντὸς, ὡς οὐ ταχέως αὐτοῖς βουλευτέον εἴη, ἀλλ' ἐν πλέονι σκεπτέον. καὶ ἅμα τὴν σφετέραν πόλιν ἐβούλοντο σημῆναι, ὅση εἴη δύναμιν, καὶ ὑπόμνησιν ποιήσασθαι τοῖς τε πρεσβυτέροις, ὧν ἤδεσαν, καὶ τοῖς νεωτέροις ἐξήγησιν ὧν ἄπειροι ἦσαν· νομίζοντες μᾶλλον αὐτοὺς ἐκ τῶν λόγων πρὸς τὸ ἡσυχάζειν τραπέσθαι, ἢ πρὸς τὸ πολεμεῖν. προσελθόντες οὖν τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἔφασαν βούλεσθαι καὶ αὐτοὶ ἐς τὸ πλῆθος αὐτῶν εἰπεῖν, εἴτι μὴ ἀποκωλύοι. οἱ δ' ἐκέλευόν

LXXII. Atque Corinthii quidem haec dixerunt. Athenienſium vero legati tunc ibi aderant, (caſu enim quodam legatio Athenienſium aliis de cauſis Lacedaemone iam ante aderat) & cum haec verba audiſſent, ad Lacedaemoniorum magiſtratus ſibi eundum eſſe cenſuerunt, non ut ad crimina reſponderent, quae civitates Athenienſibus obiecerant: ſed ut in univerſum oſtenderent, non celeriter quidquam ipſis decernendum, ſed plus temporis in rerum tantarum conſultatione ponendum. Simul etiam volebant ſignificare, quanta eſſet ſuae civitatis potentia, & aetate provectioribus in memoriam revocare ea, quae noverant, & iunioribus narrare ea, quorum nullam habebant notitiam. Eos enim, ſua oratione audita, ad pacem, quam ad bellum, propenſiores fore putabant. Cum igitur ad Lacedaemoniorum magiſtratus acceſſiſſent, ad eorum concionem ſe quoque verba facere velle dixerunt, niſi quid prohibe-

Digitized by Google

τε παριέναι, καὶ παρελθόντες οἱ Ἀθηναῖοι ἔλεγον τοιάδε.

ογ'. Ἡ μεν πρέσβευσις ἡμῶν οὐκ ἐς ἀντιλογίαν τοῖς ἡμετέροις ξυμμάχοις ἐγένετο, ἀλλὰ περὶ ὧν ἡ πόλις ἔπεμψεν. αἰσθόμενοι δὲ καταβοὴν οὐκ ὀλίγην οὖσαν ἡμῶν, παρήλθομεν, οὐ τοῖς ἐγκλήμασι τῶν πόλεων ἀντεροῦντες, (οὐ γὰρ παρὰ δικασταῖς ὑμῖν οὔτε ἡμῶν, οὔτε τούτων, οἱ λόγοι ἂν γίγνοιντο) ἀλλ' ὅπως μὴ ῥᾳδίως περὶ μεγάλων πραγμάτων, τοῖς ξυμμάχοις πειθόμενοι, χεῖρον βουλεύσησθε· καὶ ἅμα βουλόμενοι περὶ τοῦ παντὸς λόγου τοῦ ἐς ἡμᾶς καθεστῶτος δηλῶσαι, ὡς οὔτε ἀπεικότως ἔχομεν ἃ κεκτήμεθα, ἥ τε πόλις ἡμῶν ἀξία λόγου ἐστί. καὶ τὰ μὲν πάνυ παλαιὰ τί δεῖ λέγειν; ὧν ἀκοαὶ μᾶλλον λόγων μάρτυρες, ἢ ὄψεις τῶν ἀκουσομένων; τὰ δὲ Μηδικὰ, καὶ ὅσα αὐτοῖς ξυνι-

ret. Illi vero eos in medium prodire iufferunt. Tunc Athenienſes in medium progreſſi haec dixerunt:

LXXIII. *Non propterea ad vos legati fuimus, Lacedaemonii, ut ad crimina nobis a noſtris ſociis obiecta reſponderemus; ſed aliis de rebus venimus, quarum cauſa civitas nos huc miſit. Iam vero cum intellexerimus, non levem contra nos criminationem inſtitutam eſſe, in medium prodiimus, non ut ad civitatum crimina nobis obiecta reſpondeamus, (neque enim a nobis apud vos, ut aut noſtri, aut iſtorum iudices, verba fient) ſed ut vos moneamus, ne celeriter magnis de rebus, ſociorum verbis adducti, male conſultetis: ſimul etiam, quia de tota accuſatione contra nos inſtituta vos certiores facere volumus, nos neque praeter decorum & ius obtinere, quae poſſidemus, noſtramque civitatem dignam eſſe, cuius ratio habeatur. Ac pervetuſta quidem quid opus eſt recenſere, quorum ipſi rumores de illis ſparſi potius ſunt teſtes, quam oculi eorum, qui haec ſunt audituri? Sed res bello*

Digitized by Google

στε, εἰ καὶ δι' ὄχλου μᾶλλον ἔσται ἀεὶ προβαλλομένοις, ἀνάγκη λέγειν. καὶ γὰρ ὅτε ἐδρῶμεν, ἐπ' ὠφελείᾳ ἐκινδυνεύετο, ἧς τοῦ μὲν ἔργου μέρος μετέσχετε, τοῦ δὲ λόγου, μὴ παντὸς, εἴ τι ὠφελεῖ, στερισκόμεθα. ῥηθήσεται δὲ οὐ παραιτήσεως μᾶλλον ἕνεκα ἢ μαρτυρίου, καὶ δηλώσεως πρὸς οἵαν ὑμῖν πόλιν μὴ εὖ βουλευομένοις ὁ ἀγὼν καταστήσεται. Φαμὲν γὰρ Μαραθῶνί τε μόνοι προκινδυνεῦσαι τῷ βαρβάρῳ, καὶ ὅτε τὸ ὕστερον ἦλθεν, οὐχ ἱκανοὶ ὄντες κατὰ γῆν ἀμύνεσθαι, ἐσβάντες ἐς τὰς ναῦς πανδημεὶ, ἐν Σαλαμῖνι ξυνναυμαχῆσαι, ὅπερ ἔσχε μὴ κατὰ πόλεις αὐτὸν ἐπιπλέοντα τὴν Πελοπόννησον πορθεῖν, ἀδυνάτων ὄντων πρὸς ναῦς πολλὰς ἀλλήλοις ἐπιβοηθεῖν. τεκμήριον δὲ μέγιστον

Medico a nobis geſtas, & quaecunque noviſtis aeque atque nos ipſi, quamvis valde moleſta ſint futura, quod haec ſemper proferamus, tamen commemorare eſt neceſſe. Nam cum res illas gerebamus, propter communem omnium Graecorum utilitatem periculà ſubibamus, cuius vos quidem participes fuiſtis, nos vero non omni iſtorum commemoratione, ſi quid nobis profit, privamur. Haec autem dicentur non tam, ut nos excuſemus, quam ut teſtemur, & declaremus, adverſus qualem civitatem vobis conſilium minime bonum ineuntibus certamen ſit futurum. Praediceamus enim, nos ſolos olim in campis Marathonis magno cum periculo adverſus barbarum pugnaſſe: &, cum iterum venit, quia terra ipſum propulſare non poteramus, nos univerſos naves conſcendiſſe, & ad Salaminem proelium navale cum eo commiſiſſe: quae res illum impedivit, ne, infeſta claſſe ſingulas urbes petens, totam Peloponneſum vaſtaret, quod veſtrae civitates adverſus ingentem claſſem mutuis auxiliis ſe iuvare non poſſent. Ipſe vero maximum huius rei documentum dedit. Nam claſſe victus, quia

Digitized by Google

αὐτὸς ἐποίησε. νικηθεὶς γὰρ ταῖς ναυσὶν, ὡς οὐκέτι αὐτῷ ὁμοίας οὔσης τῆς δυνάμεως, κατὰ τάχος τῷ πλέονι τοῦ στρατοῦ ἀνεχώρησε.

οδ'. Τοιούτου μέντοι τούτου ξυμβάντος, καὶ σαφῶς δηλωθέντος ὅτι ἐν ταῖς ναυσὶ τῶν Ἑλλήνων τὰ πράγματα ἐγένετο, τρία τὰ ὠφελιμώτατα ἐξ αὐτὸ παρεσχόμεθα, ἀριθμόν τε νεῶν πλεῖστον, καὶ ἄνδρα στρατηγὸν ξυνετώτατον, καὶ προθυμίαν ἀσκνοτάτην· ναῦς μέν γε ἐς τὰς τετρακοσίας, ὀλίγῳ ἐλάσσους τῶν δύο μοιρῶν· Θεμιστοκλέα δὲ ἄρχοντα, ὃς αἰτιώτατος ἐν τῷ στενῷ ναυμαχῆσαι ἐγένετο, ὅπερ σαφέστατα ἔσωσε τὰ πράγματα· καὶ αὐτὸν διὰ τοῦτο ὑμεῖς ἐτιμήσατε, μάλιστα δὴ ἄνδρα ξένον τῶν ὡς ὑμᾶς ἐλθόντων. προθυμίαν δὲ καὶ πολὺ τολμηροτάτην ἐδείξαμεν, οἵ γε, ἐπειδὴ ἡμῖν κατὰ γῆν οὐδεὶς ἐβοήθει, τῶν ἄλλων ἤδη μέχρι

potentiam ſuperiori parem non amplius habebat, cum maiore copiarum parte, celeritate, quanta maxima potuit, inde ſe recepit.

LXXIV. *Cum autem res, quae tunc acciderunt, tales fuerint, cumque manifeſte pateat, Graecorum fortunas in navium praeſidio ſitas fuiſſe, nos ad has res peragendas tria utiliſſima contulimus, & maximum navium numerum, & prudentiſſimum ducem, & impigerrimam animi promtitudinem. Naves quidem ad quadringentas, paulo pauciores duabus totius claſſis partibus: Themiſtoclem vero ducem, qui praecipuus auctor fuit, ut navale proelium in maris anguſtiis committeretur, quod manifeſte res Graecorum ſervavit; eique propterea, licet vir eſſet peregrinus, vos honorem habuiſtis longe maiorem, quam ullis aliis, qui ad vos ante venerint. Animi vero praeſentiam & ſtudium vel longe ardentiſſimum demonſtravimus, qui, cum terra nullus opem nobis ferret, & ceteri ad nos uſque barbaris iam ſervirent, decrevimus,*

Digitized by Google

ἡμῶν δουλευόντων, ἠξιώσαμεν, ἐκλιπόντες τὴν πόλιν, καὶ τὰ οἰκεῖα διαφθείραντες, μηδ' ὡς τὸ τῶν περιλοίπων ξυμμάχων κοινὸν προλιπεῖν, μηδὲ σκεδασθέντες ἀχρεῖοι αὐτοῖς γενέσθαι, ἀλλ' ἐσβάντες ἐς τὰς ναῦς, κινδυνεῦσαι, καὶ μὴ ὀργισθῆναι ὅτι ἡμῖν οὐ προετιμωρήσατε. ὥστε φαμὲν οὐχ ἧσσον αὐτοὶ ὠφελῆσαι ὑμᾶς, ἢ τυχεῖν τούτου. ὑμεῖς μὲν γὰρ ἀπό τε οἰκουμένων τῶν πόλεων, καὶ ἐπὶ τῷ τὸ λοιπὸν νέμεσθαι, ἐπειδὴ ἐδείσατε ὑπὲρ ὑμῶν καὶ οὐχ ἡμῶν τοπλέον, ἐβοηθήσατε· ὅτε γοῦν ἦμεν ἔτι σῶοι, οὐ παρεγένεσθε· ἡμεῖς δὲ ἀπό τε τῆς οὐκ οὔσης ἔτι ὁρμώμενοι, καὶ ὑπὲρ τῆς ἐν βραχείᾳ ἐλπίδι οὔσης κινδυνεύοντες, ξυνεσώσαμεν ὑμᾶς τε τὸ μέρος, καὶ ἡμᾶς αὐτούς. εἰ δὲ προσεχωρήσαμεν πρότερον τῷ Μήδῳ, δείσαντες, ὥσπερ καὶ ἄλλοι, περὶ τῇ χώρᾳ, ἢ μὴ ἐτολμήσαμεν ὕστερον ἐσβῆναι ἐς τὰς ναῦς, ὡς διεφθαρμένοι, οὐδὲν ἂν ἔτι ἔδει ὑμᾶς μὴ ἔχοντας ναῦς

urbe relicta & re familiari eversa, ne sic quidem reliquorum sociorum communionem deserere, neque dispersi, inutiles ipsis esse; naves conscendere, & periculum adire, nec vobis succensere, quod nobis auxilium ante non tulissetis. Quamobrem nos non minorem utilitatem vobis attulisse, quam accepisse nos, praedicamus. Vos enim ex urbibus, quae habitabantur, profecti, utque eas in posterum habitaretis, postquam vobis magis, quam nobis timere coepistis, auxilium tulistis: quo enim tempore adhuc eramus salvi, vos nobis praesto non fuistis. Nos vero ex urbe, quae iam nulla erat, profecti, & pro ea, de cuius salute perexiguam spem habebamus, periculis nos obiicientes, & vos pro virili & nos ipsos una servavimus. Sed si Medis ante nos adiunxissemus, agro nostro, ut & ceteri, timentes; aut si postea, quasi profligati naves conscendere ausi non fuissemus: profecto vos, qui classem sa-

Digitized by Google

ἱκανὰς ναυμαχεῖν, ἀλλὰ καθ' ἡσυχίαν ἂν αὐτῷ προεχώρησε τὰ πράγματα ἢ ἐβούλετο.

οε'. Ἆρ' ἄξιοι ἐσμὲν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, καὶ προθυμίας ἕνεκα τῆς τότε, καὶ γνώμης ξυνέσεως, ἀρχῆς τε ἧς ἔχομεν, τοῖς Ἕλλησι μὴ οὕτως ἄγαν ἐπιφθόνως διακεῖσθαι; καὶ γὰρ αὐτὴν τήνδε ἐλάβομεν οὐ βιασάμενοι, ἀλλ' ὑμῶν μὲν οὐκ ἐθελησάντων παραμεῖναι πρὸς τὰ ὑπόλοιπα τοῦ βαρβάρου, ἡμῖν δὲ προσελθόντων τῶν ξυμμάχων, καὶ αὐτῶν δεηθέντων ἡγεμόνας καταστῆναι. ἐξ αὐτοῦ δὲ τοῦ ἔργου κατηναγκάσθημεν τὸ πρῶτον προαγαγεῖν αὐτὴν ἐς τόδε, μάλιστα μὲν ὑπὸ δέους, ἔπειτα δὲ καὶ τιμῆς, ὕστερον καὶ ὠφελείας. καὶ οὐκ ἀσφαλὲς ἔτι ἐδόκει εἶναι, τοῖς πολλοῖς ἀπηχθημένους, καί τινων καὶ ἤδη ἀποστάντων κατεστραμμένων, ὑμῶν τε ἡμῖν οὐκέτι ὁμοίως φίλων, ἀλλ' ὑπόπτων καὶ δια-

tis firmam non habebatis, navali proelio certare non amplius oportuisset; sed sine certamine res ipsi barbaro ex animi sententia successissent.

LXXV. *An igitur, Lacedaemonii, propter talem animi alacritatem, & prudentiam, quam tunc demonstravimus, & imperium, quod obtinemus, digni videmur, quibus Graeci adeo invideant? Nam hoc ipsum accepimus, non per vim, sed tum, quia vos ad persequendas reliquias belli contra barbarum gerendi remanere noluistis, tum etiam, quia socii ad nos accesserunt, & nos orarunt, ut suarum copiarum duces esse vellemus. Itaque vi & natura ipsius rei, imperium ipsum in hunc statum primum perducere coacti sumus, praecipue quidem prae metu; deinde vero, honoris etiam causa; postremo etiam, utilitatis gratia: nec amplius tutum nobis esse videbatur, cum multis invisi essemus, quin etiam cum nonnullos, qui a nobis defecerant, iam subegissemus, vosque*

Digitized by Google

φόρων ὄντων, ἀνέντας κινδυνεύειν. καὶ γὰρ ἂν εἰ ἀποστάσεις πρὸς ὑμᾶς ἐγίγνοντο. πᾶσι δὲ ἀνεπίφθονον, τὰ ξυμφέροντα τῶν μεγίστων πέρι κινδύνων εὖ τίθεσθαι.

οστ. Ὑμεῖς γοῦν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, τὰς ἐν τῇ Πελοποννήσῳ πόλεις ἐπὶ τὸ ὑμῖν ὠφέλιμον καταστησάμενοι ἐξηγεῖσθε· καὶ εἰ τότε ὑπομείναντες διὰ παντὸς ἀπήχθεσθε ἐν τῇ ἡγεμονίᾳ, ὥσπερ ἡμεῖς, εὖ ἴσμεν μὴ ἂν ἧσσον ὑμᾶς λυπηροὺς γενομένους τοῖς ξυμμάχοις, καὶ ἀναγκασθέντας ἂν ἢ ἄρχειν ἐγκρατῶς, ἢ αὐτοὺς κινδυνεύειν. οὕτως οὐδ' ἡμεῖς θαυμαστὸν οὐδὲν πεποιήκαμεν, οὐδ' ἄπο τοῦ ἀνθρωπείου τρόπου, εἰ ἀρχήν τε διαδιδομένην ἐδεξάμεθα, καὶ ταύτην μὴ ἀνείμεν, ὑπὸ τῶν μεγίστων νικηθέντες, τιμῆς, καὶ δέους, καὶ ὠφελείας· οὐδ' αὖ πρῶτοι τοῦ τοιούτου ὑπάρξαν-

nobis non amplius aeque, ac ante, esſetis amici, ſed ſuſpectos nos haberetis, nobiſque esſetis inimici, imperio depoſito periclitari: nam qui a nobis deſeciſſent, illi ſe vobis adiunxiſſent. Nec ulli mortalium eſt invidendum, ſi in maximis periculis conſtitutus ſuis rationibus proſpiciat, quam optime poteſt.

LXXVI. *Nam vos quoque Lacedaemonii, civitatibus, quae ſunt in Peloponneſo, imperatis, ea reipublicae adminiſtrandae forma in ſingulis conſtituta, quam vobis conducere putatis. Quod ſi tunc in imperio ſemper permanentes, hominum odia vobis contraxiſſetis, quemadmodum nos; ſcimus profecto, vos non minus, quam nos hodie ſumus, graves & acerbos ſociis futuros fuiſſe, & in neceſſitatem venturos vel fortiter dominandi, vel de propria ſalute non ſine periculo dimicandi. Ita ne nos quidem ullum animadvertendum, aut ab hominum inſtitutis alienum facimus fecimus, ſi imperium nobis traditum acceperimus, idque ſuſceptum deponere nolimus, tribus maximis rebus coacti, honore, metu,*

Digitized by Google

τες, ἀλλ' ἀεὶ καθεστῶτος, τὸν ἧσσω ὑπὸ τοῦ δυνατωτέρου κατείργεσθαι· ἄξιοί τε ἅμα νομίζοντες εἶναι, καὶ ὑμῖν δοκοῦντες, μέχρις οὗ τὰ ξυμφέροντα λογιζόμενοι, τῷ δικαίῳ λόγῳ νῦν χρῆσθε· ὃν οὐδεὶς πω, παρατυχὸν ἰσχύϊ τι κτήσασθαι, προθεὶς, τοῦ μὴ πλέον ἔχειν ἀπετράπετο. ἐπαινεῖσθαί τε ἄξιοι οἵτινες χρησάμενοι τῇ ἀνθρωπείᾳ Φύσει ὥστε ἑτέρων ἄρχειν, δικαιότεροι ἢ κατὰ τὴν ὑπάρχουσαν δύναμιν γένωνται. ἄλλους γ' ἂν οὖν οἰόμεθα, τὰ ἡμέτερα λαβόντας δεῖξαι ἂν μάλιστα ἔστι μετριάζομεν· ἡμῖν δὲ καὶ ἐκ τοῦ ἐπιεικοῦς ἀδοξία τοπλέον ἢ ἔπαινος οὐκ εἰκότως περιέστη.

οζ'. Καὶ ἐλασσούμενοι γὰρ ἐν ταῖς ξυμβολαίαις πρὸς τοὺς ξυμμάχους δίκαις, καὶ παρ' ἡμῖν αὐτοῖς ἐν

& utilitate. Neque vero nos primi huius exempli auctores fuimus: ſed perpetuo naturae iure eſt conſtitutum, ut imbecillior a potentiore coërceatur. Praeterea hoc ipſum fecimus, tum quia nos hoc imperio dignos eſſe iudicabamus, tum etiam quia vel vobis eo digni viſi ſumus ad hoc uſque tempus, quo rem utilitate metientes, quadam aequitatis ſpecie utimini; quam aequitatem nullus dum (quotieſcunque rei per vim parandae occaſio ſeſe ipſi obtulit) proponens, & utilitati anteponens, a rebus ſuis amplificandis eſt deterritus. Dignique ſunt laude, qui humanum ingenium ſecuti, ut aliis imperarent, in ſuo dominatu fuerunt aequiores, quam imperii, quod obtinebant, magnitudo ferret. Profecto ſi qui alii hoc noſtro imperio potirentur, manifeſtiſſime (ut arbitramur) declararent, quam modeſte nos in eo geramus. Quamquam ex hac noſtra modeſtia plus vituperationis, quam laudis, immerito reportamus.

LXXVII. *Quamvis enim in iudiciis de contractu, cum ſociis diſceptantes, de iure noſtro decedamus, quamvis etiam iiſdem iu-*

Digitized by Google

τοῖς ὁμοίοις νόμοις ποιήσαντες τὰς κρίσεις, φιλοδικεῖν δοκοῦμεν. καὶ οὐδεὶς σκοπεῖ αὐτῶν, τοῖς καὶ ἄλλοθί που ἔχουσιν ἀρχήν, καὶ ἥσσον ἡμῶν πρὸς τοὺς ὑπηκόους μετρίοις οὖσι διότι τοῦτο οὐκ ὀνειδίζεται. βιάζεσθαι γὰρ οἷς ἂν ἐξῇ, δικάζεσθαι οὐδὲν προσδέονται. οἱ δὲ, εἰθισμένοι πρὸς ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ ἴσου ὁμιλεῖν, ἤν τι παρὰ τὸ μὴ οἴεσθαι χρῆναι, ἢ γνώμῃ, ἢ δυνάμει τῇ διὰ τὴν ἀρχὴν, καὶ ὁπωσοῦν ἐλασσωθῶσιν, οὐ τοῦ πλείονος μὴ στερισκόμενοι, χάριν ἔχουσιν, ἀλλὰ τοῦ ἐνδεοῦς, χαλεπώτερον φέρουσιν ἢ εἰ ἀπὸ πρώτης ἀποθέμενοι τὸν νόμον, φανερῶς ἐπλεονεκτοῦμεν. ἐκείνως δὲ οὐδ' ἂν αὐτοὶ ἀντέλεγον ὡς οὐ χρεὼν τὸν ἥσσω τῷ κρατοῦντι ὑποχωρεῖν. ἀδικούμενοί τε, ὡς ἔοικεν, οἱ ἄνθρωποι μᾶλλον ὀργίζονται, ἢ βιαζόμενοι. τὸ μὲν γὰρ ἀπὸ

diciis, iisdemque legibus, quibus & nos ipsi apud nos utimur, parique conditione cum illis disceptemus, tamen litigiosi esse videmur: & eorum nemo considerat, cur hoc ipsum crimen cum exprobratione non obiiciatur iis etiam, qui usquam alibi imperium habent, & qui in subditos minus modeste se gerunt, quam nos. Illis enim, qui rei per vim gerendae potestatem habent, nullis iudiciis est opus. At illi nostri socii, assueti iam aequo iure nobiscum disceptare, si quid illis vel nostro iudicio, vel propter imperii potentiam, vel etiam quomodocunque fuerit detractum, quod ipsi sibi non detrahendum putarint, non habent gratiam de pluribus non ereptis; sed modicum illud, quod detractum est, gravius ferunt, quam si statim ab initio, deposito iuris instituto, aperte vim fecissemus. Illo enim modo ne ipsi quidem contra nos dicere potuissent, non oportere inferiorem superiori cedere. Homines enim, (ut est verisimile) cum iniuria afficiuntur, magis indignantur, quam cum vim patiuntur. Nam quod ab eo profi-

Digitized by Google

τοῦ ἴσου, δοκεῖ πλεονεκτεῖσθαι· τὸ δ' ἀπὸ τοῦ κρείττονος, καταναγκάζεσθαι. ὑπὸ γοῦν τοῦ Μήδου δεινότερα τούτων πάσχοντες ἠνείχοντο· ἡ δὲ ἡμετέρα ἀρχὴ, χαλεπὴ δοκεῖ εἶναι. εἰκότως· τὸ παρὸν γὰρ ἀεὶ βαρὺ τοῖς ὑπηκόοις. ὑμεῖς γ' ἂν οὖν εἰ καθελόντες ἡμᾶς ἄρξαιτε, τάχα ἂν τὴν εὔνοιαν, ἣν διὰ τὸ ἡμέτερον δέος εἰλήφατε, μεταβάλοιτε· εἴπερ οἷα καὶ τότε πρὸς τὸν Μῆδον δι' ὀλίγου ἡγησάμενοι ἀπεδείξατε, ὅμοια καὶ νῦν γνώσεσθε. ἄμικτα γὰρ τάτε καθ' ὑμᾶς αὐτοὺς νόμιμα τοῖς ἄλλοις ἔχετε, καὶ προσέτι εἷς ἕκαστος ἐξιὼν, οὔτε τούτοις χρῆται, οὔθ' οἷς ἡ ἄλλη Ἑλλὰς νομίζει.

οη'. Βουλεύεσθε οὖν βραδέως, ὡς οὐ περὶ βραχέων· καὶ μὴ ἀλλοτρίαις γνώμαις καὶ ἐγκλήμασι πεισθέντες, οἰκεῖον πόνον πρόσθησθε· τοῦ δὲ πολέμου τὸν

ciscitur, qui est pari conditione, id propter pluris habendi cupiditatem contra iuris aequabilitatem fieri videtur. Quod vero fit a potentiore, hoc ab inevitabili necessitate proficisci videtur. Idcirco etiam nostri socii, quamvis iniurias his graviores a Medo paterentur, tamen tolerabant. At nostrum imperium durum esse videtur, nec immerito: nam praesens rerum status subditis est semper gravis. Sed vos, si everso dominatu nostro dominaremini, fortasse benevolentiam, quam propter nostri metum suscepistis, mutaretis; si modo nunc quoque talia facinora vobis facienda censeretis, qualia vel tunc exiguo illo tempore edidistis, quo, in bello contra Medum gerendo, praefuistis. Vestra enim instituta cum nullis aliis communia habetis: propterea cum unusquisque de vobis peregre proficiscitur, neque his vestris institutis utitur, neque illis, quibus reliqua Graecia solet uti.

LXXVIII. *Quare maturius consultetis, utpote de rebus non parvis: neque consiliis & criminationibus alienis inducti, laborem*

Digitized by Google

παράλογον, ὅσος ἐστὶ, πρὶν ἐν αὐτῷ γενέσθαι, προδιάγνωτε. μηκυνόμενος γὰρ φιλεῖ ἐς τύχας τὰ πολλὰ περιίστασθαι. ὧν ἴσον τε ἀπέχομεν, καὶ ὁποτέρως ἔσται, ἐν ἀδήλῳ κινδυνεύεται. ἰόντες τε οἱ ἄνθρωποι ἐς τοὺς πολέμους, τῶν ἔργων πρότερον ἔχονται ἃ χρὴν ὕστερον δρᾶν· κακοπαθοῦντες δὲ ἤδη, τῶν λόγων ἅπτονται. ἡμεῖς δὲ ἐν οὐδεμιᾷ πω τοιαύτῃ ἁμαρτίᾳ ὄντες, οὔτ' αὐτοὶ, οὔθ' ὑμᾶς ὁρῶντες, λέγομεν ὑμῖν, ἔως ἔτι αὐθαίρετος ἀμφοτέροις ἡ εὐβουλία, σπονδὰς μὴ λύειν, μηδὲ παραβαίνειν τοὺς ὅρκους, τὰ δὲ διάφορα δίκῃ λύεσθαι κατὰ τὴν ξυνθήκην. ἢ θεοὺς τοὺς ὁρκίους μάρτυρας ποιούμενοι, πειρασόμεθα ἀμύνεσθαι πολέμου ἄρχοντας ταύτῃ ᾗ ἂν ὑφηγῆσθε.

οθ'. Τοιαῦτα μὲν οἱ Ἀθηναῖοι εἶπον. ἐπειδὴ δὲ τῶν ξυμμάχων ἤκουσαν οἱ Λακεδαιμόνιοι τὰ ἐγκλήματα

proprium praeter ſuperiores vobis nunc imponatis. Incertos autem belli eventus, eorumque magnitudinem, antequam in ipſo verſemini, animo praecipite. Bellum enim, quod producitur, plerumque calamitoſos exitus habere ſolet. A quibus utrique & pariter abſumus, & utro modo res ſit ceſſura, incerta alea tentatur. Et homines plerique, cum ad bellum proficiſcuntur, res prius aggrediuntur, quas poſtea gerere oportebat. Cum autem malis iam premuntur, conſultationibus utuntur. Cum igitur neque nos ipſi adhuc in ulla huiuſmodi culpa ſimus, neque vos in ea eſſe videamus, vos monemus, dum integrum eſt, utriſque recte conſultare, ne foedera frangatis, neve iusiurandum violetis, ſed controverſias iudicio dirimatis ex foederis pacto. Alioqui Deos foederum ac iurisiurandi praeſides conteſtati, vos, ſi bello nos laceſſatis, propulſare conabimur, ea via, qua praeiveritis.

LXXIX. Haec Athenienſes dixerunt. Poſtquam autem

Digitized by Google

τὰ ἐς τοὺς Ἀθηναίους, καὶ τῶν Ἀθηναίων ἃ ἔλεξαν, μεταστησάμενοι πάντας, ἐβουλεύοντο κατὰ σφᾶς αὐτούς, περὶ τῶν παρόντων. καὶ τῶν μὲν πλεόνων ἐπὶ τὸ αὐτὸ αἱ γνῶμαι ἔφερον, ἀδικεῖν τε τοὺς Ἀθηναίους ἤδη, καὶ πολεμητέα εἶναι ἐν τάχει. παρελθὼν δὲ Ἀρχίδαμος ὁ βασιλεὺς αὐτῶν, ἀνὴρ καὶ ξυνετὸς δοκῶν εἶναι καὶ σώφρων, ἔλεξε τοιάδε.

π'. Καὶ αὐτὸς πολλῶν ἤδη πολέμων ἔμπειρός εἰμι, ὦ Λακεδαιμόνιοι, καὶ ὑμῶν τοὺς ἐν τῇ αὐτῇ ἡλικίᾳ ὁρῶ ὥστε μήτε ἀπειρίᾳ ἐπιθυμῆσαί τινα τοῦ ἔργου (ὅπερ ἂν οἱ πολλοὶ πάθοιεν) μήτε ἀγαθὸν καὶ ἀσφαλὲς νομίσαντα. εὑροιτε δ' ἂν τὸν πόλεμον τόνδε, περὶ οὗ νῦν βουλεύεσθε, οὐκ ἂν ἐλάχιστον γενόμενον, εἰ σωφρόνως τις αὐτὸν ἐκλογίζοιτο. πρὸς μὲν γὰρ τοὺς Πελοποννησίους καὶ τοὺς ἀστυγείτονας παρόμοιος ἡμῶν

Lacedaemonii audierunt ſociorum querelas adverſus Athenienſes, & quae Athenienſes dixerant, ſummotis omnibus, inter ſe ipſos de rebus praeſentibus conſultare coeperunt. Atque maior illorum pars conſentiens eandem tulit ſententiam, Athenienſes iam iniuſte agere, & quamprimum bellum eſſe faciendum. Archidamus vero ipſorum rex, qui & prudens & modeſtus vir eſſe videbatur, in medium progreſſus, hanc habuit orationem.

LXXX. *Ipse quoque, Lacedaemonii, multorum iam bellorum ſum peritus, & illos de vobis, qui ſunt eadem aetate, qua ego, pari peritia praeditos eſſe video; ita ut propter imperitiam nullus ipſorum belli cupidus ſit futurus, (quod multis accidit,) neque id bonum ac tutum ſit iudicaturus. Hoc autem bellum, de quo nunc conſultatis, ſi quis ipſum ſapienter perpenderit, non minimum fore comperiet. Nam adverſus quidem Peloponneſios & fini-*

Digitized by Google

ἡ ἀλκὴ, καὶ διὰ ταχέων οἷόν τε ἐφ' ἕκαστα ἐλθεῖν· πρὸς δὲ ἄνδρας οἳ γῆν τε ἑκὰς ἔχουσι, καὶ προσέτι θαλάσσης ἐμπειρότατοί εἰσι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἄριστα ἐξήρτυνται, πλούτῳ τε ἰδίῳ καὶ δημοσίῳ, καὶ ναυσὶ, καὶ ἵπποις, καὶ ὅπλοις, καὶ ὄχλῳ, ὅσος οὐκ ἐν ἄλλῳ ἑνί γε χωρίῳ Ἑλληνικῷ ἐστιν· ἔτι δὲ καὶ ξυμμάχους πολλοὺς φόρου ὑποτελεῖς ἔχουσι· πῶς χρὴ πρὸς τούτους ῥᾳδίως πόλεμον ἄρασθαι, καὶ τίνι πιστεύσαντας, ἀπαρασκεύους ἐπειχθῆναι; πότερον ταῖς ναυσίν; ἀλλ' ἥσσους ἐσμέν. εἰ δὲ μελετήσομεν, καὶ ἀντιπαρασκευασθησόμεθα, χρόνος ἐνέσται. ἀλλὰ τοῖς χρήμασιν; ἀλλὰ πολλῷ ἔτι πλέον τούτου ἐλλείπομεν, καὶ οὔτε ἐν κοινῷ ἔχομεν, οὔτε ἑτοίμως ἐκ τῶν ἰδίων φέρομεν.

πά. Τάχ' ἄν τις θαρσοίη ὅτι τοῖς ὅπλοις αὐτῶν

timos noſtrae vires ſunt prope pares, & cito ad ſingula eorum oppida venire poſſumus. Sed adverſus viros, qui & agrum procul incolunt, & praeterea rerum maritimarum ſunt peritiſſimi, & ceteris omnibus rebus optime ſunt inſtructi, & privatis, & publicis opibus, & navibus, & equis, & armis, & hominum copia, quanta in nulla alia Graeciae parte eſt, in uno dumtaxat loco, (praeterea vero multos ſocios vectigales habent,) quo tandem modo bellum adverſus iſtos facile ſuſcipere oportet? & qua re fretos, cum ſimus imparati, nos adeo feſtinare? An claſſe? At hac inferiores ſumus. Sed ſi ei parandae operam demus, & nos adverſus illos inſtruamus, in hac paranda tempus teretur. Sed fortaſſe pecunia? At iſta multo etiam ſumus inferiores, nec in aerario habemus, neque ex privatis facultatibus promte conferre poſſumus.

LXXXI. *Confidat forſitan aliquis, quod armis & hominum*

Digitized by Google

καὶ τῷ πλήθει ὑπερφέρομεν, ὥστε τὴν γῆν δῃοῦν ἐπιφοιτῶντες. τοῖς δὲ ἄλλη γῆ ἐστι πολλὴ ἧς ἄρχουσι, καὶ ἐκ θαλάσσης ὧν δέονται ἐπάξονται. εἰ δ' αὖ τοὺς ξυμμάχους ἀφιστάναι πειρασόμεθα, δεήσει καὶ τούτοις ναυσὶ βοηθεῖν, τὸ πλέον οὖσι νησιώταις. τίς οὖν ἔσται ἡμῶν ὁ πόλεμος; εἰ μὴ γὰρ ἢ ναυσὶ κρατήσομεν, ἢ τὰς προσόδους ἀφαιρήσομεν, ἀφ' ὧν τὸ ναυτικὸν τρέφουσι, βλαψόμεθα ταπλέω. καὶν τούτῳ οὐδὲ καταλύεσθαι ἔτι καλόν· ἄλλως τε καὶ εἰ δόξομεν ἄρξαι μᾶλλον τῆς διαφορᾶς. μὴ γὰρ δὴ ἐκείνῃ γε τῇ ἐλπίδι ἐπαιρώμεθα, ὡς ταχὺ παυθήσεται ὁ πόλεμος, ἢν τὴν γῆν αὐτῶν τάμωμεν. δέδοικα δὲ μᾶλλον μὴ καὶ τοῖς παισὶν αὐτὸν ὑπολίπωμεν. οὕτως εἰκὸς Ἀθηναίους φρονήματι, μήτε τῇ γῇ δουλεῦσαι, μήτε ὥσπερ ἀπείρους καταπλαγῆναι τῷ πολέμῳ.

multitudine illos ſuperemus, ut illorum agrum incurſionibus vaſtare poſſimus. At illis eſt etiam alius ager longe lateque patens, quem in ſua ditione habent, & res, quibus indigebunt, mari vectas importabunt. Quod ſi horum ſocios ad defectionem ſollicitare conemur, quoniam horum maior pars inſulas incolit, his etiam auxilium claſſe ferre oportebit. Quodnam igitur erit hoc noſtrum bellum? Nam niſi aut claſſe ſimus ſuperiores, aut illorum vectigalia, unde claſſes alunt, ſubtrahamus, plus damni capiemus, quam dabimus. Atque in hoc rerum ſtatu ne honeſtum quidem amplius fuerit bellum deponere: praeſertim ſi nos diſſidii auctores praecipui fuiſſe videamur. Neque vero illa ſpe efferamur, hoc bellum cito ſedatum iri, ſi agrum ipſorum vaſtemus. Immo vero vereor, ne liberis etiam noſtris ipſum relinquamus. Veriſimile enim eſt, Athenienſes adeo excelſo eſſe animo, ut neque agro ſerviant, neque, tanquam imperiti, bello conſternentur.

Digitized by Google

πβ'. Οὐ μὴν οὐδὲ ἀναισθήτως αὐτοὺς κελεύω τούς τε ξυμμάχους ἡμῶν ἐᾶν βλάπτειν, καὶ ἐπιβουλεύοντας μὴ καταφωρᾶν, ἀλλὰ ὅπλα μὲν μήπω κινεῖν, πέμπειν δὲ καὶ αἰτιᾶσθαι μήτε πόλεμον ἄγαν δηλοῦντας, μήθ' ὡς ἐπιτρέψομεν· καὶν τούτῳ καὶ τὰ ἡμέτερα αὐτῶν ἐξαρτύεσθαι, ξυμμάχων τε προσαγωγῇ, καὶ Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων, εἴ ποθέν τινα ἢ ναυτικοῦ ἢ χρημάτων δύναμιν προσληψόμεθα. ἀνεπίφθονον δὲ, ὅσοι ὥσπερ καὶ ἡμεῖς ὑπ' Ἀθηναίων ἐπιβουλευόμεθα, μὴ Ἕλληνας μόνον ἀλλὰ καὶ βαρβάρους προσλαβόντας, διασωθῆναι. καὶ τὰ αὐτῶν ἅμα ἐκποριζώμεθα. καὶ ἢν μὲν ἐπακούσωσί τι πρεσβευομένων ἡμῶν, ταῦτα ἄριστα· ἢν δὲ μὴ, διελθόντων ἐτῶν δύο καὶ τριῶν, ἄμεινον ἤδη, ἢν δοκῇ, πεφραγμένοι, ἴμεν ἐπ' αὐτούς. καὶ ἴσως

LXXXII. *Verumtamen non ſum etiam vobis auctor, ut & noſtros ſocios ab illis laedi ſtupide ſinatis, & illos, nobis inſidiantes, in facinore manifeſto deprehenſos non arguatis. Sed cenſeo, arma nondum movenda: at legatos mittendos Athenas, & de iniuriis, quas ſociis fecerunt, expoſtulandum; ita tamen, ut neque nimis aperte bellum declarent, & ſignificent, nos haud permiſſuros, ut haec diutius faciant. Interea vero cenſeo, noſtras ipſorum res parandas, & ſocios, tam Graecos, quam barbaros, nobis conciliandos, ſi forte vel claſſis, vel pecuniae vires aliquas alicunde nobis praeterea adiungere poſſimus. Non eſt autem invidendum, nec vitio vertendum illis, qui inſidiis appetiti, (quemadmodum & nos ab Athenienſibus nunc inſidiis appetimur) ſaluti ſuae conſulunt, non ſolum Graecos, ſed etiam barbaros ſibi adiungentes. Simul etiam noſtras fortunas expromamus. Quod ſi noſtros legatos audierint, hoc erit optimum: ſin minus, duorum triumve annorum elapſorum ſpatio, iam melius inſtructi,*

Digitized by Google

ὁρῶντες ἡμῶν ἤδη τήν τε παρασκευὴν, καὶ τοὺς λόγους αὐτῇ ὁμοια ὑποσημαίνοντας, μᾶλλον ἂν εἴκοιεν, καὶ γῆν ἔτι ἄτμητον ἔχοντες, καὶ περὶ παρόντων ἀγαθῶν καὶ οὔπω ἐφθαρμένων βουλευόμενοι. μὴ γὰρ ἄλλο τι νομίσητε τὴν γῆν αὐτῶν ἢ ὅμηρον ἔχειν· καὶ οὐχ ἧσσον, ὅσῳ ἄμεινον ἐξείργασται. ἧς φείδεσθαι χρὴ ὡς ἐπιπλεῖστον, καὶ μὴ ἐς ἀπόνοιαν καταστήσαντας αὐτοὺς, ἀληπτοτέρους ἔχειν. εἰ γὰρ ἀπαράσκευοι τοῖς τῶν ξυμμάχων ἐγκλήμασιν ἐπειχθέντες τεμοῦμεν αὐτὴν, ὁρᾶτε ὅπως μὴ αἴσχιον καὶ ἀπορώτερον τῇ Πελοποννήσῳ πράξωμεν. ἐγκλήματα μὲν γὰρ καὶ πόλεων καὶ ἰδιωτῶν οἷόν τε καταλῦσαι. πόλεμον δὲ ξύμπαντας ἀραμένους ἕνεκα τῶν ἰδίων, ὃν οὐχ ὑπάρχει εἰδέναι καθότι χωρήσει· οὐ ῥᾴδιον εὐπρεπῶς θέσθαι.

πγ'. Καὶ ἀνανδρία μηδενὶ, πολλοὺς μιᾷ πόλει μὴ

bellum illis, si visum fuerit, inferemus. Et fortasse, cum nostros apparatus iam cernent, & verba ipsis idem significantia, facilius cedent, & agrum adhuc integrum habentes, & de praesentibus bonis, & nondum ab hoste corruptis, deliberantes. Nihil enim aliud ipsorum agrum esse putetis, quam obsidem, quem habetis: atque eo magis, quo melius est cultus: cui quam diutissime parcere, neque illos, ad desperationem a vobis compulsos, expugnatu difficiliores reddere oportet. Si enim imparati, sociorum criminationibus sollicitati ac impulsi, ipsum vastemus, videte, ne plus dedecoris ac damni, quam decoris ac emolumenti Peloponneso afferamus. Nam publicae quidem ac privatae criminationes dilui, tolliquę possunt: bellum vero, quod privatorum causa ab universis est susceptum, cuius incertus eventus sciri non potest, honestę deponere non est facile.

LXXXIII. *Neque cuiquam ignavia videatur esse, quod multi*

Digitized by Google

ταχὺ ἐπελθεῖν, δοκείτω εἶναι. εἰσὶ γὰρ καὶ ἐκείνοις οὐκ ἐλάσσους χρήματα φέροντες ξύμμαχοι· καὶ ἔστιν ὁ πόλεμος οὐχ ὅπλων τοπλέον, ἀλλὰ δαπάνης, δι' ἣν τὰ ὅπλα ὠφελεῖ, ἄλλως τε καὶ ἠπειρώταις πρὸς θαλασσίους. προρισώμεθα οὖν πρῶτον αὐτὴν, καὶ μὴ τοῖς τῶν ξυμμάχων λόγοις πρότερον ἐπαιρώμεθα. οἵπερ δὲ καὶ τῶν ἀποβαινόντων τοπλέον ἐπ' ἀμφότερα τῆς αἰτίας ἔξομεν, οὗτοι καὶ καθ' ἡσυχίαν τι αὐτῶν προϊδώμεν.

πδ'. Καὶ τὸ βραδὺ καὶ μέλλον ὃ μέμφονται μάλιστα ἡμῶν, μὴ αἰσχύνεσθε. σπεύδοντές τε γὰρ, σχολαίτερον ἂν παύσαισθε, διὰ τὸ ἀπαράσκευοι ἐγχειρεῖν· καὶ ἅμα ἐλευθέραν καὶ εὐδοξοτάτην πόλιν διὰ παντὸς νεμόμεθα. καὶ δύναται μάλιστα σωφροσύνη ἔμφρων τοῦτ' εἶναι. μόνοι γὰρ δι' αὐτὸ εὐπραγίαις τε οὐκ ἐξυβρίζομεν, καὶ ξυμφοραῖς ἧσσον ἑτέρων εἴκομεν· τῶν τε

unicam civitatem celeriter non invadant. Sunt enim & illis non pauciores, quam nobis, ſocii, qui tributum pendunt. Et bellum geritur non tam armis, quam pecuniis, quae in eo gerendo conſumuntur, & propter quas ipſa arma ſunt utilia, praecipue vero hominibus mediterraneis adverſus maritimos. Primum igitur has paremus, & promamus, neque ſociorum verbis impulſi, ad bellum movendum prius feramur. Qui enim eorum, quae ſunt eventura, cauſam in utramque partem magis ſuſtinebimus, quam ulli alii, iidem etiam per otium aliquid eorum provideamus.

LXXXIV. *Nec tarditatis atque cunctationis, quam ſocii in nobis maxime reprehendunt, vos pudeat. Nam ſi ad bellum properetis, ſerius id finietis, quod imparati id ſuſceperitis. Simul etiam liberam & clariſſimam civitatem ſemper incolimus. Atque hoc, quod nobis vitio vertitur, modeſtia prudens maxime eſſe poteſt. Soli enim propter hoc ipſum & ſecundis rebus non ſumus*

Digitized by Google

ξὺν ἐπαίνῳ ἐπστρυνόντων ἡμᾶς ἐπὶ τὰ δεινὰ, παρὰ τὸ δοκοῦν ἡμῖν, οὐκ ἐπαιρόμεθα ἡδονῇ. καὶ ἤν τις ἄρα ξὺν κατηγορίᾳ παροξύνῃ, οὐδὲν δὴ μᾶλλον ἀχθεσθέντες ἀνεπείσθημεν. πολεμικοί τε καὶ εὔβουλοι διὰ τὸ εὔκοσμον γιγνόμεθα, τὸ μὲν, ὅτι αἰδοῦς σωφροσύνης πλεῖστον μετέχει, αἰσχύνης δὲ εὐψυχίᾳ· εὔβουλοι δὲ, ἀμαθέστεροι τῶν νόμων τῆς ὑπεροψίας παιδευόμενοι, καὶ ξὺν χαλεπότητι σωφρονέστερον ἢ ὥστε αὐτῶν ἀνηκουστεῖν. καὶ μὴ τὰ ἀχρεῖα ξυνετοὶ ἄγαν ὄντες, τὰς τῶν πολεμίων παρασκευὰς λόγῳ καλῶς μεμφόμενοι, ἀνομοίως ἔργῳ ἐπεξιέναι· νομίζειν δὲ τάς τε διανοίας τῶν πέλας παραπλησίους εἶναι, καὶ τὰς προσπιπτούσας τύχας οὐ λόγῳ διαιρετάς. ἀεὶ δὲ ὡς πρὸς εὖ βουλευομένους τοὺς ἐναντίους ἔργῳ παρασκευαζόμεθα. καὶ

insolentes, & adversis minus, quam alii, cedimus. Neque movemur illecebris eorum, qui, praeter nostram sententiam, cum laudatione ad pericula subeunda nos instigant. Et si quis cum vituperatione nos ad idem incitet, ei tamen non magis, dolore commoti, assentimur. Et propter hanc modestiam & bellicosi & circumspecti sumus: bellicosi quidem, quia verecundia plurimum habet modestiae, & fortitudo plurimum verecundiae. Circumspecti vero, quia simplicius instituimur, quam ut leges contemnamus; &, severitate adhibita, modestius, quam ut iis non pareamus: simul etiam quia in rebus inanibus non sumus admodum sollertes, ita ut hostium apparatum oratione magnifica vituperantes, re ipsa dissimiliter eum persequamur. Sed ita instituimur, ut & aliorum cogitationes nostris similes esse, & fortunae casus oratione explicari non posse existimemus. Semper autem, ut adversus bene consultos adversarios, re factisque nos praeparamus: neque spes nostras in peccatis, quae forsitan illi committent, sed in nostra

Digitized by Google

οὐκ ἐξ ἐκείνων ὡς ἁμαρτησομένων ἔχειν δεῖ τὰς ἐλπίδας, ἀλλ' ὡς ἡμῶν αὐτῶν ἀσφαλῶς προνοουμένων. πολύ τε διαφέρειν οὐ δεῖ νομίζειν ἄνθρωπον ἀνθρώπου, κράτιστον δὲ εἶναι ὅστις ἐν τοῖς ἀναγκαιοτάτοις παιδεύεται.

πέ. Ταύτας οὖν ἃς οἱ πατέρες τε ἡμῖν παρέδοσαν μελέτας, καὶ αὐτοὶ διαπαντὸς ὠφελούμενοι ἔχομεν, μὴ παρῶμεν, μηδ' ἐπειχθέντες ἐν βραχεῖ μορίῳ ἡμέρας, περὶ πολλῶν σωμάτων καὶ χρημάτων, καὶ πόλεων, καὶ δόξης, βουλεύσωμεν, ἀλλὰ καθ' ἡσυχίαν. ἔξεστι δ' ἡμῖν μᾶλλον ἑτέρων, διὰ ἰσχύν. καὶ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους πέμπετε μὲν περὶ τῆς Ποτιδαίας, πέμπετε δὲ περὶ ὧν οἱ ξύμμαχοί φασιν ἀδικεῖσθαι, ἄλλως τε καὶ ἑτοίμων ὄντων αὐτῶν δίκας δοῦναι. ἐπὶ δὲ τὸν διδόντα, οὐ πρότερον νόμιμον ὡς ἐπ' ἀδικοῦντα ἰέναι. παρασκευάζεσθε δὲ τὸν πόλεμον ἅμα. ταῦτα γὰρ καὶ κράτιστα

ipsorum cautione, tutisque consiliis collocare oportet. Nec existimandum est multum interesse inter hominem, & hominem: at illum, qui in maximâ necessitate eruditur, praestantissimum esse.

LXXXV. *Haec igitur instituta, quae maiores nobis tradiderunt, quaeque nobis ipsis, ea perpetuo retinentibus, magno emolumento fuere; ne abiiciamus; neve in exigua diei particula, de multis capitibus, de pecuniis, urbibus, & de gloria, properantes decernamus: at per otium hisce de rebus mature consultemus. Hoc autem nobis magis, quam aliis, propter potentiam facere licet. Et legatos ad Athenienses mittite, qui cum illis exposulent de Potidaea; mittite etiam de iniuriis, quibus socii se ab illis affectos dicunt, praesertim cum ipsi parati sint, iure disceptare. Ei vero, qui se iudicio offert, bellum ut iniuriam facienti prius inferre non licet. Simul etiam bellum, & res ad hoc necessarias, parate. Haec enim si faciatis, consilium & vobis ipsis optimum,*

Digitized by Google

βουλεύσεσθε, καὶ τοῖς ἐναντίοις φοβερώτατα. Καὶ ὁ μὲν Ἀρχίδαμος τοιαῦτα εἶπε· παρελθὼν δὲ Σθενελαΐδας τελευταῖος, εἷς τῶν Ἐφόρων τότε ὤν, ἔλεξε τοῖς Λακεδαιμονίοις ὧδε.

πστ'. Τοτσ μὲν λόγους τοὺς πολλοὺς τῶν Ἀθηναίων οὐ γιγνώσκω· ἐπαινέσαντες γὰρ πολλὰ ἑαυτοὺς, οὐδαμοῦ ἀντεῖπον ὡς οὐκ ἀδικοῦσι τοὺς ἡμετέρους ξυμμάχους, καὶ τὴν Πελοπόννησον· καίτοι εἰ πρὸς τοὺς Μήδους ἐγένοντο ἀγαθοὶ τότε, πρὸς δ' ἡμᾶς κακοὶ νῦν, διπλασίας ζημίας ἄξιοί εἰσιν, ὅτι ἀντ' ἀγαθῶν κακοὶ γεγένηνται. ἡμεῖς δὲ ὅμοιοι καὶ τότε καὶ νῦν ἐσμεν, καὶ τοὺς ξυμμάχους, ἢν σωφρονῶμεν, οὐ περιοψόμεθα ἀδικουμένους, οὐδὲ μελλήσομεν τιμωρεῖν· οἷδ' οὐκέτι μέλλουσι κακῶς πάσχειν. ἄλλοις μὲν γὰρ χρήματά ἐστι πολλὰ καὶ νῆες καὶ ἵπποι· ἡμῖν δὲ ξύμμαχοι ἀγαθοὶ,

& adverſariis maxime formidandum inibitis. Archidamus quidem haec dixit: Sthenelaïdas vero, qui tunc unus erat ex Ephoris, poſtremus in medium progreſſus, ita Lacedaemonios eſt allocutus.

LXXXVI. *Equidem longam Athenienſium orationem non intelligo, nam in ſuis laudibus praedicandis multi fuerunt; nihil tamen reſponderunt, quod non iniuriæ noſtros ſocios & Peloponneſum affecerint. Atqui ſi contra Medos quidem olim boni fuerunt, iam vero contra nos improbi ſunt; duplici poena ſunt digni, quod mali ex bonis ſint effecti. Nos vero ſemper noſtri ſimiles & tunc fuimus, & nunc ſumus; neque (ſi ſapimus) ſocios noſtros iniuria affici per negligentiam ſinemus, neque auxilium ipſis mittere cunctabimur. Ipſi enim ſine ulla cunctatione mala patiuntur. Aliis enim multae ſunt pecuniae, naves, & equi; nobis vero boni ſocii, qui Athenienſibus non ſunt tradendi: ne-*

Digitized by Google

οὐς οὐ παραδοτέα τοῖς Ἀθηναίοις ἐστὶν, οὐδὲ δίκαις καὶ λόγοις διακριτέα, μὴ λόγῳ καὶ αὐτοὺς βλαπτομένους· ἀλλὰ τιμωρητέα ἐν τάχει, καὶ παντὶ σθένει. καὶ ὡς ἡμᾶς πρέπει βουλεύεσθαι ἀδικουμένους, μηδεὶς διδασκέτω. ἀλλὰ τοὺς μέλλοντας ἀδικεῖν, μᾶλλον πρέπει πολὺν χρόνον βουλεύεσθαι. ψηφίζεσθε οὖν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, ἀξίως τῆς Σπάρτης τὸν πόλεμον· καὶ μήτε τοὺς Ἀθηναίους ἐᾶτε μείζους γίγνεσθαι, μήτε τοὺς ξυμμάχους καταπροδιδῶμεν, ἀλλὰ ξὺν τοῖς θεοῖς ἐπίωμεν ἐπὶ τοὺς ἀδικοῦντας.

πζ'. Τοιαῦτα λέξας, ἐπεψήφιζεν αὐτὸς Ἔφορος ὢν ἐς τὴν ἐκκλησίαν τῶν Λακεδαιμονίων. ὁ δὲ (κρίνουσι γὰρ βοῇ, καὶ οὐ ψήφῳ) οὐκ ἔφη διαγιγνώσκειν τὴν βοὴν ὁποτέρα μείζων, ἀλλὰ βουλόμενος αὐτοὺς φανερῶς ἀποδεικνυμένους τὴν γνώμην, ἐς τὸ πολεμεῖν μᾶλλον ὁρμῆσαι, ἔλεξεν, Ὅτῳ μὲν ὑμῶν, ὦ Λακεδαι-

que iudiciis verbisque de controversiis est disceptandum; cum & ipsi nostri socii non verbis tantum laedantur. Sed celeriter, totisque viribus auxilium ipsis est ferendum. Nec doceat nos quisquam, decere nos consultare, cum iniuria nobis infertur. Immo vero eos, qui iniuriam aliis facere parant, diu consultare decet. Quamobrem, Lacedaemonii, e dignitate Spartae bellum decernatis, nec Athenienses maiores fieri sinatis, nec socios prodamus: sed Deorum auxilio freti bellum illis, qui faciunt iniuriam, inferamus.

LXXXVII. Haec locutus, quoniam ipse Ephorus erat, in Lacedaemoniorum concione sententias rogavit. Tunc autem (nam voce, non calculis suffragia ferunt) dixit, se non posse cognoscere, utra vox esset maior. Sed, quia volebat, ipsos sententiam aperte dicentes, ad bellum movendum promtiores esse, dixit: *Cui vestrûm, Lacedaemonii, foede-*

Digitized by Google

μόνιοι, δοκοῦσι λελύσθαι αἱ σπονδαὶ, καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἀδικεῖν, ἀναστήτω ἐς ἐκεῖνο τὸ χωρίον (δείξας τι χωρίον αὐτοῖς) ὅτῳ δὲ μὴ δοκοῦσιν, ἐς τὰ ἐπὶ θάτερα. ἀναστάντες δὲ διέστησαν, καὶ πολλῷ πλείους ἐγένοντο οἷς ἐδόκουν αἱ σπονδαὶ λελύσθαι. προσκαλέσαντές τε τοὺς ξυμμάχους, εἶπον, Ὅτι σφίσι μὲν δοκοῖεν ἀδικεῖν οἱ Ἀθηναῖοι, βούλεσθαι δὲ καὶ τοὺς πάντας ξυμμάχους παρακαλέσαντες, ψῆφον ἐπαγαγεῖν ὅπως κοινῇ βουλευσάμενοι, τὸν πόλεμον ποιῶνται, ἢν δοκῇ. καὶ οἱ μὲν ἀπεχώρησαν ἐπ' οἴκου διαπραξάμενοι ταῦτα· καὶ οἱ Ἀθηναίων πρέσβεις ὕστερον, ἐφ' ἅπερ ἦλθον χρηματίσαντες. ἡ δὲ διαγνώμη αὕτη τῆς ἐκκλησίας, τοῦ τὰς σπονδὰς λελύσθαι, ἐγένετο ἐν τῷ τετάρτῳ καὶ δεκάτῳ ἔτει τῶν τριακοντουτίδων σπονδῶν προκεχωρηκυιῶν, αἱ ἐγένοντο μετὰ τὰ Εὐβοϊκά.

πή. Ἐψηφίσαντο δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι τὰς σπονδὰς

ra rupta esse, & Athenienses iniuriam facere videntur, surgat, & in locum illum (quendam locum ipsis ostendens) *discedat: cui non videntur, in alterum discedat.* Illi autem, cum surrexissent, discessionem fecerunt, & longe plures fuere, quibus foedera rupta videbantur. Accitisque sociis, dixerunt: *Sibi quidem videri, Athenienses iniuste agere; velle tamen & ceteros omnes socios ad suffragia ferenda accire, ut de communi consilio, si videretur, bellum facerent.* Atque illi quidem, his confectis, domum abierunt. Postea vero & Athenienſium legati, rebus transactis, quarum causa venerant, inde recesserunt. Hoc autem illius concionis decretum, foedera esse rupta, factum est anno ab initis tricennalibus foederibus decimo quarto, quae post res in Euboea gestas inita fuerunt.

LXXXVIII. Lacedaemonii autem foedera rupta esse, &

Digitized by Google

λελύσθαι, καὶ πολεμητέα εἶναι, οὐ τοσοῦτον τῶν ξυμμάχων πεισθέντες τοῖς λόγοις, ὅσον φοβούμενοι τοὺς Ἀθηναίους, μὴ ἐπὶ μεῖζον δυνηθῶσιν, ὁρῶντες αὐτοῖς τὰ πολλὰ τῆς Ἑλλάδος ὑποχείρια ἤδη ὄντα.

πθ'. Οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι τρόπῳ τοιῷδε ἦλθον ἐπὶ τὰ πράγματα ἐν οἷς ηὐξήθησαν. ἐπειδὴ Μῆδοι ἀνεχώρησαν ἐκ τῆς Εὐρώπης νικηθέντες καὶ ναυσὶ καὶ πεζῷ ὑπὸ Ἑλλήνων, καὶ οἱ καταφυγόντες αὐτῶν ταῖς ναυσὶν ἐς Μυκάλην, διεφθάρησαν, Λεωτυχίδης μὲν ὁ βασιλεὺς τῶν Λακεδαιμονίων, ὅσπερ ἡγεῖτο τῶν ἐν Μυκάλῃ Ἑλλήνων, ἀπεχώρησεν ἐπ' οἴκου, ἔχων τοὺς ἀπὸ Πελοποννήσου ξυμμάχους· οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, καὶ οἱ ἀπὸ Ἰωνίας καὶ Ἑλλησπόντου ξύμμαχοι, ἤδη ἀφεστηκότες ἀπὸ βασιλέως, ὑπομείναντες Σηστὸν ἐπολιόρκουν, Μήδων ἐχόντων· καὶ ἐπιχειμάσαντες εἷλον αὐτὴν, ἐκλιπόντων

bellum gerendum esse decreverunt, non tam sociorum verbis inducti; quam metu, ne Athenienses fierent potentiores; quia magnam Graeciae partem illorum imperio iam subiectam videbant.

LXXXIX. Nam Athenienses hoc modo ad res gerendas venerunt, per quas creverunt. Postquam Medi ex Europa discesserunt, navali pariter ac pedestri pugna a Graecis victi, &, qui ex illis ad Mycalen navibus confugerant, profligati fuerunt: Leotychides quidem Lacedaemoniorum rex, Graecorum, qui apud Mycalen erant, dux, domum abiit, cum sociis, qui ex Peloponneso venerant. Athenienses vero, & socii, qui ex Ionia & Hellesponto venerant, cum a rege iam defecissent, in illa expeditione perseverantes, obsidebant Sestum, quam Medi tenebant, & ibi hiemantes eam a barbaris derelictam ceperunt. Postea ve-

Digitized by Google

τῶν βαρβάρων. καὶ μετὰ τοῦτο ἀπέπλευσαν ἐξ Ἑλλησπόντου ὡς ἕκαστοι κατὰ πόλεις. Ἀθηναίων δὲ τὸ κοινὸν, ἐπειδὴ αὐτοῖς οἱ βάρβαροι ἐκ τῆς χώρας ἀπῆλθον, διεκομίζοντο εὐθὺς ὅθεν ὑπεξέθεντο παῖδας, καὶ γυναῖκας, καὶ τὴν περιοῦσαν κατασκευήν. καὶ τὴν πόλιν ἀνοικοδομεῖν παρεσκευάζοντο, καὶ τὰ τείχη. τοῦ τε γὰρ περιβόλου βραχέα εἱστήκει, καὶ οἰκίαι, αἱ μὲν πολλαὶ ἐπεπτώκεσαν, ὀλίγαι δὲ περιῆσαν, ἐν αἷς αὐτοὶ ἐσκήνησαν οἱ δυνατοὶ τῶν Περσῶν.

στ'. Λακεδαιμόνιοι δὲ, αἰσθόμενοι τὸ μέλλον, ἦλθον ἐς πρεσβείαν, τὰ μὲν, καὶ αὐτοὶ ἥδιον ἂν ὁρῶντες μήποτ' ἐκείνους, μήτε ἄλλον μηδένα τεῖχος ἔχοντα· τὸ δὲ πλέον, τῶν ξυμμάχων ἐξοτρυνόντων, καὶ φοβουμένων τοῦ τε ναυτικοῦ αὐτῶν τὸ πλῆθος, ὃ πρώην οὐχ ὑπῆρχε, καὶ τὴν ἐς τὸν Μηδικὸν πόλεμον τόλμαν γενομένην.

ro ex Helleſponto in ſuas quique urbes navigarunt. Athenienſium vero commune, poſtquam barbari ipſis infeſti ex regione diſceſſerunt, ſtatim abſportarunt illinc, ubi depoſuerant, liberos, uxores, & quidquid ſupellectilis ſupererat: ſeque ad urbis aedificia, & muros inſtaurandos parabant. Nam & exiguae ambitus murorum partes in variis locis adhuc ſtabant, & aedes pleraeque conciderant, paucaeque ſupererant, in quibus ipſi Perſarum principes manſerant.

XC. Lacedaemonii vero, cum intellexiſſent, quod futurum erat, legati venerunt, partim quidem, quod & ipſi libentius viſuri fuiſſent, nec illos, nec alium quemquam muros unquam habentem: partim vero, idque praecipue, quod ſocii illos inſtigarent, & metuerent cum claſſis eorum magnitudinem, quae paulo ante ipſis non ſuppetebat, tum etiam audaciam, quam in bello Medico demonſtra-

Digitized by Google

ἠξίουν τε αὐτοὺς μὴ τειχίζειν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἔξω Πελοποννήσου μᾶλλον ὅσοις ξυνειστήκει ξυγκαθελεῖν μετὰ σφῶν τοὺς περιβόλους· τὸ μὲν βουλόμενον καὶ ὕποπτον τῆς γνώμης οὐ δηλοῦντες ἐς τοὺς Ἀθηναίους, ὡς δὲ τοῦ βαρβάρου, εἰ αὖθις ἐπέλθοι, οὐκ ἂν ἔχοντος ἀπὸ ἐχυροῦ πόθεν, ὥσπερ νῦν ἐκ τῶν Θηβῶν, ὁρμᾶσθαι· τήν τε Πελοπόννησον πᾶσιν ἔφασαν ἀναχώρησίν τε καὶ ἀφορμὴν ἱκανὴν εἶναι. οἱ δ' Ἀθηναῖοι, Θεμιστοκλέους γνώμη, τοὺς μὲν Λακεδαιμονίους ταῦτ' εἰπόντας, ἀποκρινάμενοι ὅτι πέμψουσιν ὡς αὐτοὺς πρέσβεις περὶ ὧν λέγουσιν, εὐθὺς ἀπήλλαξαν· ἑαυτὸν δ' ἐκέλευεν ἀποστέλλειν ὡς τάχιστα ὁ Θεμιστοκλῆς ἐς τὴν Λακεδαίμονα, ἄλλους δὲ πρὸς ἑαυτῷ ἑλομένους πρέσβεις, μὴ εὐθὺς ἐκπέμπειν, ἀλλ' ἐπισχεῖν μέχρι τοσούτου ἕως ἂν

rant. Poſtularunt autem ab ipſis, ne muros reficerent; ſed potius omnium etiam urbium, quae extra Peloponneſum erant, quarumcunque ambitus adhuc ſtarent, eos ſecum demolirentur: voluntatem quidem ſuam animique ſuſpicionem, quam de Athenienſibus habebant, non declarantes; ſed ſpecioſam cauſam praetendentes, ne barbarus, ſi rurſus Graeciae bellum inferret, ullum locum munitum haberet, unde contra Graecos proficiſceretur, quemadmodum tunc ex Thebanorum urbe fecerat. Et Peloponneſum omnibus receptaculum & perfugium ſatis tutum fore, dixerunt. Athenienſes vero de Themiſtoclis ſententia Lacedaemonios, qui haec dixerant, confeſtim dimiſerunt, illis dato reſponſo, legatos hiſce de rebus, quas dixiſſent, a ſe ad eos miſſum iri. Themiſtocles autem Athenienſibus erat auctor, ut ſe Lacedaemona primo quoque tempore mitterent, alioſque legatos, praeter ſe electos, non ſubito emitterent: ſed

Digitized by Google

ἱκανὸν τὸ τεῖχος αἴρωσιν ὥστε ἀπομάχεσθαι ἐκ τοῦ ἀναγκαιοτάτου ὕψους. τειχίζειν δὲ πάντας πανδημεὶ τοὺς ἐν τῇ πόλει, καὶ αὐτοὺς, καὶ γυναῖκας, καὶ παῖδας, φειδομένους μήτε ἰδίου μήτε δημοσίου οἰκοδομήματος, ὅθεν τὶς ὠφέλεια ἔσται ἐς τὸ ἔργον, ἀλλὰ καθαιροῦντας πάντα. καὶ ὁ μὲν ταῦτα διδάξας, καὶ ὑπειπὼν τὰ ἄλλα, ὅτι αὐτὸς τάχει πράξοι, ᾤχετο. καὶ ἐς τὴν Λακεδαίμονα ἐλθὼν, οὐ προσῄει πρὸς τὰς ἀρχὰς, ἀλλὰ διῆγε, καὶ προὐφασίζετο. καὶ ὁπότε τὶς αὐτὸν ἔροιτο τῶν ἐν τέλει ὄντων ὅτι οὐκ ἐπέρχεται ἐπὶ τὸ κοινὸν, ἔφη, Τοὺς ξυμπρέσβεις ἀναμένειν, ἀσχολίας δέ τινος οὔσης αὐτοὺς ὑπολειφθῆναι· προσδέχεσθαι μέντοι ἐν τάχει ἥξειν, καὶ θαυμάζειν, ὡς οὔπω πάρεισιν.

στα'. Οἱ δὲ, ἀκούοντες, τῷ μὲν Θεμιστοκλεῖ ἐπεί-

tamdiu retinerent, donec murum ad iuſtam altitudinem erexiſſent, ita ut ex altitudine maxime neceſſaria vim hoſtis propulſare poſſent. Idem etiam auctor erat, ut omnes, qui erant in urbe, ex omni ordine, aetate, ſexuque, & ipſi, & uxores, & liberi muros aedificarent, nulli aut privato aut publico aedificio parcentes, unde aliquid utilitatis ad illud opus faciendum percipi poſſet; ſed omnia diruentes. Cum autem ille haec docuiſſet, & addidiſſet, ſe curaturum cetera, quae eſſent illic agenda, diſceſſit. Cumque Lacedaemona veniſſet, non adiit magiſtratus; ſed rem trahebat, & ſpecioſas cauſas fingebat, ac praetendebat; & quoties aliquis de ſummis magiſtratibus eum interrogaſſet, cur ad reipublicae magiſtratus non accederet: *Suos collegas a ſe exſpectari; ſed eos aliqua occupatione impeditos in urbe remanſiſſe*, dicebat: *ſe tamen ſperare, eos propediem venturos, & ſe mirari, eos nondum adeſſe.*

Digitized by Google

θοντο, διὰ φιλίαν αὐτοῦ· τῶν δὲ ἄλλων ἀφικνουμένων, καὶ σαφῶς κατηγορούντων ὅτι τειχίζεταί τε καὶ ἤδη ὕψος λαμβάνει, οὐκ εἶχον ὅπως χρὴ ἀπιστῆσαι. γνοὺς δὲ ἐκεῖνος κελεύει αὐτοὺς μὴ λόγοις μᾶλλον παράγεσθαι, ἢ πέμψαι σφῶν αὐτῶν ἄνδρας οἵτινες χρηστοὶ, καὶ πιστῶς ἀναγγελοῦσι σκεψάμενοι. ἀποστέλλουσιν οὖν· καὶ περὶ αὐτῶν ὁ Θεμιστοκλῆς τοῖς Ἀθηναίοις κρύφα πέμπει, κελεύων ὡς ἥκιστα ἐπιφανῶς κατασχεῖν, καὶ μὴ ἀφεῖναι πρὶν ἂν αὐτοὶ πάλιν κομισθῶσιν. ἤδη γὰρ καὶ ἦκον αὐτῷ οἱ ξυμπρέσβεις, Ἀβρώνυχός τε ὁ Λυσικλέους, καὶ Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου, ἀγγέλλοντες ἔχειν ἱκανῶς τὸ τεῖχος. ἐφοβεῖτο γὰρ μὴ οἱ Λακεδαιμόνιοι σφᾶς, ὁπότε σαφῶς ἀκούσειαν, οὐκέτι

XCI. Illi vero, cum haec audirent, Themiſtocli quidem fidem habebant, propter amicitiam, quae ipſis cum illo intercedebat: ſed cum alii venirent, & aperte arguerent, muros aedificari, atque adeo iam ſublimes eſſe, facere non poterant, quin crederent. Quod cum ille intellexiſſet, ſuaſit ipſis, ne verbis ſe falli paterentur; ſed potius de ſuorum civium numero, probitatis fideique ſpectatae viros Athenas mitterent, qui rem diligenter inſpectam, ac exploratam, fideliter renuntiarent. Illi igitur hos miſerunt. Themiſtocles vero Athenienſibus horum adventum per nuntios clam ſignificavit, ſuadens, ut, quam occultiſſime poſſent, eos retinerent, neque dimitterent, antequam ipſi domum rediiſſent. (Iam enim eius etiam collegae ad ipſum venerant, Abronychus Lyſiclis, & Ariſtides Lyſimachi filius, murum iam ſatis altum eſſe nuntiantes.) Metuebat enim, ne Lacedaemonii, ubi rem plane reſciviſſent, ſe non amplius dimitterent. Athenienſes igitur legatos retinuerunt,

Digitized by Google

ἀφῶσιν. οἵτε οὖν Ἀθηναῖοι τοὺς πρέσβεις ὥσπερ ἐπεστάλη κατεῖχον· καὶ ὁ Θεμιστοκλῆς ἐπελθὼν τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἐνταῦθα δὴ φανερῶς εἶπεν, Ὅτι ἡ μὲν πόλις σφῶν τετείχισται ἤδη, ὥστε ἱκανὴ εἶναι σώζειν τοὺς ἐνοικοῦντας· εἰ δέ τι βούλονται Λακεδαιμόνιοι ἢ οἱ ξύμμαχοι πρεσβεύεσθαι παρὰ σφᾶς, ὡς πρὸς διαγιγνώσκοντας τοιοῦτον ἰέναι τά τε σφίσιν αὐτοῖς ξύμφορα καὶ τὰ κοινά. τήν τε γὰρ πόλιν ὅτε ἐδόκει ἐκλιπεῖν ἄμεινον εἶναι, καὶ ἐς τὰς ναῦς ἐσβῆναι, ἄνευ ἐκείνων ἔφασαν γνόντες τολμῆσαι· καὶ ὅσα αὖ μετ' ἐκείνων βουλεύεσθαι, οὐδενὸς ὕστεροι γνώμῃ φανῆναι. δοκεῖν οὖν σφίσι καὶ νῦν ἄμεινον εἶναι, τὴν ἑαυτῶν πόλιν τεῖχος ἔχειν, καὶ ἰδίᾳ τοῖς πολίταις καὶ ἐς τοὺς πάντας ξυμμάχους ὠφελιμώτερον ἔσεσθαι. οὐ γὰρ οἷόν τ' εἶναι μὴ ἀπὸ ἀντιπάλου παρασκευῆς ὁμοίων

ut ipsis per nuntios fuerat significatum. Themistocles autem, cum ad Lacedaemoniorum magistratus iviſſet, tunc demum aperte dixit, *Urbem ſuam muris iam eſſe cinctam, ita ut eos, qui in ipſa habitarent, tutari poſſet: ſed ſi Lacedaemonii, ſociive legationem aliqua de re ad ſe mittere velint*, dixit, *oportere illos poſthac ad ſe venire, ut ad homines, qui bene dignoſcerent, quid ſuorum, quid etiam communium commodorum ratio poſtularet. Cum enim viſum fuiſſet, ſatius eſſe, urbem relinquere, & naves conſcendere, ſine illorum conſilio, re cognita, haec facere ſe auſos fuiſſe, dixerunt. Et quibuſcunque de rebus cum illis conſultare placuiſſet, ſe conſilio nullo inferiores viſos eſſe. Sibi igitur nunc etiam videri, melius eſſe ſuam urbem moenibus eſſe cinctam, idque cum privatim ſingulis civibus, tum etiam publice univerſis ſociis utilius fore. Fieri enim non poſſe, ut, qui non idem praeſidium habent, idem conſilii capiant, & idem ac*

Digitized by Google

τι ἢ ἴσον ἐς τὸ κοινὸν βουλεύεσθαι. ἢ πάντας οὖν ἀτειχίστους ἔφη χρῆναι ξυμμαχεῖν, ἢ καὶ τάδε νομίζειν ὀρθῶς ἔχειν.

στβ'. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι ἀκούσαντες, ὀργὴν μὲν φανερὰν οὐκ ἐποιοῦντο τοῖς Ἀθηναίοις (οὐ δὲ γὰρ ἐπὶ κωλύμῃ, ἀλλὰ γνώμης παραινέσει δῆθεν τῷ κοινῷ ἐπρεσβεύσαντο. ἅμα δὲ καὶ προσφιλεῖς ὄντες ἐν τῷ τότε διὰ τὴν ἐς τὸν Μῆδον προθυμίαν μάλιστα αὐτοῖς ἐτύγχανεν) τῆς μέντοι βουλήσεως ἁμαρτάνοντες, ἀδηλως ἤχθοντο. οἵ τε πρέσβεις ἑκατέρων ἀπῆλθον ἐπ' οἴκου ἀνεπικλήτως.

στγ'. Τούτῳ τῷ τρόπῳ οἱ Ἀθηναῖοι τὴν πόλιν ἐτείχισαν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ. καὶ δῆλη ἡ οἰκοδομία ἔτι καὶ νῦν ἐστιν ὅτι κατὰ σπουδὴν ἐγένετο. οἱ γὰρ θεμέλιοι

ceteri ſtatuant, cum de rebus publicis eſt conſultandum. Dicebat igitur, *aut omnes civitates foederatas oportere ſine muris eſſe, aut eos exiſtimare, haec quoque ſe recte habere.*

XCII. Lacedaemonii vero, his auditis, nullam quidem apertam indignationem contra Athenienſes demonſtrarunt: (non enim ut eos prohiberent, ſed ut conſilio monerent ſcilicet, ad eorum rempublicam legatos miſerant. Simul etiam, quia Lacedaemonii ipſos Athenienſes tunc temporis amore maximo adhuc proſequebantur, propter ſingulare illorum adverſus Medos ſtudium) ſuo tamen voto fruſtrati, rem iniquo animo clam tulerunt. Ita autem utrorumque legati citra querelam, & criminationem, domum redierunt.

XCIII. Hoc igitur modo Athenienſes exiguo temporis ſpatio urbem muris cinxerunt: & ex ipſa murorum ſtructura, quae nunc etiam exſtat, eos feſtinanter aedificatos fuiſſe patet. Nam fundamenta ſubſtrata ſunt ex omni la-

Digitized by Google

παντοίων λίθων ὑπόκεινται, καὶ οὐ ξυνειργασμένων ἔστιν ἥ, ἀλλ' ὡς ἕκαστοί ποτε προσέφερον. πολλαί τε στῆλαι ἀπὸ σημάτων καὶ λίθοι εἰργασμένοι ἐγκατελέγησαν. μείζων γὰρ ὁ περίβολος πανταχῆ ἐξήχθη τῆς πόλεως. καὶ διὰ τοῦτο πάντα ὁμοίως κινοῦντες; ἠπείγοντο. ἔπεισε δὲ καὶ τοῦ Πειραιῶς τὰ λοιπὰ ὁ Θεμιστοκλῆς οἰκοδομεῖν. ὑπῆρκτο δ' αὐτοῦ πρότερον ἐπὶ τῆς ἐκείνου ἀρχῆς, ἧς κατ' ἐνιαυτὸν Ἀθηναίοις ἦρξε. νομίζων τό, τε χωρίον καλὸν εἶναι, λιμένας ἔχον τρεῖς αὐτοφυεῖς, καὶ αὐτοὺς ναυτικοὺς γεγενημένους, μέγα προφέρειν ἐς τὸ κτήσασθαι δύναμιν. τῆς γὰρ δὴ θαλάσσης πρῶτος ἐτόλμησεν εἰπεῖν ὡς ἀνθεκτέα ἐστὶ; καὶ τὴν ἀρχὴν εὐθὺς ξυγκατεσκεύαζε. καὶ ὠκοδόμησαν τῇ ἐκείνου γνώμῃ τὸ πάχος τοῦ τείχους, ὅπερ νῦν ἔτι

pidum genere conſtructa, qui nonnullis etiam in partibus non ſunt politi, ſed ut quiſque forte eos afferebat: multae etiam columnae ex monumentis detractae, & ſaxa polita ſunt congeſta. Ambitus enim murorum ab omni urbis parte maior, quam eſſet ante, eductus eſt. Et propterea omnia pariter moventes feſtinabant. Themiſtocles etiam perſuaſit, ut reliquas Piraeei partes aedificarent: (eius enim pars aedificari prius eſt coepta, quo tempore ipſe, annuum magiſtratum gerens, Athenis praefuit) tum quia exiſtimabat, locum illum eſſe opportunum, quod tres portus natura munitos haberet; tum etiam quia ipſos, qui rebus nauticis operam dare coeperant, magnum adiumentum ad opes parandas habituros ſperabat. Primus enim auſus eſt dicere, eos debere maris imperium ſibi vindicare, & confeſtim eos in hoc imperio parando iuvare coepit. Illius etiam ſententiam ſecuti murum ea latitudine ex-

Digitized by Google

δῆλόν ἐστι περὶ τὸν Πειραιᾶ. δύο γὰρ ἅμαξαι ἐναντίαι ἀλλήλαις τοὺς λίθους ἐπῆγον. ἐντὸς δὲ οὔτε χάλιξ, οὔτε πηλὸς ἦν, ἀλλὰ ξυνωκοδομημένοι μεγάλοι λίθοι, καὶ ἐν τομῇ ἐγγώνιοι, σιδήρῳ πρὸς ἀλλήλους τὰ ἔξωθεν καὶ μολύβδῳ δεδεμένοι. τὸ δὲ ὕψος ἡμίσου μάλιστα ἐτελέσθη οὗ διενοεῖτο. ἐβούλετο γὰρ τῷ μεγέθει καὶ τῷ πάχει ἀφιστάναι τὰς τῶν πολεμίων ἐπιβολάς· ἀνθρώπων τε ἐνόμιζεν ὀλίγων καὶ τῶν ἀχρειοτάτων ἀρκέσειν τὴν φυλακήν, τοὺς δ' ἄλλους ἐς τὰς ναῦς ἐσβήσεσθαι. ταῖς γὰρ ναυσὶ μάλιστα προσέκειτο· ἰδὼν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τῆς βασιλέως στρατιᾶς τὴν κατὰ θάλασσαν ἔφοδον εὐπορωτέραν τῆς κατὰ γῆν οὖσαν· τόν τε Πειραιᾶ ὠφελιμώτερον ἐνόμιζε τῆς ἄνω πόλεως. καὶ πολλάκις τοῖς Ἀθηναίοις παρῄνει, ἢν ἄρα ποτὲ κατὰ

struxerunt, quae nunc quoque circa Piraeeum exstans apparet: nam duo plaustra per murum occursu adverso saxa portabant. Intus vero neque caementum, neque lutum erat; sed magna, & ad normam incisa, & quadrata saxa, coagmentata, & extrinsecus ferro plumboque inter se vincta. Altitudo vero ad dimidiam partem eius, quam Themistocles animo statuerat, est perducta: nam & altitudine & latitudine murorum, conatus & incursiones hostium volebat avertere: & paucorum, eorumque infirmissimorum hominum praesidio locum facile custodiri posse, ceteros vero naves conscensuros, existimabat. Nam in rem nauticam potissimum incumbebat, quia (ut mea fert opinio) regis Persarum copias mari facilius, quam terra, Graeciam invadere posse animadvertebat: & Piraeeum plus utilitatis, quam superiorem urbem, Atheniensibus allaturum putabat: atque adeo saepe hortatus est eos, si forte unquam

Digitized by Google

γῆν βιασθῶσι, καταβάντας ἐς αὐτὴν, ταῖς ναυσὶ πρὸς ἑσπαντας ἀνθίστασθαι. Ἀθηναῖοι μὲν οὖν οὕτως ἐτειχίσθησαν, καὶ τἄλλα κατεσκευάζοντο εὐθὺς μετὰ τὴν Μήδων ἀναχώρησιν.

στδ'. Παυσανίας δὲ ὁ Κλεομβρότου ἐκ Λακεδαίμονος στρατηγὸς τῶν Ἑλλήνων ἐξεπέμφθη μετὰ εἴκοσι νεῶν ἀπὸ Πελοποννήσου. ξυνέπλεον δὲ καὶ Ἀθηναῖοι τριάκοντα ναυσὶ, καὶ τῶν ἄλλων ξυμμάχων πλῆθος· καὶ ἐστράτευσαν ἐς Κύπρον, καὶ αὐτῆς τὰ πολλὰ κατεστρέψαντο· καὶ ὕστερον ἐς Βυζάντιον, Μήδων ἐχόντων, καὶ ἐξεπολιόρκησαν ἐν τῇδε τῇ ἡγεμονίᾳ.

στε'. Ἤδη δὲ καὶ βιαίου ὄντος αὐτοῦ, οἵ τε ἄλλοι Ἕλληνες ἤχθοντο, καὶ οὐχ ἥκιστα οἱ Ἴωνες, καὶ ὅσοι ἐπὶ βασιλέως νεωστὶ ἠλευθέρωντο. Φοιτῶντές τε πρὸς

terra premerentur, ut in eum descenderent, & classe omnibus resisterent. Athenienses igitur statim post Medorum discessum hoc modo urbem muris cinxerunt, & cetera exstruxerunt.

XCIV. Pausanias vero Cleombroti filius Lacedaemonius, Graecorum dux, cum viginti navibus ex Peloponneso est emissus: eumque Athenienses cum triginta navibus sunt comitati, magnusque aliorum sociorum numerus cum eodem navigavit: & cum infesto exercitu in insulam Cyprum iverunt, eiusque multas urbes subegerunt; deinde Byzantium a Medis occupatum petierunt, & huius auspiciis ductuque expugnarunt.

XCV. Cum autem hic insolentius, ac tyrannice iam imperaret; cum alii Graeci rem iniquo animo ferebant, tum vero praecipue Iones, & quotquot regio dominatu recens fuerant liberati. Quamobrem ad Athenienses profecti, pro

Digitized by Google

τοὺς Ἀθηναίους, ἠξίουν αὐτοὺς ἡγεμόνας σφῶν γενέσθαι κατὰ τὸ ξυγγενὲς, καὶ Παυσανίᾳ μὴ ἐπιτρέπειν, ἤν που βιάζηται. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ἐδέξαντό τε τοὺς λόγους, καὶ προσεῖχον τὴν γνώμην ὡς οὐ περιοψόμενοι, τἆλλα τε καταστησόμενοι ἢ Φαίνοιτο ἄριστα αὐτοῖς. ἐν τούτῳ δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι μετεπέμποντο Παυσανίαν, ἀνακρινοῦντες ὧν πέρι ἐπυνθάνοντο. καὶ γὰρ ἀδικία πολλὴ κατηγορεῖτο αὐτοῦ ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων τῶν ἀφικνουμένων, καὶ τυραννίδος μᾶλλον ἐφαίνετο μίμησις ἡ στρατηγία. ξυνέβη τε αὐτῷ καλεῖσθαί τε ἅμα, καὶ τοὺς ξυμμάχους τῷ ἐκείνου ἔχθει παρ' Ἀθηναίους μετατάξασθαι, πλὴν τῶν ἀπὸ Πελοποννήσου στρατιωτῶν. ἐλθὼν δὲ ἐς Λακεδαίμονα, τῶν μὲν ἰδίᾳ πρός τινα ἀδικη-

necessitudine, quae illis cum ipsis intercedebat, eos rogarunt, ut sibi praeessent; nec iniuriae faciendae, si quam vim inferre vellet, licentiam Pausaniae permitterent. Athenienses vero haec verba libenter acceperunt, atque animis in istam curam incubuerunt, ut eos non neglecturi, & cetera constituturi, quemadmodum e re ipsorum maxime futurum intelligerent. Interea vero Lacedaemonii Pausaniam arcessunt, quaestionem habituri de rebus, quas audierant. Etenim multa eius iniusta facinora deferebantur a Graecis, qui Lacedaemona veniebant: & belli administrandi ratio, qua ille utebatur, tyrannidi potius, quam praeturae similis erat. Forte autem accidit, ut, dum ille a Lacedaemoniorum magistratibus vocaretur, eodem temporis articulo socii quoque ad Athenienses transirent, praeter milites ex Peloponneso profectos. Lacedaemona autem profectus, privatarum quidem iniuriarum, privatis illatarum, damnatus est: maximarum vero & publicarum est absolu-

Digitized by Google

μάτων εὐθύνθη, τὰ δὲ μέγιστα ἀπολύεται μὴ ἀδικεῖν. κατηγορεῖτο δὲ αὐτοῦ οὐχ ἥκιστα Μηδισμὸς, καὶ ἐδόκει σαφέστατον εἶναι. καὶ ἐκεῖνον μὲν οὐκέτι ἐκπέμπουσιν ἄρχοντα, Δόρκιν δὲ, καὶ ἄλλους τινὰς μετ' αὐτοῦ, στρατιὰν ἔχοντας οὐ πολλήν· οἷς οὐκέτι ἐφίεσαν οἱ ξύμμαχοι τὴν ἡγεμονίαν. οἱ δὲ, αἰσθόμενοι ἀπῆλθον· καὶ ἄλλους οὐκέτι ὕστερον ἐξέπεμψαν οἱ Λακεδαιμόνιοι, φοβούμενοι μὴ σφίσιν οἱ ἐξιόντες χείρους γίγνωνται· (ὅπερ καὶ ἐν τῷ Παυσανίᾳ ἐνεῖδον) ἀπαλλαξείοντες δὲ καὶ τοῦ Μηδικοῦ πολέμου, καὶ τοὺς Ἀθηναίους νομίζοντες ἱκανοὺς ἐξηγεῖσθαι, καὶ σφίσιν ἐν τῷ τότε παρόντι ἐπιτηδείους.

στστ'. Παραλαβόντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τὴν ἡγεμονίαν τούτῳ τῷ τρόπῳ, ἑκόντων τῶν ξυμμάχων, διὰ τὸ Παυσανίου μῖσος, ἔταξαν ἃς τε ἔδει παρέχειν τῶν πόλεων

tus, & innocens habitus. Praecipue vero accusatus est, quod cum Medis sensisset, & crimen videbatur esse manifestissimum. Et propterea illum quidem non amplius praetorem emiserunt; sed Dorcin, & cum eo nonnullos alios, non magnum exercitum habentes: quibus socii imperium non amplius detulerunt. Illi vero, hac re cognita, discesserunt, nec ullos alios Lacedaemonii postea amplius emiserunt; veriti, ne illi, qui ad bellicas expeditiones proficiscerentur, cum suae reipublicae damno deteriores fierent; id quod in Pausania animadverterant. Simul etiam quia bello Medico liberari cupiebant, & Athenienses satis idoneos duces esse, & tunc temporis adhuc sibi amicos ducebant.

XCVI. Athenienses igitur, cum imperium hoc modo accepissent, sociis volentibus, propter odium, quo Pausaniam prosequebantur, statuerunt, a quibus urbibus pecu-

Digitized by Google

χρήματα πρὸς τὸν βάρβαρον, καὶ ἃς, ναῦς. πρόσχημα γὰρ ἦν ἀμύνεσθαι ὧν ἔπαθον, δηοῦντας τὴν βασιλέως χώραν. καὶ Ἑλληνοταμίαι τότε πρῶτον Ἀθηναίοις κατέστη ἀρχὴ, οἳ ἐδέχοντο τὸν φόρον. οὕτω γὰρ ὠνομάσθη τῶν χρημάτων ἡ φορά. ἦν δ' ὁ πρῶτος φόρος ταχθεὶς, τετρακόσια τάλαντα, καὶ ἑξήκοντα. ταμιεῖόν τε Δῆλος ἦν αὐτοῖς, καὶ ξύνοδοι ἐς τὸ ἱερὸν ἐγίγνοντο.

στζ'. Ἡγούμενοι δὲ αὐτονόμων τοπρῶτον τῶν ξυμμάχων, καὶ ἀπὸ κοινῶν ξυνόδων βουλευόντων, τοσάδε ἐπῆλθον πολέμῳ τε καὶ διαχειρίσει πραγμάτων μεταξὺ τοῦδε τοῦ πολέμου καὶ τοῦ Μηδικοῦ, ἃ ἐγένετο πρός τε τὸν βάρβαρον αὐτοῖς καὶ πρὸς τοὺς σφετέρους ξυμμάχους νεωτερίζοντας, καὶ Πελοποννησίων τοὺς ἀεὶ προστυγχάνοντας ἐν ἑκάστῳ. ἔγραψα δὲ αὐτὰ, καὶ

nias, & a quibus naves adverſus barbarum praeberi oporteret. Haec enim erat ſpecioſa cauſa, quam praetexebant, ut videlicet iniurias a barbaris acceptas ulciſcerentur, regis agrum vaſtantes. Et tunc primum apud Athenienſes conſtitutus eſt magiſtratus Quaeſtorum Graeciae, qui tributum recipiebant. Sic enim appellata eſt pecuniarum contributio. Primum autem tributum, quod conſtitutum fuit, erat quadringentorum & ſexaginta talentorum. Eorum vero aerarium fuit Delos, & in eius templo conventus fiebant.

XCVII. Cum autem initio ſociis imperarent liberis, & de communi conſilio in publicis conciliis conſultantibus, ad tantum imperium pervenerunt bello, rerumque inter hoc & Medicum bellum adminiſtratarum opera, quas ipſi geſſerunt & contra barbarum, & contra ſuos ſocios, qui res novas moliebantur, & contra Peloponneſios, qui caſu ſingulis bellis ſemper intererant. Res autem iſtas ſcripſi, &

Digitized by Google

τὴν ἐκβολὴν τοῦ λόγου ἐποιησάμην διὰ τόδε, ὅτι τοῖς πρὸ ἐμοῦ ἅπασιν ἐκλιπὲς τοῦτο ἦν τὸ χωρίον, καὶ ἢ τὰ πρὸ τῶν Μηδικῶν Ἑλληνικὰ ξυνετίθεσαν, ἢ αὐτὰ τὰ Μηδικά. τούτων δὲ ὅσπερ καὶ ἥψατο ἐν τῇ Ἀττικῇ ξυγγραφῇ Ἑλλάνικος, βραχέως τε καὶ τοῖς χρόνοις οὐκ ἀκριβῶς ἐπεμνήσθη. ἅμα δὲ καὶ τῆς ἀρχῆς ἀπόδειξιν ἔχει τῆς τῶν Ἀθηναίων, ἐν οἵῳ τρόπῳ κατέστη.

στη'. Πρῶτον μὲν Ἠιόνα τὴν ἐπὶ Στρυμόνι, Μήδων ἐχόντων, πολιορκίᾳ εἷλον, καὶ ἠνδραπόδισαν, Κίμωνος τοῦ Μιλτιάδου στρατηγοῦντος. ἔπειτα Σκύρον τὴν ἐν τῷ Αἰγαίῳ νῆσον, ἣν ᾤκουν Δόλοπες, ἠνδραπόδισαν, καὶ ᾤκισαν αὐτοί. πρὸς δὲ καὶ Καρυστίους αὐτοὺς, ἄνευ τῶν ἄλλων Εὐβοέων, πόλεμος ἐγένετο· καὶ χρόνῳ

digreſſionem ab inſtituta narratione feci hac de cauſa, quia hic locus ab omnibus, qui ante me ſcripſerunt, eſt praetermiſſus: nam illi vel res ante bellum Medicum a Graecis geſtas, vel ipſum bellum Medicum conſcripſerunt. In hoc autem numero eſt & Hellanicus, qui in Attica hiſtoria has res attigit, & breviter, temporibuſque non accurate diſtinctis, mentionem earum fecit. Simul etiam aperte demonſtrat, quo modo Athenienſium imperium fuerit conſtitutum.

XCVIII. Primum igitur Eionem, quae ad Strymonem eſt ſita, quam Medi tenebant, obſidione expugnarunt, & incolas, urbe direpta, in ſervitutem abduxerunt, duce Cimone Miltiadis filio. Deinde vero Scyrum, inſulam in Aegaeo ſitam, quam Dolopes incolebant, incolis in ſervitutem abſtractis, diripuerunt, &, colonia eo miſſa, ipſi incoluerunt. Cum Caryſtiis etiam, ſine aliis Euboenſibus, bellum geſſerunt: tandemque certis conditionibus compo-

Digitized by Google

ξυνέβησαν καθ' ὁμολογίαν. Ναξίοις δὲ ἀποστᾶσι μετὰ ταῦτα ἐπολέμησαν, καὶ πολιορκίᾳ παρεστήσαντο. πρώτη τε αὕτη πόλις ξυμμαχὶς παρὰ τὸ καθεστηκὸς ἐδουλώθη· ἔπειτα δὲ καὶ τῶν ἄλλων ὡς ἑκάστη ξυνέβη.

στθ'. Αἰτίαι δὲ ἄλλαι τε ἦσαν τῶν ἀποστάσεων, καὶ μέγισται, αἱ τῶν Φόρων καὶ νεῶν ἔκδειαι, καὶ λειποστρατίου, εἴτῳ ἐγένετο. οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι ἀκριβῶς ἔπρασσον, καὶ λυπηροὶ ἦσαν, οὐκ εἰωθόσιν οὐδὲ βουλομένοις ταλαιπωρεῖν προσάγοντες τὰς ἀναγκας· ἦσαν δέ πως καὶ ἄλλως οἱ Ἀθηναῖοι οὐκέτι ὁμοίως ἐν ἡδονῇ ἄρχοντες, καὶ οὔτε ξυνεστράτευον ἀπὸ τοῦ ἴσου, ῥᾴδιόν τε προσάγεσθαι ἦν αὐτοῖς τοὺς ἀφισταμένους· ὧν αὐτοὶ αἴτιοι ἐγένοντο οἱ ξύμμαχοι. διὰ γὰρ τὴν ἀπόκνησιν ταύτην τῶν στρατειῶν, οἱ πλείους αὐτῶν, ἵνα μὴ ἀπ'

sitionem fecerunt. Postea vero Naxiis, qui defecerant, bellum intulerunt, & obsidione in deditionem receperunt. Atque haec prima sociarum civitatum praeter iuris consuetudinem in servitutem est redacta: mox & aliae, prout cuique contigit.

XCIX. Defectionis vero causae cum aliae fuerunt, tum vero praecipuae, tributorum & navium eiurationes, & militiae recusatio, si cui contigisset. Nam Athenienses pecuniam severe exigebant, & molesti erant, quod hominibus, nec assuetis nec volentibus aerumnas perpeti necessitatem imponerent. Aliis etiam de causis Athenienses sociis erant molesti, quia eadem comitate, qua consueverant, non amplius imperabant; neque ex aequo cum sociis militabant, quod eos, qui deficerent, in suam potestatem ac ditionem facile redigere possent. Quarum acerbitatum ipsi socii fuerunt auctores. Nam ob hanc militiae detrectatae

Digitized by Google

οἴκου ὦσι, χρήματα ἐτάξαντο ἀντὶ τῶν νεῶν τὸ ἰκνούμενον ἀνάλωμα φέρειν. καὶ τοῖς μὲν Ἀθηναίοις ηὔξετο τὸ ναυτικὸν ἀπὸ τῆς δαπάνης ἣν ἐκεῖνοι ξυμφέροιεν, αὐτοὶ δὲ, ὁπότε ἀποσταῖεν, ἀπαράσκευοι καὶ ἄποροι ἐς τὸν πόλεμον καθίσταντο.

ρ'. Ἐγένετο δὲ μετὰ ταῦτα καὶ ἡ ἐπ' Εὐρυμέδοντι ποταμῷ ἐν Παμφυλίᾳ πεζομαχία καὶ ναυμαχία Ἀθηναίων καὶ τῶν ξυμμάχων πρὸς Μήδους. καὶ ἐνίκων τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἀμφότερα Ἀθηναῖοι, Κίμωνος τοῦ Μιλτιάδου στρατηγοῦντος· καὶ εἷλον τριήρεις Φοινίκων, καὶ διέφθειραν τὰς πάσας, ἐς διακοσίας. χρόνῳ δὲ ὕστερον ξυνέβη Θασίους αὐτῶν ἀποστῆναι, διενεχθέντας περὶ τῶν ἐν τῇ ἀντιπέρας Θρᾴκῃ ἐμπορίων, καὶ τοῦ μετάλλου, ἃ ἐνέμοντο. καὶ ναυσὶ μὲν ἐπὶ Θάσον πλεύσαντες

pigritiam, eorum plerique, ne domo abeſſent, pecunias navium loco, ad ſumtus faciendos, pro rata quique portione conferre ſtatuerunt. Atque Athenienſium quidem res navalis augebatur hac pecunia, quam illi ſumtuum militarium cauſa conferebant: ipſi vero, cum defectionem faciebant, imparati & opibus minime inſtructi bellum ſuſcipiebant.

C. Poſt haec autem Athenienſes, eorumque ſocii, cum pedeſtre tum navale proelium in Pamphylia ad flumen Eurymedontem cum Medis commiſerunt. Et eodem die Athenienſes ex utroque victoriam, duce Cimone, Miltiadis filio, reportarunt; & Phoenicum triremes partim ceperunt, partim etiam corruperunt, in univerſum ad ducentas. Poſtea vero accidit, ut Thaſii ab illis deficerent, orta inter illos controverſia de emporiis, quae erant in adverſa Thracia, & de metallis, quae poſſidebant. Athenienſes autem

Digitized by Google

οἱ Ἀθηναῖοι, ναυμαχίᾳ ἐκράτησαν, καὶ ἐς τὴν γῆν ἀπέβησαν. ἐπὶ δὲ Στρυμόνα πέμψαντες μυρίους οἰκήτορας αὐτῶν καὶ τῶν ξυμμάχων ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, ὡς οἰκειοῦντες τὰς τότε καλουμένας Ἐννέα ὁδοὺς, νῦν δὲ Ἀμφίπολιν, τῶν μὲν Ἐννέα ὁδῶν αὐτοὶ ἐκράτησαν ἃς εἶχον Ἠδωνοὶ προελθόντες δὲ τῆς Θρᾴκης ἐς μεσόγειαν, διεφθάρησαν ἐν Δραβήσκῳ τῇ Ἠδωνικῇ ὑπὸ τῶν Θρᾳκῶν ξυμπάντων, οἷς πολέμιον ἦν τὸ χωρίον αἱ Ἐννέα ὁδοὶ κτιζόμενον.

ρά'. Θάσιοι δὲ νικηθέντες μάχαις, καὶ πολιορκούμενοι, Λακεδαιμονίους ἐπεκαλοῦντο, καὶ ἐπαμύνειν ἐκέλευον ἐσβαλόντας ἐς τὴν Ἀττικήν. οἱ δὲ ὑπέσχοντο μὲν κρύφα τῶν Ἀθηναίων, καὶ ἔμελλον, διεκωλύθησαν δὲ ὑπὸ τοῦ γενομένου σεισμοῦ. ἐν ᾧ καὶ οἱ Εἵλωτες αὐ-

cum navibus in Thaſum profecti, Thaſios navali pugna vicerunt, & in terram deſcenderunt: cumque ſub idem tempus ad Strymonem decem millia colonorum, tum ſuorum, tum ſocialium miſiſſent, ut ſibi vindicarent, ac in ſuam poteſtatem redigerent oppidum, quod tunc quidem Novem-viae vocabatur, nunc vero Amphipolis, illo quidem oppido, quod Edoni tenebant, ipſi potiti ſunt: ſed in mediterranea Thraciae loca progreſſi, ad Drabeſcum Edonicam profligati fuerunt ab univerſis Thracibus, quibus infeſtus erat locus ille, qui condebatur, Novem-viae appellatus.

CI. Thaſii vero, variis proeliis victi, & obſeſſi, Lacedaemoniorum auxilium implorabant, eoſque hortabantur, ut, irruptione in Atticam facta, opem ſibi ferrent. Illi vero ſe hoc facturos clam Athenienſibus promiſerunt, ac feciſſent; ſed terrae motu impediti fuerunt: in quo & Helo-

Digitized by Google

τοῖς καὶ τῶν περιοίκων Θουριᾶταί τε καὶ Αἰθεεῖς ἐς Ἰθώμην ἀπέστησαν. πλεῖστοι δὲ τῶν Εἱλώτων ἐγένοντο οἱ τῶν παλαιῶν Μεσσηνίων τότε δουλωθέντων ἀπόγονοι· ᾗ καὶ Μεσσήνιοι ἐκλήθησαν οἱ πάντες. πρὸς μὲν οὖν τοὺς ἐν Ἰθώμῃ πόλεμος καθειστήκει Λακεδαιμονίοις. Θάσιοι δὲ, τρίτῳ ἔτει πολιορκούμενοι, ὡμολόγησαν Ἀθηναίοις, τεῖχός τε καθελόντες καὶ ναῦς παραδόντες, χρήματά τε ὅσα ἔδει ἀποδοῦναι αὐτίκα, ταξάμενοι, καὶ τολοιπὸν φέρειν, τήν τε ἤπειρον καὶ τὸ μέταλλον ἀφέντες.

ρβ'. Λακεδαιμόνιοι δὲ, ὡς αὐτοῖς πρὸς τοὺς ἐν Ἰθώμῃ ἐμηκύνετο ὁ πόλεμος, ἄλλους τε ἐπεκαλέσαντο ξυμμάχους, καὶ Ἀθηναίους. οἱ δ' ἦλθον, Κίμωνος στρατηγοῦντος πλήθει οὐκ ὀλίγῳ. μάλιστα δ' αὐτοὺς ἐπε-

tes, & ex finitimis Thuriatae, & Aetheenſes Ithomen ſeceſſerunt. Fuerunt autem ex Helotibus plurimi ab antiquis illis Meſſeniis, tunc in ſervitutem redactis, oriundi, quamobrem etiam omnes vocabantur Meſſenii. Lacedaemonii igitur bellum ſuſceperunt adverſus illos, qui erant Ithomae. Thaſii vero tertio obſidionis anno Athenienſibus ſeſe dediderunt his conditionibus, ut urbis ſuae muros demolirentur, naves traderent, & imperatam pecuniam perſolverent, tam eam, quam in praeſentia eos numerare, quam eam, quam in poſterum pendere oportebat, utque ipſis & continente & metallis cederent.

CII. Lacedaemonii vero, cum bellum adverſus eos ſuſceptum, qui Ithomae erant, produceretur, cum aliorum ſociorum, tum etiam Athenienſium opem auxiliumque implorarunt. Illi vero, Cimone duce, cum non exiguis copiis ad eos iverunt. Illos autem potiſſimum evocarunt,

Digitized by Google

καλέσαντο ὅτι τειχομαχεῖν ἐδόκουν δυνατοὶ εἶναι. τοῖς δὲ, πολιορκίας μακρᾶς καθεστηκυίας, τούτου ἐνδεᾶ ἐφαίνετο. βίᾳ γὰρ ἂν εἷλον τὸ χωρίον· καὶ διαφορὰ ἐκ ταύτης τῆς στρατείας πρῶτον Λακεδαιμονίοις καὶ Ἀθηναίοις φανερὰ ἐγένετο. οἱ γὰρ Λακεδαιμόνιοι, ἐπειδὴ τὸ χωρίον βίᾳ οὐχ ἡλίσκετο, δείσαντες τῶν Ἀθηναίων τὸ τολμηρὸν καὶ τὴν νεωτεροποιΐαν, καὶ ἀλλοφύλους ἅμα ἡγησάμενοι, μήτε, ἢν παραμείνωσιν, ὑπὸ τῶν ἐν Ἰθώμῃ πεισθέντες νεωτερίσωσι, μόνους τῶν ξυμμάχων ἀπέπεμψαν· τὴν μὲν ὑποψίαν οὐ δηλοῦντες, εἰπόντες δὲ ὅτι οὐδὲν προσδέονται αὐτῶν ἔτι. οἱ δ' Ἀθηναῖοι ἔγνωσαν οὐκ ἐπὶ τῷ βελτίονι λόγῳ ἀποπεμπόμενοι, ἀλλά τινος ὑπόπτου γενομένου· καὶ δεινὸν ποιησάμενοι, καὶ οὐκ ἀξιώσαντες ὑπὸ Λακεδαιμονίων τοῦτο παθεῖν, εὐθὺς

quod ad murorum & urbium oppugnationem ſtrenui eſſe viderentur. Cum igitur ipſis longa eſſet obſidio, hac re opus eſſe videbatur. Vi enim locum expugnaſſent. Et ob hanc expeditionem diſſenſio tunc primum inter Lacedaemonios & Athenienſes apparuit manifeſta. Lacedaemonii enim, cum oppidum per vim non caperetur, metuentes Athenienſium audaciam, & ingenium ad res novandas promtum, ſimul etiam illos alienigenas eſſe rati, ne quid novi, ſi diutius ſecum manſiſſent, ab illis, qui Ithomae erant, impulſi molirentur, ſolos omnium ſociorum dimiſerunt: ſuam quidem ſuſpicionem non declarantes, ſed, ſe illorum auxiliis non amplius indigere, dicentes. Athenienſes vero ſe non bona de cauſa, ſed aliqua ſuſpicione orta, dimitti cognoverunt. Quare facinus hoc atrox & minime ferendum iudicantes, nec ita de Lacedaemoniis ſe meritos eſſe exiſtimantes, ut hanc iniuriam ab illis acciperent, ſta-

Digitized by Google

ἐπειδὴ ἀνεχώρησαν, ἀφέντες τὴν γενομένην ἐπὶ τῷ Μήδῳ ξυμμαχίαν πρὸς αὐτοὺς, Ἀργείοις τοῖς ἐκείνων πολεμίοις ξύμμαχοι ἐγένοντο· καὶ πρὸς Θεσσαλοὺς ἅμα ἀμφοτέροις οἱ αὐτοὶ ὅρκοι καὶ ξυμμαχία κατέστη.

ργ΄. Οἱ δ' ἐν Ἰθώμῃ δεκάτῳ ἔτει, ὡς οὐκέτι ἐδύναντο ἀντέχειν, ξυνέβησαν πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους ἐφ' ᾧ τε ἐξίασιν ἐκ Πελοποννήσου ὑπόσπονδοι, καὶ μηδέποτε ἐπιβήσονται αὐτῆς· ἢν δέ τις ἁλίσκηται, τοῦ λαβόντος εἶναι δοῦλον. ἦν δέ τι καὶ χρηστήριον τοῖς Λακεδαιμονίοις Πυθικὸν πρότου, τὸν ἱκέτην τοῦ Διὸς τοῦ Ἰθωμήτα ἀφιέναι. ἐξῆλθον δὲ αὐτοὶ, καὶ παῖδες, καὶ γυναῖκες. καὶ αὐτοὺς Ἀθηναῖοι δεξάμενοι κατ' ἔχθος ἤδη τὸ Λακεδαιμονίων, ἐς Ναύπακτον κατῴκισαν, ἣν ἔτυχον ἠρηκότες νεωστὶ, Λοκρῶν τῶν Ὀζολῶν ἐχόντων.

tim, ſimulac domum redierunt, relicta ſocietate, quam cum illis contra Medum contraxerant, novam cum Argivis illorum hoſtibus inierunt. Simul etiam utrique, adhibito iureiurando, iiſdem conditionibus ſocietatem cum Theſſalis fecerunt.

CIII. Illi vero, qui Ithomae erant, decimo demum anno, cum hoſti diutius reſiſtere non poſſent, compoſitione cum Lacedaemoniis facta, ſe ipſis dediderunt, his conditionibus, ut fide publica freti ex Peloponneſo excederent, nec unquam amplius in eam reverterentur: quod ſi quis in eam reverſus caperetur, eius, qui eum cepiſſet, ſervus eſſet. Erat etiam oraculum quoddam Pythium Lacedaemoniis ante redditum, quo monebantur, ut Iovis Ithomitae ſupplicem dimitterent. Exierunt autem ipſi, & liberi, & uxores. Athenienſes vero ipſos excipientes propter odium, quo iam Lacedaemonios perſequebantur, Naupacti collo-

Digitized by Google

προσεχώρησαν δὲ καὶ Μεγαρῆς Ἀθηναίοις ἐς ξυμμαχίαν, Λακεδαιμονίων ἀποστάντες, ὅτι αὐτοὺς Κορίνθιοι περὶ γῆς ὅρων πολέμῳ κατεῖχον. καὶ ἔσχον Ἀθηναῖοι Μέγαρα καὶ Πηγάς· καὶ τὰ μακρὰ τείχη ᾠκοδόμησαν Μεγαρεῦσι τὰ ἀπὸ τῆς πόλεως ἐς Νίσαιαν· καὶ ἐφρούρουν αὐτοί. καὶ Κορινθίοις μὲν οὐχ ἥκιστα ἀπὸ τοῦδε τὸ ὀφθὸν μῖσος ἤρξατο πρῶτον ἐς Ἀθηναίους γενέσθαι.

ρδ'. Ἰνάρως δὲ ὁ Ψαμμητίχου, Λίβυς, βασιλεὺς Λιβύων τῶν πρὸς Αἰγύπτῳ, ὁρμώμενος ἐκ Μαρείας τῆς ὑπὲρ Φάρου πόλεως, ἀπέστησεν Αἰγύπτου τὰ πλέω ἀπὸ βασιλέως Ἀρταξέρξου· καὶ αὐτὸς ἄρχων γενόμενος, Ἀθηναίους ἐπηγάγετο. οἱ δὲ (ἔτυχον γὰρ ἐς Κύπρον στρατευόμενοι ναυσὶ διακοσίαις αὐτῶν τε καὶ τῶν

carunt; quam urbem a Locris Ozolis occupatam nuper ceperant: Megarenſes etiam, a Lacedaemoniis defectione facta, quod eos Corinthii, de agri finibus contendentes, bello premerent, Athenienſium partibus ſeſe adiunxerunt, & ſocietatem cum ipſis inierunt. Et Athenienſes tenuerunt Megara, & Pegas: & longos muros Megarenſibus ab urbe ad Niſaeam uſque aedificarunt, eoſque ipſi tuebantur. Atque hinc praecipue natum eſt illud & vehemens Corinthiorum odium in Athenienſes.

CIV. Inarus autem Pſammetichi filius, Afer, rex Afrorum Aegypto finitimorum, ex urbe Marea, quae ſupra Pharum eſt ſita, profectus, maiorem Aegypti partem ad defectionem a rege Artaxerxe faciendam impulit. Et ipſe copiarum dux creatus, Athenienſes ad belli ſocietatem accivit. Illi vero (tunc enim forte cum ducentis navibus, tum ſuis, tum ſociorum, bellum Cypro intulerant) Cy-

Digitized by Google

ξυμμάχων) ἦλθον, ἀπολιπόντες τὴν Κύπρον· καὶ ἀναπλεύσαντες ἀπὸ θαλάσσης ἐς τὸν Νεῖλον, τοῦ τε ποταμοῦ κρατοῦντες, καὶ τῆς Μέμφιδος τῶν δύο μερῶν, πρὸς τὸ τρίτον μέρος, ὃ καλεῖται Λευκὸν τεῖχος, ἐπολέμουν. ἐνῆσαν δὲ αὐτόθι Περσῶν καὶ Μήδων οἱ καταφυγόντες, καὶ Αἰγυπτίων οἱ μὴ ξυναποστάντες.

ρε'. Ἀθηναίοις δὲ ναυσὶν ἀποβᾶσιν ἐς Ἁλιὰς, πρὸς Κορινθίους καὶ Ἐπιδαυρίους μάχη ἐγένετο· καὶ ἐνίκων Κορίνθιοι. καὶ ὕστερον Ἀθηναῖοι ἐναυμάχησαν ἐπὶ Κεκρυφαλείᾳ Πελοποννησίων ναυσί· καὶ ἐνίκων Ἀθηναῖοι. πολέμου δὲ καταστάντος πρὸς Αἰγινήτας Ἀθηναίοις, μετὰ ταῦτα ναυμαχία γίγνεται ἐπ' Αἰγίνῃ μεγάλη Ἀθηναίων καὶ Αἰγινητῶν· καὶ οἱ ξύμμαχοι ἑκατέροις παρῆσαν. καὶ ἐνίκων Ἀθηναῖοι, καὶ ναῦς ἑβδομήκοντα λαβόντες αὐτῶν, ἐς τὴν γῆν ἀπέβησαν. καὶ ἐπολιόρ-

pro relicta eo iverunt, & ex mari Nilum ingressi, & flumine ipso & duabus Memphidis partibus potiti, ad tertiam partem, quae Murus-albus appellatur, bellum gerebant. Ibi autem inerant Persae, & Medi, qui eo confugerant, & quotquot de Aegyptiis a rege cum aliis non defecerant.

CV. Athenienses vero navibus ad Halias egressi, proelium cum Corinthiis & Epidauriis commiserunt, & Corinthii eos vicerunt. Posteaque Athenienses navali pugna ad Cecryphaleam cum Peloponnesiorum classe conflixerunt, & tunc Athenienses victores fuerunt. Postea autem, bello adversus Aeginetas ab Athenienſibus moto, magnum navale proelium ad Aeginam inter Aeginetas & Athenienses commissum est, & in eo socii utrisque adfuerunt. Athenienses vero Aeginetas vicerunt, captisque illorum septuaginta navibus, in terram descenderunt, & duce Leocrate

Digitized by Google

κουν, Λεωκράτους τοῦ Στροίβου στρατηγοῦντος. ἔπειτα Πελοποννήσιοι ἀμύνειν βουλόμενοι Αἰγινήταις, ἐς μὲν τὴν Αἴγιναν τριακοσίους ὁπλίτας πρότερον Κορινθίων καὶ Ἐπιδαυρίων ἐπικούρους διεβίβασαν, τὰ δὲ ἄκρα τῆς Γερανείας κατέλαβον· καὶ ἐς τὴν Μεγαρίδα κατέβησαν Κορίνθιοι μετὰ τῶν ξυμμάχων, νομίζοντες ἀδυνάτους ἔσεσθαι Ἀθηναίους βοηθεῖν τοῖς Μεγαρεῦσιν, ἔν τε Αἰγίνῃ, ἀπούσης στρατιᾶς πολλῆς, καὶ ἐν Αἰγύπτῳ· ἦν δὲ καὶ βοηθῶσιν, ἀπ' Αἰγίνης ἀναστήσεσθαι αὐτούς. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι τὸ μὲν πρὸς Αἰγίνῃ στράτευμα οὐκ ἐκίνησαν, τῶν δ' ἐκ τῆς πόλεως ὑπολοίπων οἵτε πρεσβύτατοι καὶ οἱ νεώτατοι ἀφικνοῦνται ἐς τὰ Μέγαρα, Μυρωνίδου στρατηγοῦντος. καὶ μάχης γενομένης ἰσορρόπου πρὸς Κορινθίους, διεκρίθησαν ἀπ' ἀλλήλων, καὶ ἐνόμισαν αὐτοὶ ἑκάτεροι οὐκ ἔλασσον ἔχειν ἐν τῷ ἔργῳ. καὶ

Stroebi filio urbem obsidere coeperunt. Deinde Peloponnesii, cum opem Aeginetis ferre vellent, trecentos gravis armaturae milites, qui Corinthiis & Epidauriis auxilium ante tulerant, in Aeginam transmiserunt, & Geraneae summa iuga occuparunt. Corinthii vero cum sociis in agrum Megarensem descenderunt, quod Athenienses propter absentiam magnarum copiarum, quae partim in Aegina, partim etiam in Aegypto erant, Megarensibus opem ferre non posse existimarent: &, si opem illis ferrent, se ex Aegina motis castris discessuros. Sed Athenienses copias quidem, quae ad Aeginam erant, suo loco non moverunt: at ex reliquis, qui in civitate erant, tam seniores, quam iuniores, duce Myronide Megara se contulerunt. Et, pugna aequo Marte cum Corinthiis commissa, alteri ab alteris diremti sunt, & utrique non deteriore conditione rem in

Digitized by Google

οἱ μὲν Ἀθηναῖοι (ἐκράτησαν γὰρ ὅμως μᾶλλον) ἀπελθόντων τῶν Κορινθίων, τροπαῖον ἔστησαν. οἱ δὲ Κορίνθιοι, κακιζόμενοι ὑπὸ τῶν ἐν τῇ πόλει πρεσβυτέρων, καὶ παρασκευασάμενοι ἡμέρας ὕστερον δώδεκα μάλιστα, ἐλθόντες ἀνθίστασαν τροπαῖον καὶ αὐτοὶ ὡς νικήσαντες. καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐκβοήσαντες ἐκ τῶν Μεγάρων, τούς τε τὸ τροπαῖον ἱστάντας διαφθείρουσι, καὶ τοῖς ἄλλοις ξυμβαλόντες ἐκράτησαν.

ροτ'. Οἱ δὲ, νικώμενοι ὑπεχώρουν· καί τι αὐτῶν μέρος οὐκ ὀλίγον προσβιασθὲν, καὶ διαμαρτὸν τῆς ὁδοῦ, ἐσέπεσεν ἔς του χωρίον ἰδιώτου, ᾧ ἔτυχεν ὄρυγμα μέγα περιεῖργον, καὶ οὐκ ἦν ἔξοδος. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι γνόντες, κατὰ πρόσωπόν τε εἶργον τοῖς ὁπλίταις, καὶ περιστήσαντες κύκλῳ τοὺς ψιλοὺς, κατέλευσαν πάντας τοὺς

proelio a se gestam existimarunt. Ac Athenienses quidem (nam licet alteri victoriam sibi vindicarent, tamen longe superiores fuerant) post Corinthiorum discessum tropaeum statuerunt. Corinthii vero increpiti a senioribus, qui in urbe erant, duodecim ferme diebus post instructi venerunt, & tropaeum e regione alterius ipsi quoque tanquam victores statuunt. Sed Athenienses, clamore sublato, & eruptione Megaris facta, & illos, qui tropaeum erigebant, interfecerunt, & cum ceteris congressi, eos superarunt.

CVI. Illi vero superati discesserunt: quaedam autem eorum non exigua pars, quae ab hoste insequente premebatur, & a recta via aberraverat, incidit in cuiusdam hominis privati praedium, in quo magna erat fossa, quae illos undique includebat, nec ullum exitum habebat. Athenienses vero, re cognita, oppositis a fronte gravis armaturae militibus, exitu prohibebant, &, levis armaturae

Digitized by Google

εἰσελθόντας. καὶ πάθος μέγα τοῦτο τοῖς Κορινθίοις ἐγένετο. τὸ δὲ πλῆθος ἀπεχώρησεν αὐτοῖς τῆς στρατιᾶς ἐπ' οἴκου.

ρξ'. Ἤρξαντο δὲ κατὰ τοὺς χρόνους τούτους καὶ τὰ μακρὰ τείχη Ἀθηναῖοι ἐς θάλασσαν οἰκοδομεῖν, τό, τε Φαληρόνδε καὶ τὸ ἐς Πειραιᾶ. καὶ Φωκέων στρατευσάντων ἐς Δωριᾶς, τὴν Λακεδαιμονίων μητρόπολιν, Βοιὸν, καὶ Κυτίνιον, καὶ Ἐρινεὸν, καὶ ἑλόντων ἓν τῶν πολισμάτων τούτων, οἱ Λακεδαιμόνιοι, Νικομήδους τοῦ Κλεομβρότου ὑπὲρ Πλειστοάνακτος τοῦ Παυσανίου βασιλέως, νέου ὄντος ἔτι, ἡγουμένου, ἐβοήθησαν τοῖς Δωριεῦσιν, ἑαυτῶν τε πεντακοσίοις καὶ χιλίοις ὁπλίταις, καὶ τῶν ξυμμάχων μυρίοις. καὶ τοὺς Φωκέας ὁμολογίᾳ ἀναγκάσαντες ἀποδοῦναι τὴν πόλιν, ἀπεχώρουν πάλιν· καὶ κατὰ θάλασσαν μὲν αὐτοὺς

militibus circumcirca collocatis, eos omnes, qui locum illum ingressi fuerant, lapidibus obruerunt. Atque clades ista, quam Corinthii tunc acceperunt, fuit insignis. Reliqua vero illorum exercitus turba domum rediit.

CVII. Sub eadem tempora Athenienses longos etiam muros ad mare usque coeperunt aedificare, alterum ad Phalerum usque portum, alterum ad Piraeeum. Cum autem Phocenses expeditionem suscepissent contra Dorienses, Lacedaemoniorum metropolin, Boeon, Cytinium, & Erineon; cumque unum ex his cepissent, Lacedaemonii, duce Nicomede Cleombroti filio, pro Pliſtoanacte Pausaniae regis filio, qui adhuc erat iunior, Dorienſibus opem tulerunt, cum mille & quingentis militibus de suis, & decem millibus sociorum: cumque Phocenses, deditione certis conditionibus facta, urbem reddere coëgissent, domum redie-

Digitized by Google

διὰ τοῦ Κρισσαίου κόλπου εἰ βούλοιντο περαιοῦσθαι, Ἀθηναῖοι ναυσὶ περιπλεύσαντες ἔμελλον κωλύσειν· διὰ δὲ τῆς Γερανείας οὐκ ἀσφαλὲς ἐφαίνετο αὐτοῖς, Ἀθηναίων ἐχόντων Μέγαρα καὶ Πηγὰς, πορεύεσθαι. δύσοδός τε γὰρ ἡ Γεράνεια, καὶ ἐφρουρεῖτο ἀεὶ ὑπὸ Ἀθηναίων· καὶ τότε ἠσθάνοντο αὐτοὺς μέλλοντας καὶ ταύτῃ κωλύσειν. ἔδοξε δ' αὐτοῖς ἐν Βοιωτοῖς περιμείνασι σκέψασθαι ὅτῳ τρόπῳ ἀσφαλέστατα διαπορεύσονται. τὸ δέ τι καὶ ἄνδρες τῶν Ἀθηναίων ἐπῆγον αὐτοὺς κρύφα, ἐλπίσαντες δῆμόν τε καταπαύσειν, καὶ τὰ μακρὰ τείχη οἰκοδομούμενα. ἐβοήθησαν δὲ ἐπ' αὐτοὺς οἱ Ἀθηναῖοι πανδημεὶ, καὶ Ἀργείων χίλιοι, καὶ τῶν ἄλλων ξυμμάχων ὡς ἕκαστοι. ξύμπαντες δὲ ἐγένοντο τετρακισχίλιοι καὶ μύριοι. νομίσαντες δὲ ἀπορεῖν ὅπῃ διέλθωσιν,

runt. Eos autem, si per sinum Crissaeum mari transire voluissent, Athenienses navibus circumvecti impediturі erant. Per Geraneam vero transire non tutum ipsis esse videbatur, quod Athenienses Megara & Pegas tenerent. Nam Geranea & transitu difficilis erat, & Athenensium praesidio semper custodiebatur. Tunc autem praesensérunt, fore, ut illi hac quoque parte se transire prohiberent. Quamobrem visum est ipsis, apud Boeotos subsistere, & despicere, quanam ratione quam tutissime transire possent. Quin etiam Athenensium nonnulli clam ipsos sollicitabant, quia democratiam, & longos muros, qui aedificabantur, tolli sperabant. Athenienses vero, copiis ex omni totius populi genere, ordine, ac aetate collectis, & Argivorum mille, & ceteris sociis, prout quique (universorum autem fuerant quatuordecim hominum millia) obviam illis prodierunt. Cum enim existimassent, hostes nescire, qua

Digitized by Google

οὐ προὐχώρει, καὶ τὰ χρήματα ἄλλως ἀναλοῦτο, ὁ μὲν Μεγάβαζος καὶ τὰ λοιπὰ τῶν χρημάτων πάλιν ἐς τὴν Ἀσίαν ἀνεκομίσθη. Μεγάβαζον δὲ τὸν Ζωπύρου πέμπει, ἄνδρα Πέρσην, μετὰ στρατιᾶς πολλῆς· ὃς ἀφικόμενος κατὰ γῆν τούς τε Αἰγυπτίους καὶ τοὺς ξυμμάχους μάχῃ ἐκράτησε, καὶ ἐκ τῆς Μέμφιδος ἐξήλασε τοὺς Ἕλληνας, καὶ τέλος ἐς Προσωπίτιδα τὴν νῆσον κατέκλεισε· καὶ ἐπολιόρκει ἐν αὐτῇ ἐνιαυτὸν καὶ μῆνας ἓξ, μέχρις οὗ ξηράνας τὴν διώρυχα, καὶ παρατρέψας ἄλλῃ τὸ ὕδωρ, τάς τε ναῦς ἐπὶ τοῦ ξηροῦ ἐποίησε, καὶ τῆς νήσου τὰ πολλὰ ἤπειρον· καὶ διαβὰς εἷλε τὴν νῆσον πεζῇ.

ρι'. Οὕτω μὲν τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα ἐφθάρη, ἓξ ἔτη πολεμήσαντα· καὶ ὀλίγοι ἀπὸ πολλῶν πορευόμενοι διὰ τῆς Λιβύης, ἐς Κυρήνην διεσώθησαν, οἱ δὲ πλεῖστοι ἀπώλοντο. Αἴγυπτος δὲ πάλιν ὑπὸ βασιλεῖ

Athenienſes averteret. Sed cum res ipſi non ſuccederet, & pecuniae fruſtra conſumerentur; Megabazus quidem cum pecuniis, quae reliquae erant, in Aſiam rediit. Megabazum vero Zopyri filium, virum Perſam, cum ingentibus copiis eo miſit: qui terreſtri itinere profectus, & Aegyptios & ſocios proelio vicit, & Graecos Memphide expulit, tandemque in Proſopitide inſula eos concluſit; ac in ea annum integrum & ſex menſes obſedit, donec, exſiccato foſſae alveo, & aqua alio averſa, effecit, ut naves in ſicco conſiderent, & magna inſulae pars continentis inſtar eſſet: inſulamque cum peditatu eo traiiciens cepit.

CX. Sic igitur perierunt res Graecorum, qui bellum in Aegypto ſex annos geſſerant, & ex multis pauci, per Africam tranſeuntes, Cyrenem ſalvi pervenerunt: at plerique

Digitized by Google

ἐγένετο, πλὴν Ἀμυρταίου τοῦ ἐν τοῖς ἕλεσι βασιλέως. τοῦτον δὲ διὰ μέγεθός τε τοῦ ἕλους οὐκ ἐδύναντο ἑλεῖν, καὶ ἅμα μαχιμώτατοί εἰσι τῶν Αἰγυπτίων οἱ ἕλειοι. Ἰνάρως δὲ ὁ τῶν Λιβύων βασιλεὺς, ὃς τὰ πάντα ἔπραξε περὶ τῆς Αἰγύπτου, προδοσίᾳ ληφθεὶς, ἀνεσταυρώθη. ἐκ δὲ τῶν Ἀθηναίων καὶ τῆς ἄλλης ξυμμαχίδος πεντήκοντα τριήρεις διάδοχοι πλέουσαι ἐς Αἴγυπτον, ἔσχον κατὰ τὸ Μενδήσιον κέρας, οὐκ εἰδότες τῶν γεγενημένων οὐδέν. καὶ αὐτοῖς ἔκ τε γῆς ἐπιπεσόντες πεζοὶ, καὶ ἐκ θαλάσσης Φοινίκων ναυτικὸν, διέφθειραν τὰς πολλὰς τῶν νεῶν, αἱ δ' ἐλάσσους διέφυγον πάλιν. τὰ μὲν κατὰ τὴν μεγάλην στρατείαν Ἀθηναίων τε καὶ τῶν ξυμμάχων ἐς Αἴγυπτον οὕτως ἐτελεύτησεν.

ριά. Ἐκ δὲ Θεσσαλίας Ὀρέστης ὁ Ἐχεκρατίδου

perierunt. Aegyptus vero in regis ditionem rediit, praeter regem Amyrtaeum, qui in paludibus regnabat, hunc enim propter paludis magnitudinem expugnare nequiverunt: simul etiam, quia, qui paludes illas incolunt, sunt Aegyptiorum bellicosissimi. Inarus vero Afrorum rex, qui fuerat auctor omnium harum rerum, quae in Aegypto sunt gestae, per proditionem captus, in crucem est actus. Athenienses vero, aliique socii, qui quinquaginta triremibus vecti, suis succesturi, in Aegyptum navigabant, rerum gestarum prorsus ignari, ad Mendesium Nili cornu appulerunt. Cum autem hostes a terra impressionem in ipsos fecissent, & a mari Phoenicum classis eos invasisset, plerasque naves illorum profligarunt: at pauciores fuga, se retro proripientes, evaserunt. Illa igitur magna Athenensium & sociorum expeditio, in Aegyptum facta, hunc habuit exitum.

Digitized by Google

υἱὸς τοῦ Θεσσαλῶν βασιλέως, φεύγων, ἔπεισεν Ἀθηναίους ἑαυτὸν κατάγειν. καὶ παραλαβόντες τοὺς Βοιωτοὺς καὶ Φωκέας ὄντας ξυμμάχους οἱ Ἀθηναῖοι, ἐστράτευσαν τῆς Θεσσαλίας ἐπὶ Φάρσαλον. καὶ τῆς μὲν γῆς ἐκράτουν ὅσα μὴ προϊόντες πολὺ ἐκ τῶν ὅπλων, (οἱ γὰρ ἱππεῖς τῶν Θεσσαλῶν εἶργον) τὴν δὲ πόλιν οὐχ εἷλον, οὐδ' ἄλλο προὐχώρει αὐτοῖς οὐδὲν ὧν ἕνεκα ἐστράτευσαν, ἀλλ' ἀπεχώρησαν πάλιν Ὀρέστην ἔχοντες ἄπρακτοι. μετὰ δὲ ταῦτα οὐ πολλῷ ὕστερον χίλιοι Ἀθηναίων ἐπὶ τὰς ναῦς τὰς ἐν Πηγαῖς ἐπιβάντες (εἶχον δ' αὐτοὶ τὰς Πηγὰς) παρέπλευσαν ἐς Σικυῶνα, Περικλέους τοῦ Ξανθίππου στρατηγοῦντος. καὶ ἀποβάντες Σικυωνίων τοὺς προσμίξαντας μάχῃ ἐκράτησαν. καὶ εὐθὺς παραλαβόντες Ἀχαιοὺς, καὶ διαπλεύσαντες πέραν, τῆς

CXI. Oreſtes autem Echecratidae Theſſalorum regis filius, ex Theſſalia profugus, Athenienſibus perſuaſit, ut ſe in patriam reducerent. Athenienſes vero, aſſumtis Boeotis & Phocenſibus ſociis, expeditionem adverſus Pharſalum Theſſaliae ſuſceperunt: & tantum agri in ſua poteſtate habebant, quantum a caſtris ſigniſque non longe progreſſi ſibi parare poterant: (Theſſalorum enim equites eos prohibebant) ſed urbem non ceperunt, nec eorum aliud quidquam, quorum cauſa illam expeditionem ſuſceperant, ipſis ſucceſſit: ſed cum Oreſte, quem ſecum ducebant, domum re infecta redierunt. Nec multo poſt haec mille Athenienſes, navibus conſcenſis, quae Pegis erant, (ipſi enim Pegas tenebant) duce Pericle Xanthippi filio contra Sicyonem navigarunt, &, exceſſu e navibus in terram facto, Sicyonios, qui ſecum conflixerant, proelio vicerunt. Cumque ſtatim Achaeos aſſumſiſſent, & in ulteriores par-

Digitized by Google

Ἀκαρνανίας ἐς Οἰνιάδας ἐστράτευσαν, καὶ ἐπολιόρκουν. οὐ μέντοι εἶλόν γε, ἀλλ' ἀπεχώρησαν ἐπ' οἴκου.

ριβ'. Ὕστερον δὲ διαλιπόντων ἐτῶν τριῶν σπονδαὶ γίγνονται Πελοποννησίοις καὶ Ἀθηναίοις πενταετεῖς. καὶ Ἑλληνικοῦ μὲν πολέμου ἔσχον οἱ Ἀθηναῖοι, ἐς δὲ Κύπρον ἐστρατεύοντο ναυσὶ διακοσίαις αὐτῶν τε καὶ τῶν ξυμμάχων, Κίμωνος στρατηγοῦντος. καὶ ἑξήκοντα μὲν νῆες ἐς Αἴγυπτον ἀπ' αὐτῶν ἔπλευσαν, Ἀμυρταίου μεταπέμποντος, τοῦ ἐν τοῖς ἕλεσι βασιλέως· αἱ δὲ ἄλλαι Κίτιον ἐπολιόρκουν. Κίμωνος δὲ ἀποθανόντος, καὶ λιμοῦ γενομένου, ἀπεχώρησαν ἀπὸ Κιτίου· καὶ πλεύσαντες ὑπὲρ Σαλαμῖνος τῆς ἐν Κύπρῳ, Φοίνιξι καὶ Κυπρίοις καὶ Κίλιξιν ἐναυμάχησαν καὶ ἐπεζομάχησαν ἅμα. καὶ νικήσαντες ἀμφότερα ἀπεχώρησαν ἐπ' οἴκου, καὶ αἱ ἐξ Αἰγύπτου νῆες πάλιν αἱ ἐλθοῦσαι μετ' αὐ-

tes traiecissent, Oeniadis Acarnanjae civitati bellum intulerunt, eamque obsederunt: sed tamen non ceperunt, at domum reverterunt.

CXII. Postea vero, intermisso triennio, foedera quinquennalia inter Peloponnesios & Athenienses inita sunt. Et Athenienses Graeco quidem bello superfuerunt: at cum ducentis tum suorum, tum sociorum navibus Cypro bellum intulerunt, Cimonis ductu. Atque ex his sexaginta naves in Aegyptum navigarunt, quas Amyrtaeus, qui in paludibus regnabat, arcessiverat; reliquae vero Citium obsidebant. Sed, Cimone vita defuncto, fameque exorta, a Citio recessserunt: cursumque navigationis tenentes supra Salaminem, quae est in Cypro, cum Phoenicibus, & Cypriis, & Cilicibus navalem ac pedestrem pugnam simul commiserunt: &, victoria ex utroque proelio reportata, do-

Digitized by Google

τῶν. Λακεδαιμόνιοι δὲ μετὰ ταῦτα τὸν ἱερὸν καλούμενον πόλεμον ἐστράτευσαν· καὶ κρατήσαντες τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ, παρέδοσαν Δελφοῖς. καὶ αὖθις ὕστερον Ἀθηναῖοι, ἀποχωρησάντων αὐτῶν, στρατεύσαντες καὶ κρατήσαντες παρέδοσαν Φωκεῦσι.

ριγ'. Καὶ χρόνου ἐγγενομένου, μετὰ ταῦτα Ἀθηναῖοι Βοιωτῶν τῶν Φευγόντων ἐχόντων Ὀρχομενὸν καὶ Χαιρώνειαν, καὶ ἄλλ' ἄττα χωρία τῆς Βοιωτίας, ἐστράτευσαν, ἑαυτῶν μὲν χιλίοις ὁπλίταις, τῶν δὲ ξυμμάχων ὡς ἑκάστοις, ἐπὶ τὰ χωρία ταῦτα, πολέμια ὄντα, Τολμίδου τοῦ Τολμαίου στρατηγοῦντος. καὶ Χαιρώνειαν ἑλόντες καὶ ἀνδραποδίσαντες, ἀπεχώρουν, Φυλακὴν καταστήσαντες. πορευομένοις δὲ αὐτοῖς ἐν Κορωνείᾳ ἐπιτίθενται οἵ τε ἐκ τῆς Ὀρχομένου φυγάδες

mum redierunt. Et naves, quae ex Aegypto redierant, cum ipsis discesserunt. Lacedaemonii vero post haec bellum, quod Sacrum appellatur, susceperunt; potitique templo, quod est Delphis, id Delphis tradiderunt. Athenienses vero contra, post illorum discessum, cum exercitu eo profecti, & Delphis superatis, templum Phocensibus tradiderunt.

CXIII. Interiecto deinde tempore, postea cum Boeotorum exsules Orchomenum, & Chaeroneam, nec non alia quaedam Boeotiae oppida tenerent, Athenienses cum mille gravis armaturae militibus ex suis & ex sociorum civitatibus, prout singulis aut venire, aut milites pro se mittere licuerat, in illa loca, quae inimica erant, expeditionem Tolmidae Tolmaei filii ductu susceperunt. Et, Chaeronea capta ac direpta, & incolis in servitutem abstractis, praesidio in ea collocato, discesserunt. Boeotorum vero exsules, & cum ipsis Locri, & Euboënsium exsules, & alii,

Digitized by Google

Βοιωτῶν, καὶ Λοκροὶ μετ' αὐτῶν, καὶ Εὐβοέων φυγάδες, καὶ ὅσοι τῆς αὐτῆς γνώμης ἦσαν. καὶ μάχῃ κρατήσαντες, τοὺς μὲν διέφθειραν τῶν Ἀθηναίων, τοὺς δὲ, ζῶντας ἔλαβον. καὶ τὴν Βοιωτίαν ἐξέλιπον Ἀθηναῖοι πᾶσαν, σπονδὰς ποιησάμενοι ἐφ' ᾧ τοὺς ἄνδρας κομιοῦνται. καὶ οἱ φεύγοντες Βοιωτῶν κατελθόντες, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες, αὐτόνομοι πάλιν ἐγένοντο.

ριδ'. Μετὰ δὲ ταῦτα οὐ πολλῷ ὕστερον Εὔβοια ἀπέστη ἀπὸ Ἀθηναίων· καὶ ἐς αὐτὴν διαβεβηκότος ἤδη Περικλέους στρατιᾷ Ἀθηναίων, ἠγγέλθη αὐτῷ ὅτι Μέγαρα ἀφέστηκε, καὶ Πελοποννήσιοι μέλλουσιν ἐσβάλλειν ἐς τὴν Ἀττικήν· καὶ οἱ φρουροὶ Ἀθηναίων διεφθαρμένοι εἰσὶν ὑπὸ Μεγαρέων, πλὴν ὅσοι ἐς Νίσαιαν ἀπέφυγον. ἐπαγαγόμενοι δὲ Κορινθίους καὶ Σικυωνίους καὶ Ἐπιδαυρίους, ἀπέστησαν οἱ Μεγαρεῖς. ὁ δὲ Περικλῆς

quotquot earundem partium erant, Orchomeno facta eruptione, illos revertentes ad Coroneam invaserunt: cumque ipsos proelio superassent, Athenienſium alios quidem interfecerunt, alios vero vivos ceperunt. Athenienſes vero totam Boeotiam reliquerunt, induciis ea conditione factis, ut captivos reciperent: & Boeotorum exsules, ceterique omnes eo reversi, rursus liberi, suisque legibus vixerunt.

CXIV. Neque multo post haec Euboea ab Athenienſibus defecit. Cum autem Pericles cum Athenienſium exercitu in eam iam traiecisset, ipsi nuntiatum est, Megara defectionem feciſſe; & Peloponneſios irruptionem in Atticam facturos; & Athenienſium praesidiarios milites a Megarenſibus caesos, illis exceptis, qui Nisaeam confugissent. Megarenſes enim, Corinthiis, Sicyoniis, & Epidauriis adscitis, defecerunt. Pericles vero confestim copias ex Euboea

Digitized by Google

πάλιν κατὰ τάχος ἐκόμιζε τὴν στρατιὰν ἐκ τῆς Εὐβοίας. καὶ μετὰ τοῦτο οἱ Πελοποννήσιοι τῆς Ἀττικῆς ἐς Ἐλευσῖνα καὶ Θρίωζε ἐσβαλόντες, ἐδήωσαν, Πλειστοάνακτος τοῦ Παυσανίου βασιλέως Λακεδαιμονίων ἡγουμένου. καὶ τοπλέον οὐκέτι προελθόντες ἀπεχώρησαν ἐπ' οἴκου. καὶ Ἀθηναῖοι πάλιν ἐς Εὔβοιαν διαβάντες, Περικλέους στρατηγοῦντος, κατεστρέψαντο πᾶσαν. καὶ τὴν μὲν ἄλλην ὁμολογίᾳ κατέστησαντο, Ἑστιαίας δὲ ἐξοικίσαντες, αὐτοὶ τὴν γῆν ἔσχον.

ριέ. Ἀναχωρήσαντες δὲ ἀπὸ Εὐβοίας, οὐ πολλῷ ὕστερον σπονδὰς ἐποιήσαντο πρὸς Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς ξυμμάχους τριακοντούτεις, ἀποδόντες Νίσαιαν, καὶ Ἀχαΐαν, καὶ Πηγὰς, καὶ Τροιζῆνα. ταῦτα γὰρ εἶχον Ἀθηναῖοι Πελοποννησίων. ἔκτῳ δὲ ἔτει Σαμίοις καὶ Μιλησίοις πόλεμος ἐγένετο περὶ Πριήνης· καὶ οἱ

reduxit. Postea vero Lacedaemonii, irruptione facta in Atticae Eleusinem, & Thriasios campos, eos populati vastarunt, duce Plistoanacte, Pausaniae Lacedaemoniorum regis filio. Nec ulterius progressi, domum redierunt. Et Athenienses, duce Pericle, in Euboeam rursus traiecerunt, totamque subegerunt. Et reliquas quidem eius partes, deditione certis conditionibus facta, in fidem ac ditionem receperunt; sed, Hestiaeensibus sede sua pulsis, ipsi agrum tenuerunt.

CXV. Ex Euboea autem reversi, non multo post cum Lacedaemoniis sociisque tricennalia foedera percusserunt, redditis Nisaea, Achaia, Pegis, & Troezene. Athenienses enim haec tenebant, quae ad Peloponnesios pertinebant. Sexto autem anno bellum inter Samios & Milesios pro Priene est excitatum. Et Milesii, cum armis essent inferio-

Digitized by Google

Μιλήσιοι ἐλασσούμενοι τῷ πολέμῳ, παρ' Ἀθηναίους ἐλθόντες, κατεβόων τῶν Σαμίων. ξυνεπελαμβάνοντο δὲ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς Σάμου ἄνδρες ἰδιῶται, νεωτερίσαι βουλόμενοι τὴν πολιτείαν. πλεύσαντες οὖν Ἀθηναῖοι ἐς Σάμον ναυσὶ τεσσαράκοντα, δημοκρατίαν κατέστησαν, καὶ ὁμήρους ἔλαβον τῶν Σαμίων, πεντήκοντα μὲν παῖδας, ἴσους δὲ ἄνδρας, καὶ κατέθεντο ἐς Λῆμνον, καὶ φρουρὰν ἐγκαταλιπόντες ἀνεχώρησαν. τῶν δὲ Σαμίων (ἦσαν γάρ τινες οἳ οὐχ ὑπέμειναν, ἀλλ' ἔφυγον ἐς τὴν ἤπειρον) ξυνθέμενοι τῶν ἐν τῇ πόλει τοῖς δυνατωτάτοις καὶ Πισσούθνῃ τῷ Ὑστάσπου ξυμμαχίαν, ὃς εἶχε Σάρδεις τότε, ἐπικούρους τε ξυλλέξαντες ἐς ἑπτακοσίους, διέβησαν ὑπὸ νύκτα ἐς τὴν Σάμον. καὶ πρῶτον μὲν τῷ δήμῳ ἐπανέστησαν, καὶ ἐκράτησαν τῶν πλείστων· ἔπειτα τοὺς ὁμήρους κλέψαντες ἐκ Λήμνου τοὺς

res, ad Athenienſes profecti, in Samios invehi coeperunt. Illos autem adiuvabant, & ex ipſa Samo nonnulli homines privati, qui rerum novarum ſtudio reipublicae ſtatum immutare cupiebant. Athenienſes igitur cum quadraginta navibus Samum profecti, ſtatum popularem ibi conſtituerunt; & obſides a Samiis acceperunt, quinquaginta pueros, totidemque viros, quos in Lemno depoſuerunt; & praeſidio ibi relicto, diſceſſerunt. Quidam autem ex Samiis (nonnulli enim erant, qui ferre non potuerant, ſed in continentem fugerant) cum potentiſſimis quibuſque civibus, qui Sami degebant, & cum Piſſuthne Hyſtaſpis filio, qui tunc Sardibus praeerat, inita ſocietate, collectiſque ſeptingentis ferme auxiliariis militibus, ſub noctem in Samum traiecerunt. Et primum quidem factionem popularem aggreſſi ſunt, & maximam eius partem in ſuam po-

Digitized by Google

αὐτῶν, ἀπέστησαν, καὶ τοὺς Φρουρεὺς τῶν Ἀθηναίων, καὶ τοὺς ἄρχοντας, οἳ ἦσαν παρὰ σφίσιν, ἐξέδοσαν Πισσούθνῃ. ἐπί τε Μίλητον εὐθὺς παρεσκευάζοντο στρατεύειν. ξυναπέστησαν δὲ αὐτοῖς καὶ Βυζάντιοι.

ριστ'. Ἀθηναῖοι δὲ ὡς ἤσθοντο, πλεύσαντες ναυσὶν ἑξήκοντα ἐπὶ Σάμου, ταῖς μὲν ἑκκαίδεκα τῶν νεῶν οὐκ ἐχρήσαντο· (ἔτυχον γὰρ αἱ μὲν, ἐπὶ Καρίας ἐς προσκοπὴν τῶν Φοινισσῶν νεῶν οἰχόμεναι, αἱ δ' ἐπὶ Χίου καὶ Λέσβου, περιαγγέλλουσαι βοηθεῖν) τεσσαράκοντα δὲ ναυσὶ καὶ τέσσαρσι, Περικλέους δεκάτου αὐτοῦ στρατηγοῦντος, ἐναυμάχησαν πρὸς Τραγίᾳ τῇ νήσῳ, Σαμίων ναυσὶν ἑβδομήκοντα, ὧν ἦσαν αἱ εἴκοσι στρατιώτιδες· ἔτυχον δὲ αἱ πᾶσαι ἀπὸ Μιλήτου πλέουσαι. καὶ ἐνίκων Ἀθηναῖοι. ὕστερον δὲ αὐτοῖς ἐβοήθησαν ἐκ τῶν Ἀθηνῶν νῆες τεσσαράκοντα, καὶ Χίων καὶ Λεσβίων

reſtatem redegerunt: deinde vero, ſuis obſidibus ex Lemno ſurreptis, defecerunt; & Athenienſium praeſidium, & praefectos, quos penes ſe habebant, Piſſuthnae tradiderunt. Expeditionem etiam in Miletum ſtatim parare coeperunt. Cum illis autem & Byzantii defectionem fecerunt.

CXVI. Athenienſes vero, his auditis, cum ſexaginta navibus adverſus Samum profecti, harum quidem ſexdecim navibus non ſunt uſi: (aliae enim in Cariam iverant, ut Phoenicum naves ſpecularentur; aliae vero in Chium, & Lesbum, ut auxilia inde evocarent) quatuor vero & quadraginta navibus, Pericle duce, cum novem collegis, ad inſulam Tragiam cum Samiorum ſeptuaginta navibus, (in quarum numero erant viginti, quae milites vehebant, omnes autem Mileto veniebant) pugnarunt; & Athenienſes victores fuerunt. Poſtea vero auxilium ipſis tulerunt

Digitized by Google

πέντε καὶ εἴκοσι. καὶ ἀποβάντες ἐς τὴν γῆν, καὶ κρατοῦντες τῷ πεζῷ, ἐπολιόρκουν τρισὶ τείχεσι τὴν πόλιν, καὶ ἐκ θαλάσσης ἅμα. Περικλῆς δὲ, λαβὼν ἑξήκοντα ναῦς ἀπὸ τῶν ἐφορμουσῶν, ὤχετο κατὰ τάχος ἐπὶ Καύνου καὶ Καρίας, ἐσαγγελθέντων ὅτι Φοίνισσαι νῆες ἐπ' αὐτοὺς πλέουσιν. ὤχετο γὰρ καὶ ἐκ τῆς Σάμου πέντε ναυσὶ Στησαγόρας, καὶ ἄλλοι ἐπὶ τὰς Φοινίσσας.

ριζ'. Ἐν τούτῳ δὲ οἱ Σάμιοι ἐξαπιναίως ἔκπλουν ποιησάμενοι, ἀφράκτῳ τῷ στρατοπέδῳ ἐπιπεσόντες, τάς τε προφυλακίδας ναῦς διέφθειραν, καὶ ναυμαχοῦντες τὰς ἀνταναγομένας ἐνίκησαν, καὶ τῆς θαλάσσης τῆς καθ' ἑαυτοὺς ἐκράτησαν ἡμέρας περὶ τεσσαρεσκαίδεκα, καὶ ἐσεκομίσαντο καὶ ἐξεκομίσαντο ἃ ἐβούλοντο. ἐλθόντος δὲ Περικλέους, πάλιν ταῖς ναυσὶ κατεκλεί-

quadraginta naves Athenis profectae, & Chiorum ac Lesbiorum xxv. Et exscensu e navibus in terram facto, pugnaque pedestri victores, urbem tribus munitionibus simul etiam a mari obsederunt. Pericles vero, sumtis sexaginta navibus ex iis, quae erant in statione, Caunum versus, & in Cariam quam celerrime contendit, quia nuntium acceperat, Phoenicum naves contra se navigare. Iam enim & Stesagoras Samo abierat cum quinque navibus, & alii adversus Phoenicum classem.

CXVII. Interea vero Samii, repentina eruptione navibus facta, castraque nullis munitionibus septa aggressi, naves, quae pro castris manebant in statione, profligarunt; & ceteras, quae contra se in aciem eductae fuerant, proelio navali superarunt; & mare finibus suis proximum per quatuordecim ferme dies in sua potestate tenuerunt; & quaecunque voluerunt, importarunt, & exportarunt. Sed,

Digitized by Google

σθησαν· καὶ ἐκ τῶν Ἀθηνῶν ὕστερον προσεβοήθησαν τεσσαράκοντα μὲν αἱ μετὰ Θουκυδίδου καὶ Ἄγνωνος καὶ Φορμίωνος νῆες, εἴκοσι δὲ αἱ μετὰ Τληπολέμου καὶ Ἀντικλέους· ἐκ δὲ Χίου καὶ Λέσβου, τριάκοντα. καὶ ναυμαχίαν μέν τινα βραχεῖαν ἐποιήσαντο οἱ Σάμιοι· ἀδύνατοι δὲ ὄντες ἀντισχεῖν, ἐξεπολιορκήθησαν ἐνάτῳ μηνὶ, καὶ προσεχώρησαν ὁμολογίᾳ, τεῖχός τε καθελόντες, καὶ ὁμήρους δόντες, καὶ ναῦς παραδόντες, καὶ χρήματα τὰ ἀναλωθέντα κατὰ χρόνους ταξάμενοι ἀποδοῦναι. ξυνέβησαν δὲ καὶ Βυζάντιοι, ὥσπερ καὶ πρότερον ὑπήκοοι εἶναι.

ριή. Μετὰ ταῦτα δὲ ἤδη γίγνεται οὐ πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον τὰ προειρημένα, τά τε Κερκυραϊκὰ, καὶ τὰ Ποτιδαιατικὰ, καὶ ὅσα πρόφασις μεταξὺ τοῦδε τοῦ

reverſo Pericle, navibus iterum concluſi fuerunt. Poſtea vero Athenis & aliae quadraginta naves cum Thucydide, Agnone, & Phormione, ſuis ſubſidio venerunt; & viginti cum Tlepolemo & Anticle, & ex Chio ac Lesbo triginta. Samii autem quandam quidem navalem parvam pugnam commiſerunt: ſed, cum reſiſtere non poſſent, nono menſe expugnati ſunt, & Athenienſibus ſeſe his conditionibus dediderunt, ut urbis muros demolirentur, obſides darent, naves traderent, & pecunias, quae in bellum fuerant impenſae, certis ſtatiſque temporibus perſolverent, prout ipſis imperatum fuerat. Byzantii quoque compoſitionem cum Athenienſibus ea conditione fecerunt, ut illorum imperio, ſicut ante, parerent.

CXVIII. Iam vero non multis poſt haec annis acciderunt ea, quae ſupra commemoravi; ea videlicet, quae cum Corcyraeis, & Potidaeatis ſunt geſta, & quaecunque in-

Digitized by Google

πολέμου κατέστη. ταῦτα δὲ ξύμπαντα ὅσα ἔπραξαν οἱ Ἕλληνες πρός τε ἀλλήλους, καὶ τὸν βάρβαρον, ἐγένετο ἐν ἔτεσι πεντήκοντα μάλιστα, μεταξὺ τῆς τε Ξέρξου ἀναχωρήσεως, καὶ τῆς ἀρχῆς τοῦδε τοῦ πολέμου· ἐν οἷς Ἀθηναῖοι τήν τε ἀρχὴν ἐγκρατεστέραν κατεστήσαντο, καὶ αὐτοὶ ἐπὶ μέγα ἐχώρησαν δυνάμεως. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι αἰσθόμενοι, οὔτε ἐκώλυον, εἰ μὴ ἐπὶ βραχύ, ἡσύχαζόν τε τοπλέον τοῦ χρόνου· (ὄντες μὲν καὶ πρότοῦ μὴ ταχεῖς ἰέναι ἐς τοὺς πολέμους, εἰ μὴ ἀναγκάζοιντο, τὸ δέ τι καὶ πολέμοις οἰκείοις ἐξειργόμενοι) πρὶν δὴ ἡ δύναμις τῶν Ἀθηναίων σαφῶς ἤρετο, καὶ τῆς ξυμμαχίας αὐτῶν ἥπτοντο. τότε δὲ οὐκέτι ἀνασχετὸν ἐποιοῦντο, ἀλλ' ἐπιχειρητέα ἐδόκει εἶναι πάσῃ προθυμίᾳ, καὶ καθαιρετέα ἡ ἰσχύς, ἣν δύνωνται, ἀρα-

terea huius belli cauſa eſſe coeperunt. Haec autem omnia, quae Graeci vel inter ſe, vel adverſus barbarum geſſerunt, intra quinquaginta ferme annos geſta ſunt, a diſceſſu Xerxis uſque ad huius belli initium. Quorum annorum ſpatio Athenienſes imperium confirmarunt, & ipſi in magnam potentiam provecti ſunt. Lacedaemonii vero, quamvis hoc intelligerent, tamen eos non impediebant, niſi aliquatenus, maioremque temporis partem ab armis abſtinuerunt, (tum quod vel ante ad bella ſuſcipienda non admodum celeres eſſent, niſi cogerentur, tum etiam quod bellis domeſticis tunc impedirentur) priuſquam Athenienſium potentia aperte creſcere coepiſſet, ipſique ſuos ſocios iam aggredi auſi fuiſſent. Tunc enim rem non amplius ferendam iudicarunt; ſed hoc bellum omni ſtudio ſibi ſuſcipiendum, totiſque viribus in hoc incumbendum, operamque dandam cenſuerunt, ut illorum, ſi poſſent, potentiam ever-

Digitized by Google

μένοις τόνδε τὸν πόλεμον. αὐτοῖς μὲν οὖν τοῖς Λακεδαιμονίοις διέγνωστο λελύσθαι τε τὰς σπονδὰς, καὶ τοὺς Ἀθηναίους ἀδικεῖν· πέμψαντες δὲ ἐς Δελφοὺς, ἐπηρώτων τὸν θεὸν εἰ πολεμοῦσιν ἄμεινον ἔσται. ὁ δὲ ἀνεῖλεν αὐτοῖς, ὡς λέγεται, κατὰ κράτος πολεμοῦσι νίκην ἔσεσθαι· καὶ αὐτὸς ἔφη ξυλλήψεσθαι, καὶ παρακαλούμενος καὶ ἄκλητος.

ριθ'. Αὖθις δὲ τοὺς ξυμμάχους παρακαλέσαντες, ψῆφον ἐβούλοντο ἐπαγαγεῖν εἰ χρὴ πολεμεῖν. καὶ ἐλθόντων τῶν πρέσβεων ἀπὸ τῆς ξυμμαχίας, καὶ ξυνόδου γενομένης, οἵτε ἄλλοι εἶπον ἃ ἐβούλοντο, κατηγοροῦντες οἱ πλείους τῶν Ἀθηναίων, καὶ τὸν πόλεμον ἀξιοῦντες γενέσθαι· καὶ οἱ Κορίνθιοι, δεηθέντες μὲν καὶ κατὰ πόλεις πρότερον ἑκάστων ἰδίᾳ ὥστε ψηφίσασθαι πόλεμον, δεδιότες περὶ τῇ Ποτιδαίᾳ μὴ προδιαφθαρῇ·

terent. Lacedaemonii igitur apud se quidem statuerant foedera esse fracta, & Athenienses iniuste facere. Sed tamen, legatis Delphos missis, Deum interrogarunt, an res sibi feliciter esset successura, si bellum susciperent. Ille vero, ut aiunt, ipsis respondit, illos, si totis viribus bellum gererent, fore victores. Quin etiam dixit, se & vocatum & non vocatum ipsis adfuturum, opemque laturum.

CXIX. Rursus autem socios accitos in suffragia mittere volebant, ut de bello decernerent, utrum gerendum esset, necne. Cum autem legati a sociis missi venissent, & concilium haberetur, cum alii dixerunt, quae voluerunt, accusantes plerique Athenienses, & bellum suscipiendum censentes; tum etiam Corinthii, & antea singulas civitates seperatim precati, ut suis suffragiis bellum decernerent, (quia Potidaeae metuebant, ne prius everteretur) tunc etiam

Digitized by Google

παρόντες δὲ καὶ τότε, καὶ τελευταῖοι ἐπελθόντες, ἔλεγον τοιάδε.

ρκ΄. ΤΟΥΣ μὲν Λακεδαιμονίους, ὦ ἄνδρες ξύμμαχοι, οὐκ ἂν ἔτι αἰτιασαίμεθα ὡς οὐ καὶ αὐτοὶ ἐψηφισμένοι τὸν πόλεμόν εἰσι, καὶ ἡμᾶς ἐς τοῦτο νῦν ξυνήγαγον. χρὴ γὰρ τοὺς ἡγεμόνας, τὰ ἴδια ἐξ ἴσου νέμοντας, τὰ κοινὰ προσκοπεῖν, ὥσπερ καὶ ἐν ἄλλοις ἐκ πάντων προτιμῶνται. ἡμῶν δὲ ὅσοι μὲν Ἀθηναίοις ἤδη ἐνηλλάγησαν, οὐχὶ διδαχῆς δέονται ὥστε φυλάξασθαι αὐτούς· τοὺς δὲ τὴν μεσόγειαν μᾶλλον καὶ μὴ ἐν πόρῳ κατῳκημένους, εἰδέναι χρὴ, ὅτι τοῖς κάτω ἢν μὴ ἀμύνωσι, χαλεπωτέραν ἕξουσι τὴν κατακομιδὴν τῶν ὡραίων, καὶ πάλιν ἀντίληψιν ὧν ἡ θάλασσα τῇ ἠπείρῳ δίδωσι· καὶ τῶν νῦν λεγομένων μὴ κακοὺς κριτὰς, ὡς μὴ προση-

praesentes, & postremo loco in medium prodeuntes, habuerunt hanc orationem.

CXX. *De Lacedaemoniis, o socii, non amplius conqueri possemus, quasi nec ipsi bellum decreverint, neque nos nunc ad hoc ipsum nostris suffragiis comprobandum convocarint. Decet enim eos, qui praesunt aliis, quemadmodum ab his maxime coluntur, & ceteris anteponuntur, sic etiam publicis eorum commodis aeque consulere, atque suis ipsorum privatis commodis consuluut. Quotquot vero de nobis commercium cum Athenienſibus iam habuerunt, non sunt admonendi, ut ab illis caveant: sed illos potius, qui loca mediterranea incolunt, nec in locis maritimis habitant, scire oportet, ipsos, nisi hominibus loca maritima incolentibus opem ferant, maiore cum difficultate fructus, quos anni tempora ferunt, in suas urbes comportaturos, & vicissim commodorum, quae maris usus continenti suppeditat, perceptionem difficiliorem habituros. Nec oportet eos malos esse iu-*

Digitized by Google

κόντων, εἶναι, προσδέχεσθαι δέ ποτε, εἰ τὰ κάτω πρόοιντο, καὶν μέχρι σφῶν τὸ δεινὸν προελθεῖν, καὶ περὶ αὐτῶν οὐχ ἧσσον νῦν βουλεύεσθαι. διόπερ καὶ μὴ ὀκνεῖν δεῖ αὐτοὺς τὸν πόλεμον ἀντ' εἰρήνης μεταλαμβάνειν. ἀνδρῶν γὰρ σωφρόνων μέν ἐστιν, εἰ μὴ ἀδικοῖντο, ἡσυχάζειν· ἀγαθῶν δέ, ἀδικουμένους, ἐκ μὲν εἰρήνης, πολεμεῖν, εὖ δὲ παρασχὸν, ἐκ πολέμου πάλιν ξυμβῆναι· καὶ μήτε τῇ κατὰ πόλεμον εὐτυχίᾳ ἐπαίρεσθαι, μήτε τῷ ἡσύχῳ τῆς εἰρήνης ἡδόμενον ἀδικεῖσθαι. ὅ, τε γὰρ διὰ τὴν ἡδονὴν ὀκνῶν, τάχιστ' ἂν ἀφαιρεθείη τῆς ῥαστώνης τὸ τερπνὸν, δι' ὅπερ ὀκνεῖ, εἰ ἡσυχάζοι· ὅ, τε ἐν πολέμῳ εὐτυχίᾳ πλεονάζων, οὐκ ἐντεθύμηται θράσει ἀπίστῳ ἐπαιρόμενος. πολλὰ γὰρ κακῶς γνωσθέντα, ἀβουλοτέρων τῶν ἐναντίων τυχόντα κατωρθώθη· καὶ ἔτι

dices rerum, quae nunc dicuntur, quasi ad ipsos minime pertineant; at existimare, si res hominum oram maritimam incolentium neglexerint, calamitatem istam ad se quoque tandem perventuram; & nunc de se non minus, quam de aliis consultare. Quamobrem etiam non oportet eos segnes esse ad bellum pro pace sumendum. Nam virorum quidem modestorum est, quiescere, nisi lacessantur iniuria: fortium vero, si iniuria afficiantur, pacem cum bello commutare; sed si favore divino freti rem feliciter gesserint, bello depositio, paceque facta, in gratiam redire. Nec oportet quemquam felici bellorum successu extolli, neque pacis tranquillitate ac voluptate captum iniurias perferre. Qui enim propter voluptatem, quam ex pacis otio percipit, a bello abhorret, is, si quiescat, celerrime privabitur hac tranquillitatis otiique iucunditate, propter quam otio ac desidiae indulgens ab armis abhorret. Qui etiam felici rerum successu in bellis insolescit, is se audacia infida efferri non animadvertit. Multa enim male consul-

Digitized by Google

πλείω ἃ καλῶς δοκοῦντα βουλευθῆναι, εἰς τοὐναντίον αἰσχρῶς περιέστη. ἐνθυμεῖται γὰρ οὐδεὶς ὅμοια τῇ πίστει, καὶ ἔργῳ ἐπεξέρχεται, ἀλλὰ μετ' ἀσφαλείας μὲν δοξάζομεν, μετὰ δέους δὲ ἐν τῷ ἔργῳ ἐλλείπομεν.

ρκά. Ἡμεῖς δὲ νῦν καὶ ἀδικούμενοι τὸν πόλεμον ἐγείρομεν, καὶ ἱκανὰ ἔχοντες ἐγκλήματα· καὶ ὅταν ἀμυνώμεθα Ἀθηναίους, καταθησόμεθα αὐτὸν ἐν καιρῷ. κατὰ πολλὰ δὲ ἡμᾶς εἰκὸς ἐπικρατῆσαι, πρῶτον μέν, πλήθει προὔχοντας καὶ ἐμπειρίᾳ πολεμικῇ, ἔπειτα ὁμοίως πάντας ἐς τὰ παραγγελλόμενα ἰόντας. ναυτικόν τε, ᾧ ἰσχύουσιν, ἀπὸ τῆς ὑπαρχούσης τε ἑκάστοις οὐσίας ἐξαρτυσόμεθα, καὶ ἀπὸ τῶν ἐν Δελφοῖς καὶ Ὀλυμπίᾳ χρημάτων. δάνεισμα γὰρ ποιησάμενοι, ὑπολαβεῖν οἷοί τ' ἐσμὲν μισθῷ μείζονι τοὺς ξένους αὐτῶν

ta, cum hoſtes inconſultiores facta ſunt, felicem exitum habuerunt: & longe plura, quae recte conſulta videbantur, contra turpiter ceciderunt. Nemo enim eodem animi impetu res gerendas exſequitur, quo in ipſa conſultatione de his deliberat, fiducia fretus, metuque vacans: ſed cum ſecuritate quidem audacter de rebus futuris decernimus; at in ipſa rerum adminiſtratione, cum metu deficimus.

CXXI. *Nos vero, qui & iniuriam paſſi ſumus, & multa crimina habemus, quae Athenienſibus obiiciamus, nunc bellum excitamus: & poſtquam Athenienſes ulti fuerimus, hoc opportune deponemus. Multis autem de cauſis veriſimile eſt, nos fore victores: primum quidem, quia & numero, & rerum bellicarum peritia praeſtamus; deinde vero, quia pariter omnes ad imperata faciendum imus. Claſſem autem, qua illi multum pollent, inſtruemus cum ex privatis facultatibus, quas ſinguli pro rata parte conferent, tum etiam ex Delphicis & Olympicis pecuniis.*

Digitized by Google

ναυβάτας. ὠνητὴ γὰρ Ἀθηναίων ἡ δύναμις μᾶλλον ἢ οἰκεία· ἡ δὲ ἡμετέρα ἧσσον ἂν τοῦτο πάθοι, τοῖς σώμασι τοπλέον ἰσχύουσα ἢ τοῖς χρήμασι. μιᾷ τε νίκῃ ναυμαχίας κατὰ τὸ εἰκὸς ἁλίσκονται· εἰ δ' ἀντίσχοιεν, μελετήσομεν καὶ ἡμεῖς ἐν πλέονι χρόνῳ τὰ ναυτικά. καὶ ὅταν τὴν ἐπιστήμην ἐς τὸ ἴσον καταστήσωμεν, τῇγε εὐψυχίᾳ δήπου περιεσόμεθα. ὃ γὰρ ἡμεῖς Φύσει ἔχομεν ἀγαθὸν, ἐκείνοις οὐκ ἂν γένοιτο διδαχῇ· ὃ δ' ἐκεῖνοι ἐπιστήμῃ προὔχουσι, καθαιρετέον ἡμῖν ἐστι μελέτῃ. χρήματα δ' ὥστ' ἔχειν ἐς αὐτὰ, οἴσομεν. ἢ δεινὸν ἂν εἴη εἰ οἱ μὲν ἐκείνων ξύμμαχοι ἐπὶ δουλείᾳ τῇ αὐτῶν Φέροντες οὐκ ἀπεροῦσιν, ἡμεῖς δ' ἐπὶ τῷ τιμωρούμενοι τοὺς ἐχθροὺς καὶ αὐτοὶ ἅμα σώζεσθαι, οὐκ ἄρα δαπανή-

Nam pecuniam mutuati, peregrinos illorum nautas maiori mercede propoſita ſubducere poſſumus. Athenienſium enim copiae ſunt magis mercenariae, quam domeſticae: ſed noſtris hoc minus contingit, ſiquidem plus corporibus, quam pecuniis pollent. Quod ſi noſtrorum hoſtium copiae vel unico navali proelio ſuperatae fuerint; ut veriſimile eſt, capientur. Sed ſi nobis reſiſtant, nos etiam interpoſito maiori temporis ſpatio res nauticas meditabimur: cum autem parem illis ſcientiam fuerimus aſſecuti, animi certe fortitudine ſuperiores erimus. Nam bonum, quod nos natura inſitum habemus, hoc illi diſciplina nunquam adipiſcentur. Id vero, in quo illi propter ſcientiam praeſtant, meditatione nobis eſt ſuperandum. Pecunias etiam conferemus, ut ſatis habeamus ad ipſas res nauticas parandas, & claſſem inſtruendam. Alioqui facinus indignum fuerit, ſi illorum quidem ſocii, ut ſervitutem ipſis ſerviant, pecunias conferre non abnuant: nos vero, ut hoſtes ulciſcamur, & nos ipſi ſimul ſervemur, nullas pecunias

Digitized by Google

σομεν, καὶ ἐπὶ τῷ μὴ ὑπ' ἐκείνων αὐτὰ ἀφαιρεθέντες, αὐτοῖς τούτοις κακῶς πάσχειν.

ρκβ'. Ὑπάρχουσι δὲ καὶ ἄλλαι ὁδοὶ τοῦ πολέμου ἡμῖν, ξυμμάχων τε ἀπόστασις, μάλιστα παραίρεσις οὖσα τῶν προσόδων, αἷς ἰσχύουσι, καὶ ἐπιτειχισμὸς τῇ χώρᾳ, ἄλλά τε ὅσα οὐκ ἄν τις νῦν προϊδοι. ἥκιστα γὰρ πόλεμος ἐπὶ ῥητοῖς χωρεῖ, αὐτὸς δὲ ἀφ' αὑτοῦ τὰ πολλὰ τεχνᾶται πρὸς τὸ παρατυγχάνον. ἐν ᾧ ὁ μὲν εὐοργήτως αὐτῷ προσομιλήσας, βεβαιότερος· ὁ δὲ ὀργισθεὶς περὶ αὐτὸν, οὐκ ἐλάσσω πταίει. ἐνθυμώμεθα δὲ καὶ ὅτι εἰ μὲν ἡμῶν ἦσαν ἑκάστοις πρὸς ἀντιπάλους περὶ γῆς ὅρων διαφοραὶ, οἱστὸν ἂν ἦν· νῦν δὲ πρὸς ξύμπαντάς τε ἡμᾶς Ἀθηναῖοι ἱκανοὶ, καὶ κατὰ πόλιν ἔτι δυνατώτεροι. ὥστε εἰ μὴ καὶ ἀθρόοι, καὶ κατὰ ἔθνη,

consumere velimus; & ne his pecuniis ab illis privati, his ipsis male multemur.

CXXII. *Adsunt nobis praeterea aliae quoque belli gerendi viae: & sociorum defectio, quae est praecipua ratio, quae illorum proventus subtrahere potest, in quibus sita est ipsorum potentia; & aedificatio munitionum, quae illorum agrum oppugnent; & multa alia, quae nullus iam prospicere posset. Belli enim progressus nulla certa lege fiunt: sed ipsum per se, in singulis occasionibus oblatis, ex tempore multa comminiscitur. In quo is quidem, qui in eo moderate se gerit, constantior ac tutior exsistit: is vero, qui in eo irascitur, non leviter offendit. Cogitemus autem, si singulis quidem nostrûm cum paribus adversariis de agri finibus esset controversia, hoc ferendum esse: iam vero Athenienses & adversus nos universos satis virium habent, & adversus singulas civitates, vires longe maiores habent. Quare nisi & frequentes, & per nationes, & per singulas civitates uno*

Digitized by Google

καὶ ἕκαστον ἄστυ μιᾷ γρώμῃ ἀμυνούμεθα αὐτούς, δίχα γε ὄντας ἡμᾶς ἀπόνως χειρώσονται· καὶ τὴν ἧσσαν, εἰ καὶ δεινόν τῳ ἀκοῦσαι, ἴστω οὐκ ἄλλό τι φέρουσαν ἢ ἄντικρυς δουλείαν. ὃ καὶ λόγῳ ἐνθυμασθῆναι αἰσχρὸν τῇ Πελοποννήσῳ, καὶ πόλεις τοσάσδε ἀπὸ μιᾶς κακοπαθεῖν. ἐν ᾧ ἢ δικαίως δοκοῖμεν ἂν πάσχειν, ἢ διὰ δειλίαν ἀνέχεσθαι, καὶ τῶν πατέρων χείρους φαίνεσθαι, οἳ τὴν Ἑλλάδα ἠλευθέρωσαν· ἡμεῖς δὲ οὐδ' ἡμῖν αὐτοῖς βεβαιοῦμεν αὐτό, τύραννον δὲ ἐῶμεν ἐγκαθεστάναι πόλιν, τοὺς δ' ἐν μιᾷ μονάρχους ἀξιοῦμεν καταλύειν. καὶ οὐκ ἴσμεν ὅπως τάδε τριῶν τῶν μεγίστων ξυμφορῶν οὐκ ἀπήλλακται, ἀξυνεσίας, ἢ μαλακίας, ἢ ἀμελείας. οὐ γὰρ δὴ πεφευγότες ταῦτα, ἐπὶ τὴν πλείστους δὴ βλάψασαν καταφρόνησιν κεχωρήκατε· ἢ ἐκ τοῦ πολλοὺς σφάλλειν, τὸ ἐναντίον ὄνομα ἀφροσύνη μετωνόμασται.

conſenſu ipſos propulſemus; nos diviſos ſine labore in ſuam poteſtatem redigent. Et victoriam, licet hoc alicui ſit futurum auditu moleſtum, is tamen ſciat nihil aliud, quam ſervitutem, manifeſte nobis allaturam. Quod vel dubia oratione commemorare turpe eſt Peloponneſo, & tot urbes ab una vexari. Qua in re aut merito pati, aut propter ignaviam haec perferre, & a maioribus, qui Graeciam liberaverunt, degenerare videbimur. Nos vero ne nobis quidem ipſis hoc, atque libertatem iſtam ſtabilimus: ſed civitatem quidem inter nos ipſos tyrannum fieri ſinimus; tyrannos vero, qui ſunt in una civitate, de medio tollere volumus. Nec intelligimus, haec tribus maximis vitiis non carere, imprudentia, & ignavia, & negligentia. Nec enim ab iſtis vitiis alieni, acceſſiſtis ad contemtionem, quae plurimos iam laeſit: quae quia multos in errorem induxit, contrario nomine ſtultitia eſt appellata.

Digitized by Google

ρκγ'. Τὰ μὲν οὖν προγεγενημένα τί δεῖ μακρότερον ἢ ἐς ὅσον τοῖς νῦν ξυμφέρει, αἰτιᾶσθαι; περὶ δὲ τῶν ἔπειτα μελλόντων τοῖς παροῦσι βοηθοῦντας χρὴ ἐπιταλαιπωρεῖν. πάτριον γὰρ ἡμῖν ἐκ τῶν πόνων τὰς ἀρετὰς κτᾶσθαι, καὶ μὴ μεταβάλλειν τὸ ἔθος, εἰ ἄρα πλούτῳ τε νῦν καὶ ἐξουσίᾳ ὀλίγον προφέρετε. οὐ γὰρ δίκαιον, ἃ τῇ ἀπορίᾳ ἐκτήθη, τῇ περιουσίᾳ ἀπολέσθαι· ἀλλὰ θαρσοῦντας ἰέναι κατὰ πολλὰ ἐς τὸν πόλεμον, τοῦ τε θεοῦ χρήσαντος, καὶ αὐτοῦ ὑποσχομένου ξυλλήψεσθαι· καὶ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ἀπάσης ξυναγωνιουμένης, τὰ μὲν, φόβῳ, τὰ δὲ, ὠφελείᾳ. σπονδάς τε οὐ λύσετε πρότεροι (ἃς γε καὶ ὁ θεὸς, κελεύων πολεμεῖν, νομίζει παραβεβάσθαι)· ἠδικημέναις δὲ μᾶλλον βοηθήσετε. λύουσι γὰρ οὐχ οἱ ἀμυνόμενοι, ἀλλ' οἱ πρότεροι ἐπιόντες.

ρκδ'. Ὥστε πανταχόθεν καλῶς ὑπάρχον ὑμῖν πο-

CXXIII. *Sed quid opus eſt de praeteritis conqueri diutius, quam quatenus rebus praeſentibus expedit? At futurorum cauſa, rebus praeſentibus, opem ferre, & labores praeterea ſubire oportet. Nobis enim patrium eſt, virtutes, opumque commoda, laboribus parare: nec mores mutare vos decet, licet divitiis ac potentia nunc aliquantum illos ſuperetis. Nam non eſt aequum, res paupertate partas, divitiis perdi. Sed oportet nos confidenter ad hoc bellum ire, cum multis aliis de cauſis, tum propter Dei oraculum, & auxilium, quod ſe nobis laturum promiſit, tum etiam, quia tota reliqua Graecia, partim metu, partim utilitate nos adiuvabit. Nec foedera priores rumpetis: (quae vel ipſe Deus, qui bellum fieri iubet, violata cenſet) ſed potius foederibus ruptis opem feretis. Non enim qui vim illatam propulſant, ſed qui priores aliis vim inferunt, foedera rumpunt.*

Digitized by Google

λεμεῖν, καὶ ἡμῶν κοινῇ τάδε παραινούντων, εἴπερ βεβαιότατον τὸ ταῦτα ξυμφέροντα καὶ πόλεσι καὶ ἰδιώταις εἶναι, μὴ μέλλετε Ποτιδαιάταις τε ποιεῖσθαι τιμωρίαν, οὖσι Δωριεῦσι, καὶ ὑπὸ Ἰώνων πολιορκουμένοις, (οὗ πρότερον ἦν τοὐναντίον) καὶ τῶν ἄλλων μετελθεῖν τὴν ἐλευθερίαν. ὡς οὐκέτι ἐνδέχεται περιμένοντας, τοὺς μὲν, ἤδη βλάπτεσθαι, τοὺς δ', εἰ γνωσθησόμεθα ξυνελθόντες μὲν, ἀμύνεσθαι δὲ οὐ τολμῶντες, μὴ πολὺ ὕστερον τὸ αὐτὸ πάσχειν· ἀλλὰ νομίσαντες ἐπ' ἀνάγκην ἀφίχθαι, ὦ ἄνδρες ξύμμαχοι, καὶ ἅμα τάδε ἄριστά λέγεσθαι, ψηφίσασθε δὴ τὸν πόλεμον· μὴ φοβηθέντες τὸ αὐτίκα δεινὸν, τῆς δ' ἀπ' αὐτοῦ διὰ πλείονος εἰρήνης ἐπιθυμήσαντες· (ἐκ πολέμου μὲν γὰρ εἰρήνη μᾶλλον βεβαιοῦται· ἀφ' ἡσυχίας δὲ μὴ πολεμῆσαι,

CXXIV. *Quamobrem cum omnibus de causis bellum vobis koneste suscipere liceat, & nos communiter haec suadeamus, si modo certissimum est, haec & rebus publicis & privatis conducere; cum Potidaeatis, qui sunt Dorienses, & qui ab Ionibus obsidentur, (quod olim contra fiebat) opem ferre, tum etiam pristinam aliorum libertatem recuperare ne cunctemini: quia res nostrae nullam exspectationem amplius patiuntur, qua alios quidem, iam iniuriis affici, alios vero (si cognitum fuerit, nos concilium quidem habuisse, sed tamen iniurias illatas propulsare ausos non esse) non multo post idem pati sinamus. Sed existimantes, viri socii, vos ad hanc belli suscipiendi necessitatem devenisse, simul etiam haec, quae a nobis dicuntur, optima esse, bellum iam decernite: non metuentes praesentem asperitatem; sed pacis, quae diuturnior ex eo est secutura, cupiditate flagrantes: (nam bello quidem pax magis confirmatur; at propter pacis cupiditatem bellum gerere nolle, non pariter periculo caret) existi-*

Digitized by Google

οὐχ ὁμοίως ἀκίνδυνον) καὶ τὴν καθεστηκυῖαν ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλιν τύραννον ἡγησάμενοι ἐπὶ πᾶσιν ὁμοίως καθεστάναι, ὥστε τῶν μὲν ἤδη ἄρχειν, τῶν δὲ, διανοεῖσθαι, παραστησώμεθα ἐπελθόντες. καὶ αὐτοί τε ἀκινδύνως τοὐλοιπὸν οἰκῶμεν, καὶ τοὺς νῦν δεδουλωμένους Ἕλληνας ἐλευθερώσωμεν. Τοιαῦτα μὲν οἱ Κορίνθιοι εἶπον.

ρκέ. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι ἐπειδὴ ἀφ' ἁπάντων ἤκουσαν γνώμην, ψῆφον ἐπήγαγον τοῖς ξυμμάχοις ἅπασιν, ὅσοι παρῆσαν ἑξῆς, καὶ μείζονι καὶ ἐλάσσονι πόλει· καὶ τὸ πλῆθος ἐψηφίσαντο πολεμεῖν. δεδογμένον δὲ αὐτοῖς, εὐθὺς μὲν ἀδύνατα ἦν ἐπιχειρεῖν ἀπαρασκεύοις οὖσιν, ἐκπορίζεσθαι δὲ ἐδόκει ἑκάστοις ἃ πρόσφορα ἦν, καὶ μὴ εἶναι μέλλησιν. ὅμως δὲ καθισταμένοις ὧν ἔδει ἑνιαυτὸς μὲν οὐ διετρίβη, ἔλασσον δὲ; πρὶν ἐσβαλεῖν

mantes etiam, civitatem', quae in Graecia se tyrannum constituit, aequaliter in omnes esse constitutam, ita ut aliis quidem iam imperet, aliis vero imperare cogitet, eam armis illatis in ditionem ac potestatem nostram redigamus; & tum nos ipsi sine periculis in posterum vivamus, tum etiam Graecos, in servitutem nunc redactos, in libertatem vindicemus. Corinthii quidem haec dixerunt.

CXXV. Lacedaemonii vero, auditis omnium sententiis, omnibus sociis, qui aderant ordine, maiori pariter, & minori civitati, suffragii ferendi potestatem fecerunt. Et maior illorum pars bellum gerendum esse decrevit. Quamvis autem illi hoc apud se constituissent, statim tamen bellum suscipere non potuerunt, quod essent imparati: sed singuli res, quae forent utiles, parandas, nec ullam moram interponendam, censuerunt. Verumtamen in hoc rerum necessariarum apparatu non integer annus est consumtus, sed

Digitized by Google

ἐς τὴν Ἀττικὴν, καὶ τὸν πόλεμον ἄρασθαι φανερῶς.

ρκστ'. Ἐν τούτῳ δὲ ἐπρεσβεύοντο τῷ χρόνῳ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, ἐγκλήματα ποιούμενοι ὅπως σφίσιν ὑτιμεγίστη πρόφασις εἴη τοῦ πολεμεῖν, ἢν μή τι ἐσακούσωσι. καὶ πρῶτον μὲν πρέσβεις πέμψαντες οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐκέλευον τοὺς Ἀθηναίους τὸ ἄγος ἐλαύνειν τῆς θεοῦ. τὸ δὲ ἄγος ἦν τοιόνδε. Κύλων ἦν Ἀθηναῖος, ἀνὴρ Ὀλυμπιονίκης, τῶν πάλαι εὐγενής τε καὶ δυνατός. ἐγεγαμήκει δὲ θυγατέρα Θεαγένους Μεγαρέως ἀνδρὸς, ὃς κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἐτυράννει Μεγάρων. χρωμένῳ δὲ τῷ Κύλωνι ἐν Δελφοῖς ἀγεῖλεν ὁ θεὸς, ἐν τῇ τοῦ Διὸς τῇ μεγίστῃ ἑορτῇ καταλαβεῖν τὴν Ἀθηναίων ἀκρόπολιν. ὁ δὲ, παρά τε τοῦ Θεαγένους δύναμιν λαβὼν, καὶ τοὺς φίλους ἀναπείσας, ἐπειδὴ ἐπῆλθεν

minus, antequam in Atticam irrumperent, & bellum aperte susciperent.

CXXVI. Interea vero legatos ad Athenienses miserunt, ut de illorum iniuriis conquererentur, ut quam maximam & speciosissimam belli gerendi causam haberent, si illi nulla in re sibi morem gerere voluissent. Ac primum quidem Lacedaemonii, legatis ad Athenienses missis, imperarunt, ut Deae piaculum urbe pellerent. Piaculum vero huiusmodi fuit. Cylon quidam Athenienſis fuit, vir, qui in ludis Olympiacis vicerat, inter veteres & generis nobilitate florens, & opibus potens. Uxorem autem duxerat filiam Theagenis, viri Megarenſis, qui tunc Megaris tyrannus erat. Cum autem Cylon Delphis oraculum consuluisset, Deus ipsi respondit, ut celeberrimo Iovis die festo Athenarum arcem occuparet. Ille vero, acceptis a Theagene copiis, & amicis persuasis, ubi advenerunt Olympia,

Digitized by Google

Ὀλύμπια τὰ ἐν Πελοποννήσῳ, κατέλαβε τὴν ἀκρόπολιν ὡς ἐπὶ τυραννίδι· νομίσας ἑορτήν τε τοῦ Διὸς μεγίστην εἶναι, καὶ ἑαυτῷ τι προσήκειν, Ὀλύμπια νενικηκότι. εἰ δὲ ἐν τῇ Ἀττικῇ ἢ ἄλλοθί που ἡ μεγίστη ἑορτὴ ἔρρητο, οὔτε ἐκεῖνος ἔτι κατενόησε, τό, τε μαντεῖον οὐκ ἐδήλου. ἔστι γὰρ καὶ Ἀθηναίοις Διάσια, ἃ καλεῖται Διὸς ἑορτὴ Μειλιχίου μεγίστη, ἔξω τῆς πόλεως· ἐν ᾗ πανδημεὶ θύουσι πολλοὶ, οὐχ ἱερεῖα, ἀλλὰ θύματα ἐπιχώρια. δοκῶν δὲ ὀρθῶς γιγνώσκειν, ἐπεχείρησε τῷ ἔργῳ. οἱ δ' Ἀθηναῖοι αἰσθόμενοι, ἐβοήθησάν τε πανδημεὶ ἐκ τῶν ἀγρῶν ἐπ' αὐτοὺς, καὶ προσκαθεζόμενοι ἐπολιόρκουν. χρόνου δὲ ἐπιγιγνομένου, οἱ Ἀθηναῖοι τρυχόμενοι τῇ προσεδρείᾳ, ἀπῆλθον οἱ πολλοὶ,

quae in Peloponneſo celebrantur, urbis arcem occupavit, ut tyrannidem ſibi pararet: tum quia putabat, hunc eſſe maximum illum Iovis diem feſtum; tum etiam, quia ad ſe, qui in ludis Olympiacis victor fuiſſet, nonnihil pertinere ducebat. Sed utrum in Attica, an uſpiam alibi hic maximus dies feſtus a Deo dictus fuiſſet, nec ipſe tunc animadvertit, neque oraculum declaravit. Nam apud Athenienſes quoque ſunt Diaſia, quae maximus Iovis Milichii dies feſtus vocantur, & extra urbem celebrantur. In quo ex omn hominum genere, aetate, & conditione multi immolant non veras, ſed ex farinae ſubactae maſſa victimas ad verarum ſimilitudinem factas, quibus indigenae uti ſolebant. Sed cum oraculi vim ſe recte intelligere exiſtimaret, opus eſt aggreſſus. Quod poſtquam Athenienſes acceperunt, univerſi ex agris concurrentes opem reipublicae contra iſtos tulerunt, caſtriſque poſitis obſidere coeperunt. Sed cum tempus protraheretur, Athenienſes attriti diuturna ob-

Digitized by Google

ἐπιτρέψαντες τοῖς ἐννέα Ἄρχουσι τὴν Φυλακήν τε καὶ τὸ πᾶν αὐτοκράτορσι διαθεῖναι ἢ ἂν ἄριστα διαγιγνώσκωσι. τότε δὲ τὰ πολλὰ τῶν πολιτικῶν οἱ ἐννέα Ἄρχοντες ἔπρασσον. οἱ δὲ μετὰ τοῦ Κύλωνος πολιορκούμενοι, φλαύρως εἶχον, σίτου τε καὶ ὕδατος ἀπορίᾳ. ὁ μὲν οὖν Κύλων καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἐκδιδράσκουσιν· οἱ δ' ἄλλοι, ὡς ἐπιέζοντο, καί τινες καὶ ἀπέθνησκον ὑπὸ τοῦ λιμοῦ, καθίζουσιν ἐπὶ τὸν βωμὸν ἱκέται τὸν ἐν τῇ ἀκροπόλει. ἀναστήσαντες δὲ αὐτοὺς οἱ τῶν Ἀθηναίων ἐπιτετραμμένοι τὴν Φυλακὴν, ὡς ἑώρων ἀποθνήσκοντας ἐν τῷ ἱερῷ, ἐφ' ᾧ μηδὲν κακὸν ποιήσουσιν, ἀπαγαγόντες ἀπέκτειναν. καθεζομένους δέ τινας καὶ ἐπὶ τῶν σεμνῶν θεῶν ἐν τοῖς βωμοῖς, ἐν τῇ παρόδῳ διεχρήσαντο. καὶ ἀπὸ τούτου ἐναγεῖς καὶ ἀλιτήριοι τῆς θεοῦ ἐκεῖνοί

sidione, magna ex parte discesserunt, arcis custodia rerumque summa novem Archontibus commissa, ut res illas, prout optimum fore iudicarent, arbitratu suo administrarent. Tunc autem novem Archontes magnam rerum ad rempublicam pertinentium partem administrabant. At qui cum Cylone obsidebantur, male se habebant, quia cibi & aquae inopia premebantur. Sed Cylon quidem, eiusque frater aufugerunt. Ceteri vero, cum premerentur, quin etiam cum nonnulli fame iam necarentur, ad aram, quae est in arce, supplices sederunt. Sed illi, quibus arcis custodia ab Athenienſibus commissa fuerat, cum ipsos in templo morientes viderent, surgere iusserunt, polliciti, fore ut nullo maleficio ipsos afficerent; & tamen illinc abductos interfecerunt. Nonnullos etiam, qui ad Eumenidum, venerandarum Dearum, aras sedebant, obiter interemerunt. Atque hac de causa scelerati & impii, quod scelus ac pia-

Digitized by Google

τε ἐκαλοῦντο, καὶ τὸ γένος τὸ ἀπ' ἐκείνων. ἤλασαν μὲν οὖν καὶ οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς ἐναγεῖς τούτους· ἤλασε δὲ καὶ Κλεομένης ὁ Λακεδαιμόνιος, ὕστερον μετὰ Ἀθηναίων στασιαζόντων· τούς τε ζῶντας ἐλαύνοντες, καὶ τῶν τεθνεώτων τὰ ὀστᾶ ἀνελόντες, ἐξέβαλον. κατῆλθον μέντοι ὕστερον, καὶ τὸ γένος αὐτῶν ἔτι ἐστὶν ἐν τῇ πόλει.

ρκζ'. Τοῦτο δὴ τὸ ἄγος οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐλαύνειν ἐκέλευον δῆθεν τοῖς θεοῖς πρῶτον τιμωροῦντες, εἰδότες δὲ Περικλέα τὸν Ξανθίππου προσεχόμενον αὐτῷ κατὰ τὴν μητέρα, καὶ νομίζοντες, ἐκπεσόντος αὐτοῦ, ῥᾷον σφίσι προχωρήσειν τὰ ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων. οὐ μέντοι τοσοῦτον ἤλπιζον παθεῖν ἂν αὐτὸν τοῦτο, ὅσον διαβολὴν οἴσειν αὐτῷ πρὸς τὴν πόλιν, ὡς καὶ διὰ τὴν ἐκείνου ξυμφορὰν τὸ μέρος ἔσται ὁ πόλεμος. ὢν γὰρ δυνατώτατος τῶν

culum in Deam admisissent, tam illi, quam omnes ab illis oriundi, sunt appellati. Athenienses igitur hos, qui huic piaculo erant obnoxii, in exsilium pepulerunt. Cleomenes etiam Lacedaemonius postea cum Athenienſibus seditione laborantibus expulit. Hi enim & vivos expulerunt, & defunctorum ossa collecta abiecerunt. Postea tamen redierunt, eorumque genus est adhuc in civitate.

CXXVII. Hoc igitur piaculum Lacedaemonii exterminari iusserunt, Diis, scilicet, primum religionis specie opem ferentes: at revera tum quia sciebant, Periclem Xanthippi filium huic piaculo propter maternum genus affinem esse, tum etiam quia credebant, illo expulso, ea, quae ab Athenienſibus fieri volebant, sibi facilius succeſſura. Non tamen tam sperabant hoc illi eventurum, quam hoc ipsum invidiam apud populum illi conflaturum, quasi ob illius calamitatem magna ex parte hoc bellum esset futurum.

Digitized by Google

καθ' ἑαυτὸν, καὶ ἄγων τὴν πολιτείαν, ἠναντιοῦτο πάντα τοῖς Λακεδαιμονίοις· καὶ οὐκ εἴα ὑπείκειν, ἀλλ' ἐς τὸν πόλεμον ὥρμα τοὺς Ἀθηναίους.

ρκη'. Ἀντεκέλευον δὲ καὶ οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς Λακεδαιμονίους τὸ ἀπὸ Ταινάρου ἄγος ἐλαύνειν. οἱ γὰρ Λακεδαιμόνιοι ἀναστήσαντες ποτὲ ἐκ τοῦ ἱεροῦ τοῦ Ποσειδῶνος ἀπὸ Ταινάρου τῶν Εἱλώτων τοὺς ἱκέτας ἀπαγαγόντες, διέφθειραν. δι' ὃ δὴ καὶ σφίσιν αὐτοῖς νομίζουσι τὸν μέγαν σεισμὸν γενέσθαι ἐν Σπάρτῃ. ἐκέλευον δὲ καὶ τὸ τῆς Χαλκιοίκου ἄγος ἐλαύνειν αὐτούς. ἐγένετο δὲ τοιόνδε. ἐπειδὴ Παυσανίας ὁ Λακεδαιμόνιος τοπρῶτον μεταπεμφθεὶς ὑπὸ Σπαρτιατῶν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς ἐν Ἑλλησπόντῳ, καὶ κριθεὶς ὑπ' αὐτῶν, ἀπελύθη μὴ ἀδικεῖν, δημοσίᾳ μὲν οὐκέτι ἐξεπέμφθη, ἰδίᾳ δὲ

Nam cum potentiſſimus eſſet omnium ſuae aetatis hominum, cumque rempublicam adminiſtraret, omnibus in rebus adverſabatur Lacedaemoniis; nec ſinebat Athenienſes illis cedere, ſed ad bellum eos incitabat.

CXXVIII. Athenienſes vero & ipſi viciſſim Lacedaemoniis imperarunt, ut illos, qui piaculo ad Taenarum admiſſo tenebantur, ex urbe pellerent. Lacedaemonii enim, cum olim Helotas ſupplices ex Neptuni templo a Taenaro excitaſſent, eos abductos interfecerunt. Quamobrem etiam Lacedaemonii magnum illum terrae motum Spartae ſibi ipſis accidiſſe putant. Illos praeterea piaculum Palladis Chalcioecae tollere iuſſerunt. Id vero huiuſmodi fuit. Poſtquam Pauſanias Lacedaemonius, a Spartanis primum revocatus ab imperio, quod in Helleſponto habebat, cauſaque apud illos dicta, ab ipſis eſt abſolutus, & innocens habitus, publice quidem ad nullam expeditionem poſtea am-

Digitized by Google

αὐτὸς τριήρη λαβὼν Ἑρμιονίδα, ἄνευ Λακεδαιμονίων ἀφικνεῖται ἐς Ἑλλήσποντον· τῷ μὲν λόγῳ, ἐπὶ τὸν Ἑλληνικὸν πόλεμον, τῷ δὲ ἔργῳ, τὰ πρὸς βασιλέα πράγματα βουλόμενος πράσσειν· ὥσπερ καὶ τοπρῶτον ἐπεχείρησεν, ἐφιέμενος τῆς Ἑλληνικῆς ἀρχῆς. εὐεργεσίαν δὲ ἀπὸ τοῦδε πρῶτον ἐς βασιλέα κατέθετο, καὶ τοῦ παντὸς πράγματος ἀρχὴν ἐποιήσατο. Βυζάντιον γὰρ ἑλὼν τῇ προτέρᾳ παρουσίᾳ μετὰ τὴν ἐκ Κύπρου ἀναχώρησιν (εἶχον δὲ Μῆδοι αὐτὸ, καὶ βασιλέως προσήκοντές τινες καὶ ξυγγενεῖς, οἳ ἑάλωσαν ἐν αὐτῷ) τότε τούτους οὓς ἔλαβεν, ἀποπέμπει βασιλεῖ κρύφα τῶν ἄλλων ξυμμάχων· τῷ δὲ λόγῳ, ἀπέδρασαν αὐτόν. ἔπρασσε δὲ ταῦτα μετὰ Γογγύλου τοῦ Ἐρετριέως, ὥπερ ἐπέτρεψε τό, τε Βυζάντιον καὶ τοὺς αἰχμαλώτους. ἔπεμψε δὲ καὶ ἐπιστολὴν τὸν Γόγγυλον φέροντα

plius eſt emiſſus: ſed ipſe, privatim ſumta triremi Hermionide, ſine Lacedaemoniis abiit in Helleſpontum, verbis quidem, & ut ipſe iactabat, ad Graecum bellum; re vero ipſa, quia ſuſceptum negotium cum rege tranſigere volebat: quemadmodum & initio rem aggreſſus fuerat, Graeciae principatum affectans. Atque hinc primum beneficium apud regem collocavit, totiuſque rei fecit initium. Cum enim poſt ſuum e Cypro reditum, priore adventu Byzantium occupaſſet, (Medi autem, & quidam regis neceſſarii & cognati, qui in eo capti fuerant, id tenebant:) tunc hos, quos ceperat, clam ceteris ſociis ad regem remiſit. Sed rumore, quem de illis ſparſerat, ex ipſius manibus aufugerant. In his autem peragendis uſus eſt opera & auxilio Gongyli Eretrienſis, cuius fidei & Byzantium & captivos commiſerat. Miſit etiam Gongylum cum epiſto-

Digitized by Google

αὐτῷ. ἐνεγέγραπτο δὲ τάδε καὶ ἐν αὐτῇ, ὡς ὕστερον ἀνευρέθη. Παυσανίας ὁ ἡγεμὼν τῆς Σπάρτης τούσδε τέ σοι χαρίζεσθαι βουλόμενος, ἀποπέμπει δορὶ ἑλών· καὶ γνώμην ποιοῦμαι, εἰ καί σοι δοκεῖ, θυγατέρα τε τὴν σὴν γῆμαι, καί σοι Σπάρτην τε καὶ τὴν ἄλλην Ἑλλάδα ὑποχείριον ποιῆσαι. δυνατὸς δὲ δοκῶ εἶναι ταῦτα πρᾶξαι, μετὰ σοῦ βουλευόμενος. εἰ οὖν τι σὲ τούτων ἀρέσκει, πέμπε ἄνδρα πιστὸν ἐπὶ θάλασσαν, δι' οὗ τολοιπὸν τοὺς λόγους ποιησόμεθα.

ρκθ'. Τοσαῦτα μὲν ἡ γραφὴ ἐδήλου. Ξέρξης δὲ ἥσθη τε τῇ ἐπιστολῇ, καὶ ἀποστέλλει Ἀρτάβαζον τὸν Φαρνάκου ἐπὶ θάλασσαν, καὶ κελεύει αὐτὸν τήν τε Δασκυλίτιν σατραπείαν παραλαβεῖν, Μεγαβάτην ἀπαλλάξαντα, ὃς πρότερον ἦρχε· καὶ παρὰ Παυσανίαν ἐς Βυζάντιον ἐπιστολὴν ἀντεπετίθει αὐτῷ, ὡς τάχιστα

la, quam ad ipsum regem ferebat. Haec autem in ea continebantur, ut postea compertum est. *Pausanias dux Spartae, hos, quos armis cepit, tibi gratificari cupiens, remittit. Habeoque in animo (si tibi quoque placet) filiam tuam in matrimonium ducere; & Spartam, & ceteram Graeciam sub tuam potestatem redigere. Existimo autem me posse haec peragere, si tecum consilia communicem. Si quid igitur horum tibi placet, hominem fidum ad mare mittas face, per quem posthac colloquemur, & rem transigemus.*

CXXIX. Atque haec sunt, quae in illa epistola verbis disertissimis continebantur. Xerxes vero laetatus est hac epistola, & Artabazum Pharnaci filium ad mare misit, eumque iussit accipere provinciam Dascylitin, Megabate, qui ei ante praefuerat, dimisso; eique vicissim epistolam ad Pausaniam dedit, imperans, ut eam Byzantium quam ce-

Digitized by Google

διαπέμψαι, καὶ τὴν σφραγῖδα ἀποδεῖξαι· καὶ ἤν τι αὐτῷ Παυσανίας παραγγέλλῃ περὶ τῶν ἑαυτοῦ πραγμάτων, πράσσειν ὡς ἄριστα καὶ πιστότατα. ὁ δὲ ἀφικόμενος, τά τε ἄλλα ἐποίησεν ὥσπερ εἴρητο, καὶ τὴν ἐπιστολὴν διέπεμψεν. ἀντεγέγραπτο δὲ τάδε· Ὧδε λέγει Βασιλεὺς Ξέρξης Παυσανίᾳ, καὶ τῶν ἀνδρῶν οὕς μοι πέραν θαλάσσης ἐκ Βυζαντίου διέσωσας, κείσεταί σοι εὐεργεσία ἐν τῷ ἡμετέρῳ οἴκῳ ἐσαεὶ ἀνάγραπτος, καὶ τοῖς λόγοις τοῖς ἀπό σου ἀρέσκομαι. καί σε μήτε νὺξ μήθ' ἡμέρα ἐπισχέτω ὥστε ἀνεῖναι πράσσειν τὶ ὧν ἐμοὶ ὑπισχῇ· μηδὲ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου δαπάνῃ κεκωλύσθω, μηδὲ στρατιᾶς πλήθει, εἴποι δεῖ παραγίγνεσθαι· ἀλλὰ μετ' Ἀρταβάζου ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, ὅν σοι ἔπεμψα, πράσσε θαρσῶν καὶ τὰ ἐμὰ καὶ τὰ σά, ὅπη κάλλιστα καὶ ἄριστα ἕξει ἀμφοτέροις.

lerrime mitteret, illique ſigillum oſtenderet: &, ſi quid Pauſanias de ſuis negotiis mandaret, quam rectiſſime & quam fideliſſime conficeret. Ille vero eo profectus, cum alia fecit, quemadmodum fuerat imperatum, tum etiam epiſtolam miſit. Hoc autem reſponſum in ea ſcriptum erat. *Rex Xerxes Pauſaniae ſic reſpondet: Cum ob viros, quos mihi trans mare incolumes Byzantio remiſiſti, beneficii gratia in domo noſtra tibi perpetuo manebit repoſita, ſcriptiſque nunquam delendis mandata; tum etiam tua verba mihi placent. Ac te neque nox neque dies remoretur, ita ut remiſſe agas quidquam eorum, quae mihi polliceris: neque auri, neque argenti impenſis haec impediantur, neque ulla copiarum multitudine, ſi quo ſit veniendum; ſed cum Artabazo, viro probo ac fideli, quem ad te miſi, meas tuaſque res, prout e dignitate ac utilitate utriuſque noſtrûm maxime eſſe iudicaris, tranſige confidenter.*

Digitized by Google

ρλ'. Ταῦτα λαβὼν ὁ Παυσανίας τὰ γράμματα, ὧν καὶ πρότερον ἐν μεγάλῳ ἀξιώματι ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων διὰ τὴν Πλαταιάσιν ἡγεμονίαν, πολλῷ τότε μᾶλλον ἦρτο, καὶ οὐκέτι ἠδύνατο ἐν τῷ καθεστῶτι τρόπῳ βιοτεύειν· ἀλλὰ σκευάς τε Μηδικὰς ἐνδυόμενος ἐκ τοῦ Βυζαντίου ἐξήει, καὶ διὰ τῆς Θρᾴκης πορευόμενον αὐτὸν Μῆδοι καὶ Αἰγύπτιοι ἐδορυφόρουν. τράπεζάν τε Περσικὴν παρετίθετο, καὶ κατέχειν τὴν διάνοιαν οὐκ ἠδύνατο, ἀλλ' ἔργοις βραχέσι προὐδήλου ἃ τῇ γνώμῃ μειζόνως ἐσκέπετο ἃ ἔμελλε πράξειν. δυσπρόσοδόν τε αὐτὸν παρεῖχε, καὶ τῇ ὀργῇ οὕτω χαλεπῇ ἐχρῆτο ἐς πάντας ὁμοίως, ὥστε μηδένα δύνασθαι προσιέναι. διόπερ καὶ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους οὐχ ἥκιστα ἡ ξυμμαχία μετέστη.

ρλα'. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι αἰσθόμενοι, τό, τε πρῶ-

CXXX. Pauſanias, his literis acceptis, cum magnam auctoritatem iam ante apud Graecos haberet, & ab illis valde honoraretur propter imperium ad Plataeas geſtum, tunc animos longe magis efferre coepit, nec amplius conſuetis ac patriis inſtitutis vivere potuit: ſed cultu Medico ornatus prodiit Byzantio, eiuſque per Thraciam euntis latera Medi & Aegyptii ſatellites, armati ſtipabant. Menſam quoque Perſicam ſibi apponi curabat: neque ſuas cogitationes amplius continere poterat; ſed paucis levibuſque rebus aperte prodebat res magnas, quas animo conceperat, & poſtea peragere ſtatuerat. Praeterea ſe cunctis aditu difficilem praebebat, & iracundia adeo gravi in omnes pariter utebatur, ut ad eum nullus poſſet accedere. Quamobrem etiam potiſſimum ſocii ad Athenienſium partes tranſiverunt, ſeque illis adiunxerunt.

CXXXI. Lacedaemonii vero, his auditis, propter haec

Digitized by Google

τον δι' αὐτὰ ταῦτα ἀνεκάλεσαν αὐτὸν, καὶ ἐπειδὴ τῇ Ἑρμιονίδι νηὶ τοδεύτερον ἐκπλεύσας, οὐ κελευσάντων αὐτῶν, τοιαῦτα ἐφαίνετο ποιῶν. καὶ ἐκ τοῦ Βυζαντίου βίᾳ ὑπ' Ἀθηναίων ἐκπολιορκηθεὶς, ἐς μὲν τὴν Σπάρτην οὐκ ἐπανεχώρει, ἐς δὲ Κολωνὰς τὰς Τρωϊάδας ἱδρυθεὶς, πράσσων τε ἐσηγγέλλετο αὐτοῖς ἐς τοὺς βαρβάρους, καὶ οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ τὴν μονὴν ποιούμενος. οὕτω δὴ οὐκέτι ἐπέσχον, ἀλλὰ πέμψαντες κήρυκα οἱ Ἔφοροι, καὶ σκυτάλην, εἶπον τοῦ κήρυκος μὴ λείπεσθαι· εἰ δὲ μὴ, πόλεμον αὐτῷ Σπαρτιάτας προαγορεύειν. ὁ δὲ, βουλόμενος ὡς ἥκιστα ὕποπτος εἶναι, καὶ πιστεύων χρήμασι διαλύσειν τὴν διαβολὴν, ἀνεχώρει τοδεύτερον ἐς Σπάρτην. καὶ ἐς μὲν τὴν εἱρκτὴν ἐσπίπτει τοπρῶτον ὑπὸ τῶν Ἐφόρων (ἔξεστι δὲ τοῖς Ἐφόροις τὸν βασιλέα δρᾶσαι τοῦτο) ἔπειτα διαπραξάμενος, ὕστερον ἐξῆλθε, καὶ

ipsa & primum eum revocarunt, & postquam iterum Hermionide navi vectus, ipsorum iniussu, huiusmodi facinora facere videbatur. Et Byzantio ab Athenienſibus obsesso per vim pulsus, Spartam quidem non revertebatur: at ipsis nuntiabatur, eum sedes ad agri Troiani Colonas posuisse, & consilia cum barbaris agitare, neque publici boni causa diutius illic manere: ita demum non amplius supersederunt, sed Ephori, misso caduceatore & scytale, imperarunt, ne a caduceatore discederet; alioqui, Spartanos ei, ut hosti, bellum indicere significarunt. Ille vero, cum quam minimum suspectus esse vellet, & crimen obiectum se pecuniis diluturum speraret, iterum Spartam rediit. Ac primum quidem ab Ephoris in carcerem est coniectus, (Ephoris enim regem ita tractare licet) deinde vero re cum magistratibus transacta, postea inde exivit, seque reum

Digitized by Google

καθίστησιν ἑαυτὸν ἐς κρῖσιν τοῖς βουλομένοις περὶ αὐτῶν ἐλέγχειν.

ρλβ'. Καὶ φανερὸν μὲν εἶχον οὐδὲν οἱ Σπαρτιᾶται σημεῖον, οὔτε οἱ ἐχθροὶ, οὔτε ἡ πᾶσα πόλις, ὅτῳ ἂν πιστεύσαντες βεβαίως ἐτιμωροῦντο ἄνδρα γένους τε τοῦ βασιλείου ὄντα, καὶ ἐν τῷ παρόντι τιμὴν ἔχοντα. Πλείσταρχον γὰρ τὸν Λεωνίδου, ὄντα βασιλέα καὶ νέον ἔτι, ἀνεψιὸς ὢν ἐπετρόπευεν. ὑποψίας δὲ πολλὰς παρεῖχε, τῇ τε παρανομίᾳ, καὶ ζηλώσει τῶν βαρβάρων, μὴ ἴσος βούλεσθαι εἶναι τοῖς παροῦσι. τά τε ἄλλα αὐτοῦ ἀνεσκόπουν, εἴτι που ἐξεδεδιήτητο τῶν καθεστώτων νομίμων, καὶ ὅτι ἐπὶ τὸν τρίποδα ποτὲ τὸν ἐν Δελφοῖς, ὃν ἀνέθεσαν οἱ Ἕλληνες ἀπὸ τῶν Μήδων ἀκροθίνιον, ἠξίωσεν ἐπιγράψασθαι αὐτὸς ἰδίᾳ τὸ ἐλεγεῖον τόδε,

constituit, & crimina sibi obiecta cuilibet in iudicio coarguendi potestatem fecit.

CXXXII. Spartani vero nullum quidem manifestum signum habebant, neque ipsius inimici, neque universa civitas, quo sine dubitatione freti supplicium sumerent de viro, qui & regio genere natus, & honore magno tunc temporis praeditus erat. Pliſtarchi enim Leonidae filii, cum rex & puer adhuc esset ipse, qui eius erat consobrinus, tutelam gesserat. Ceterum multas suspiciones praebebat, cum ob morum insolentiam, tum etiam ob barbarorum aemulationem, se nolle in praesenti rerum statu acquiescere: & cum alias eius actiones accurate considerabant, si qua in re a moribus receptis & patriis institutis recessisset, & studia ab his aliena secutus fuisset; tum etiam quod olim in tripode, qui Delphis erat, quem Graeci ex primitiis manubiarum, a Medis victis ablatarum, Deo dicaverant, hoc

Digitized by Google

Ἑλλήνων ἀρχηγὸς, ἐπεὶ στρατὸν ὤλεσε Μήδων,
Παυσανίας, Φοίβῳ μνῆμ' ἀνέθηκε τόδε.

τὸ μὲν οὖν ἐλεγεῖον οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐξεκόλαψαν εὐθὺς τότε ἀπὸ τοῦ τρίποδος τοῦτο· καὶ ἐπέγραψαν ὀνομαστὶ τὰς πόλεις, ὅσαι ξυγκαθελοῦσαι τὸν βάρβαρον, ἐστήσαντο ἀνάθημα. τοῦ μέντοι Παυσανίου ἀδίκημα καὶ τοῦτ' ἐδόκει εἶναι, καὶ ἐπεί γε δὴ ἐν τούτῳ καθειστήκει, πολλῷ μᾶλλον παρόμοιον πραχθῆναι ἐφαίνετο τῇ παρούσῃ διανοίᾳ. ἐπυνθάνοντο δὲ καὶ εἰς τοὺς Εἵλωτας πράσσειν τι αὐτόν. καὶ ἦν δὲ οὕτως. ἐλευθέρωσίν τε γὰρ ὑπισχνεῖτο αὐτοῖς καὶ πολιτείαν, ἢν ξυνεπαναστῶσι, καὶ τὸ πᾶν ξυγκατεργάσωνται. ἀλλ' οὐδ' ὡς οὐδὲ τῶν Εἱλώτων μηνυταῖς τισι πιστεύσαντες, ἠξίωσαν νεώτερόν τι ποιεῖν εἰς αὐτόν· χρώμενοι τῷ τρόπῳ ᾧπερ εἰώθασιν

distichum ſcriptum ipſe privatim inſcribendum cenſuiſſet:

Poſtquam Graecorum dux agmina Medica fudit,
Phoebo Pauſanias haec monumenta dedit.

ſed Lacedaemonii hoc epigramma protinus ex tripode tunc exſculpſerunt, & in eo ſingulas civitates nominatim inſcripſerunt, quotquot armis, opibuſque coniunctis barbarum profligaverant, & donum iſtud Deo dicaverant. Hoc igitur etiam inter cetera iniuſta Pauſaniae facinora numerabatur, & poſtquam in hoc ſtatu res eius eſſe coeperunt, tunc multo magis hoc eius factum praeſenti perduellionis conſilio conſentaneum eſſe videbatur. Quin etiam audiebant, eum aliquid cum ſervis agitare: quod verum erat; libertatem enim & civitatem ipſis pollicebatur, ſi ſecum inſurrexiſſent, ſummamque rei ſecum tranſegiſſent. Sed tamen ne ſic quidem, ullis ſervorum indiciis habita fide, quidquam novi in ipſum ſtatuere voluerunt, utentes mo-

Digitized by Google

ἐς σφᾶς αὐτοὺς, μὴ ταχεῖς εἶναι περὶ ἀνδρὸς Σπαρτιάτου, ἄνευ ἀναμφισβητήτων τεκμηρίων, βουλεῦσαί τι ἀνήκεστον· πρίν γε δὴ αὐτοῖς, ὡς λέγεται, ὁ μέλλων τὰς τελευταίας βασιλεῖ ἐπιστολὰς πρὸς Ἀρτάβαζον κομιεῖν, ἀνὴρ Ἀργίλιος, παιδικὰ ποτὲ ὢν αὐτοῦ, καὶ πιστότατος ἐκείνῳ, μηνυτὴς γίγνεται· δείσας κατὰ ἐνθύμησίν τινα ὅτι οὐδείς πω τῶν πρὸ ἑαυτοῦ ἀγγέλων πάλιν ἀφίκετο· καὶ παραποιησάμενος σφραγῖδα, ἵνα, ἢν ψευσθῇ τῆς δόξης, ἢ καὶ ἐκεῖνος μεταγράψαι τι αἰτήσῃ, μὴ ἐπιγνῷ, λύει τὰς ἐπιστολάς· ἐν αἷς ὑπονοήσας τι τοιοῦτον προσεπεστάλθαι, καὶ αὐτὸν εὗρεν ἐγγεγραμμένον κτείνειν.

ρλγ΄. Τάδε δὴ οἱ Ἔφοροι, δείξαντος αὐτοῦ τὰ γράμματα, μᾶλλον μὲν ἐπίστευσαν, αὐτήκοοι δὲ βουληθέν-

re, quo erga ſe ipſos uti conſueverunt, ut non ſint celeres ad aliquid gravius de viro Spartano ſine manifeſtiſſimis ac minime dubiis indiciis decernendum: donec tandem quidam, (ut fertur,) qui poſtremas epiſtolas ad regem ſcriptas erat ad Artabazum perlaturus, vir Argilius, qui quondam eius amaſius fuerat, idemque illi fideliſſimus, ad eos indicium detulit; territus quadam ſuſpicione, quae ipſi in mentem venerat, quod nullus de nuntiis ante ſe miſſis adhuc rediiſſet. Quare cum ſigillum Pauſaniae ſigillo ſimile feciſſet, (ut, ſi opinione ſua deceptus fuiſſet, aut etiam ſi quid ille mutare voluiſſet, non agnoſceret) epiſtolarum vincula laxavit. In quibus ſuſpicatus aliquid huiuſmodi praeterea mandatum eſſe, ſe quoque ſcriptum caedique deſtinatum invenit.

CXXXIII. Cum igitur ille has literas Ephoris tunc oſtendiſſet, vehementius illi quidem, quam ante, crediderunt. Ce-

Digitized by Google

τες ἔτι γενέσθαι αὐτοῦ Παυσανίου τὶ λέγοντος, ἀπὸ παρασκευῆς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ Ταίναρον ἱκέτου οἰχομένου, καὶ σκηνησαμένου διπλῆν διαφράγματι καλύβην· ἐς ἣν τῶν τε Ἐφόρων ἐντός τινας ἔκρυψε, καὶ Παυσανίου ὡς αὐτὸν ἐλθόντος, καὶ ἐρωτῶντος τὴν πρόφασιν τῆς ἱκετείας, ἤσθοντο πάντα σαφῶς, αἰτιωμένου τοῦ ἀνθρώπου τά τε περὶ αὐτοῦ γραφέντα, καὶ τἄλλα ἀποφαίνοντος καθ' ἕκαστον, ὡς οὐδὲν πώποτε αὐτὸν ἐν ταῖς πρὸς βασιλέα διακονίαις παραβάλοιτο, προτιμηθείη δ' ἐν ἴσῳ τοῖς πολλοῖς τῶν διακόνων ἀποθανεῖν· κἀκείνου αὐτά τε ταῦτα ξυνομολογοῦντος, καὶ περὶ τοῦ παρόντος οὐκ ἐῶντος ὀργίζεσθαι, ἀλλὰ πίστιν ἐκ τοῦ ἱεροῦ διδόντος τῆς ἀναστάσεως, καὶ ἀξιοῦντος ὡς τάχιστα πορεύεσθαι, καὶ μὴ τὰ πρασσόμενα διακωλύειν.

terum quia praeterea ſuis ipſorum auribus aliquid, ipſius Pauſaniae loquentis ore prolatum, audire vellent; ex compoſito vir ille ſupplex ad Taenarum confugit, ibique tugurium conſtruxit, quod ſepto interpoſito diſcluſum erat, in quo quoſdam de Ephoris abſcondidit: cumque Pauſanias ad ipſum veniſſet, & ſupplicationis cauſam ex illo quaereret, omnia plane audiverunt; dum ille conqueretur de rebus in ſuam perniciem ab ipſo ſcriptis, dum etiam alia ſingulatim declararet, quomodo nunquam in obeundis apud regem miniſteriis ipſum ullis periculis obieciſſet, & tamen dignus habitus fuiſſet, qui, aeque ac multi alii ipſius miniſtri, caederetur. Ille autem & haec ipſa confeſſus eſt, nec eum propter id, quod tunc acciderat, iraſci permiſit; ſed fidem ei dedit, & ex templo impune ſurgere iuſſit, ac oravit, ut quam celerrime pergeret, nec ſua negotia impediret.

Digitized by Google

ρλδ'. Ἀκούσαντες δὲ ἀκριβῶς, τότε μὲν ἀπῆλθον οἱ Ἔφοροι· βεβαίως δὲ ἤδη εἰδότες, ἐν τῇ πόλει τὴν ξύλληψιν ἐποιοῦντο. λέγεται δ' αὐτὸν μέλλοντα ξυλλη-φθήσεσθαι ἐν τῇ ὁδῷ, ἑνὸς μὲν τῶν Ἐφόρων τὸ πρόσωπον προσιόντος ὡς εἶδε, γνῶναι ἐφ' ᾧ ἐχώρει· ἄλλου δὲ νεύματι ἀφανεῖ χρησαμένου, καὶ δηλώσαντος εὐνοίᾳ, πρὸς τὸ ἱερὸν τῆς Χαλκιοίκου χωρῆσαι δρόμῳ, καὶ προκαταφυγεῖν· ἦν δὲ ἐγγὺς τὸ τέμενος. καὶ ἐς οἴκημα οὐ μέγα, ὃ ἦν τοῦ ἱεροῦ, ἐσελθὼν, ἵνα μὴ ὑπαίθριος ταλαιπωροίη, ἡσύχαζεν. οἱ δὲ, τοπαραυτίκα μὲν ὑστέρησαν τῇ διώξει· μετὰ δὲ τοῦτο, τοῦ τε οἰκήματος τὸν ὄροφον ἀφεῖλον, καὶ τὰς θύρας, ἔνδον ὄντα τηρήσαντες αὐτὸν, καὶ ἀπολαβόντες ἔἰσω, ἀπῳκοδόμησαν. προσκαθεζόμενοί τε, ἐξεπολιόρκησαν λιμῷ. καὶ μέλλοντος

CXXXIV. Tunc vero Ephori, his omnibus diligenter auditis, abierunt. Cum autem rem plane compertam iam haberent, eum in urbe comprehendere conabantur. Fama autem est, ipsum, cum in via iam comprehendendus esset, cumque unius Ephororum ad se accedentis vultum conspexisset, cognovisse, qua de causa veniret: cumque alius pro benevolentia, qua ipsum prosequebatur, nutu clandestino rem ipsi significasset, ad templum Palladis Chalcioecae cursu se proripuisse, & fuga ceteros antevertisse: fanum autem erat vicinum. Et in exiguam templi aediculam ingressus, ne sub dio agens aliquid incommodi pateretur, in ea se continebat. Illi vero, qui eum insequebantur, tunc quidem assequi non potuerunt: sed postea & ipsius aediculae tectum sustulerunt, & valvas, cum eum intus esse observassent, & ingressum circumdedissent, muro obstruxerunt; eumque obsidentes, fame expugnarunt: & cum ani-

Digitized by Google

αὐτοῦ ἀποψύχειν, ὥσπερ εἶχεν ἐν τῷ οἰκήματι, αἰσθόμενοι, ἐξάγουσιν ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἔτι ἔμπνουν ὄντα. καὶ ἐξαχθεὶς, ἀπέθανε παραχρῆμα. καὶ αὐτὸν ἐμέλλησαν μὲν ἐς τὸν Καιάδαν, οὗπερ τοὺς κακούργους ἐμβάλλειν εἰώθεισαν· ἔπειτα ἔδοξε πλησίον που κατορύξαι. ὁ δὲ θεὸς ὁ ἐν Δελφοῖς τόν τε τάφον ὕστερον ἔχρησε τοῖς Λακεδαιμονίοις μετενεγκεῖν οὗπερ ἀπέθανε, (καὶ νῦν κεῖται ἐν τῷ προτεμενίσματι, ὁ γραφῇ στῆλαι δηλοῦσι) καὶ ὡς ἄγος αὐτοῖς ὂν τὸ πεπραγμένον, δύο σώματα ἀνθ' ἑνὸς τῇ Χαλκιοίκῳ ἀποδοῦναι. οἱ δὲ, ποιησάμενοι χαλκοῦς ἀνδριάντας δύο, ὡς ἀντὶ Παυσανίου ἀνέθησαν.

ρλέ. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, ὡς καὶ τοῦ θεοῦ ἄγος κρίναντος, ἀντεπέταξαν τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐλαύνειν αὐτό. τοῦ δὲ Μηδισμοῦ τοῦ Παυσανίου Λακεδαιμόνιοι, πρέ-

mam iam esset efflaturus, illi, ut se in aedicula habebat cognoscentes, eum ex templo adhuc spirantem efferunt: ille vero, cum elatus esset, confestim mortuus est. Eum autem in Caeadem deiecturi erant, quo facinorosos homines deiicere solent: sed postea visum est ipsis, eum in aliquo loco propinquo defodere. Sed Deus, qui Delphis est, oraculum postea reddidit Lacedaemoniis, quo iussit eos sepultum Pausaniae cadaver eo transferre, ubi animam efflaverat: (& nunc in fani vestibulo situm est, quod lapides literis incisis declarant) & quia hoc ipsorum facinus piaculo non carebat, duo corpora pro uno Palladi Chalcioecae persolvere. Illi vero duas statuas aeneas fecerunt, quas pro Pausania Deae consecrarunt.

CXXXV. Athenienses igitur, quod vel ipse Deus piaculum ab illis admissum iudicasset, vicissim & ipsi Lacedaemoniis imperarunt, ut hoc exterminarent. At Lacedae-

Digitized by Google

σβεις πέμψαντες παρὰ τοὺς Ἀθηναίους, ξυνεπητιῶντο καὶ τὸν Θεμιστοκλέα, ὡς εὕρισκον ἐκ τῶν περὶ Παυσανίαν ἐλέγχων· ἠξίουν τε τοῖς αὐτοῖς κολάζεσθαι αὐτόν. οἱ δὲ, πεισθέντες (ἔτυχε γὰρ ὠστρακισμένος, καὶ ἔχων δίαιταν μὲν ἐν Ἄργει, ἐπιφοιτῶν δὲ καὶ ἐς τὴν ἄλλην Πελοπόννησον) πέμπουσι μετὰ τῶν Λακεδαιμονίων ἑτοίμων ὄντων ξυνδιώκειν, ἄνδρας οἷς εἴρητο ἄγειν ὅπου ἂν περιτύχωσιν.

ρλστ'. Ὁ δὲ Θεμιστοκλῆς προαισθόμενος φεύγει ἐκ Πελοποννήσου ἐς Κέρκυραν, ὧν αὐτῶν εὐεργέτης. δεδιέναι δὲ φασκόντων τῶν Κερκυραίων ἔχειν αὐτὸν, ὥστε Λακεδαιμονίοις καὶ Ἀθηναίοις ἀπέχθεσθαι, διακομίζεται ὑπ' αὐτῶν ἐς τὴν ἤπειρον τὴν καταντικρύ. καὶ διω-

monii, legatis ad Athenienſes miſſis, Themiſtoclem etiam criminabantur, quod & ipſe cum Medis ſenſiſſet, quemadmodum fecerat Pauſanias, ut ex manifeſtis indiciis quaeſtionis, de Pauſaniae criminibus habitae, compertum habebant; & petebant, ut ille iiſdem ſuppliciis afficeretur. Illi vero, fidem verbis illorum habentes, (iam enim Themiſtocles patria per oſtraciſmum pulſus erat, & Argis quidem habitabat; ſed tamen & per ceteras Peloponneſi partes crebro commeabat) mittunt una cum Lacedaemoniis, ad illum ſimul perſequendum paratis, quoſdam cum mandatis, ut eum adducerent, ubicunque terrarum nanciſcerentur.

CXXXVI. Themiſtocles vero cum rem praeſenſiſſet, ex Peloponneſo in Corcyram profugit, quod de Corcyraeis bene meritus eſſet. Sed cum illi dicerent, ſe vereri, ne, ſi ipſum apud ſe retinerent, in Lacedaemoniorum & Athenienſium odium ac inimicitias incurrerent; in oppoſitam continentem ab ipſis deducitur. Et inſequentibus iis, qui-

Digitized by Google

κόμενος ὑπὸ τῶν προστεταγμένων, κατὰ πύστιν οἵ χωροίη, ἀναγκάζεται κατά τι ἄπορον παρὰ Ἄδμητον τὸν Μολοσσῶν βασιλέα, ὄντα αὐτῷ οὐ φίλον, καταλῦσαι. καὶ ὁ μὲν οὐκ ἔτυχεν ἐπιδημῶν· ὁ δὲ, τῆς γυναικὸς ἱκέτης γενόμενος, διδάσκεται ὑπ' αὐτῆς τὸν παῖδα σφῶν λαβὼν καθίζεσθαι ἐπὶ τὴν ἑστίαν. καὶ ἐλθόντος οὐ πολὺ ὕστερον τοῦ Ἀδμήτου, δηλοῖ τε ὅς ἐστι, καὶ οὐκ ἀξιοῖ, εἴτι ἄρα αὐτὸς ἀντεῖπεν αὐτῷ Ἀθηναίων δεομένῳ, φεύγοντα τιμωρεῖσθαι. καὶ γὰρ ἂν ὑπ' ἐκείνου πολλῷ ἀσθενεστέρου ἐν τῷ παρόντι κακῶς πάσχειν· γενναῖον δὲ εἶναι τοὺς ὁμοίους ἀπὸ τοῦ ἴσου τιμωρεῖσθαι. καὶ ἅμα, αὐτὸς μὲν ἐκείνῳ χρείας τινὸς, καὶ οὐκ ἐς τὸ σῶμα σώζεσθαι, ἐναντιωθῆναι· ἐκεῖνον δ' ἂν, εἰ ἐκδοίη αὐτὸν (εἰπὼν ὑφ' ὧν καὶ ἐφ' ᾧ διώκεται) σωτηρίας ἂν

bus hoc imperatum fuerat, qui perpetuo ſciſcitabantur, quonam ille iret, propter magnam conſilii inopiam coactus eſt divertere ad Admetum, Moloſſorum regem, qui non erat ipſi amicus. Atque ille quidem tunc forte domi non erat. Hic vero ab illius uxore, ad quam ſupplex acceſſerat, edoctus monetur, ut ſumto ſuo ipſorum filio ad lares ſederet. Cumque non multo poſt Admetus rediiſſet, ei indicavit, quis eſſet. Et facinus illo indignum fore dixit, (ſi quid forte ipſe contra illum dixiſſet, eique Athenienſes oranti adverſatus fuiſſet) profugum ulciſci. Se enim in praeſentia longe imbecilliorem, ab illo laeſum iri; ſed generoſi eſſe animi, pares pari conditione ulciſci: ſimul etiam ſe quidem illi de commodo quodam, non autem de ſalute laboranti, adverſatum fuiſſe. Illum vero, ſi ſe ſuis inimicis traderet, (cum dixiſſet, quinam eſſent, qui ſe perſequerentur, & qua de cauſa) ſe vitae incolumitate privaturum.

Digitized by Google

τῆς ψυχῆς ἀποστερῆσαι. ὁ δὲ ἀκούσας, ἀνίστησί τε αὐτὸν μετὰ τοῦ ἑαυτοῦ υἱέος, ὥσπερ καὶ ἔχων αὐτὸν ἐκαθέζετο, καὶ μέγιστον ἦν ἱκέτευμα τοῦτο.

ρλζ'. Καὶ ὕστερον οὐ πολλῷ τοῖς τε Λακεδαιμονίοις καὶ Ἀθηναίοις ἐλθοῦσι, καὶ πολλὰ εἰποῦσιν, οὐκ ἐξεδίδωσιν, ἀλλ' ἀποστέλλει, βουλόμενον ὡς βασιλέα πορευθῆναι, ἐπὶ τὴν ἑτέραν θάλασσαν πεζῇ, ἐς Πύδναν τὴν Ἀλεξάνδρου. ἐν ᾗ ὁλκάδος τυχὼν ἀναγομένης ἐπ' Ἰωνίας, καὶ ἐπιβὰς, καταφέρεται χειμῶνι ἐς τὸ Ἀθηναίων στρατόπεδον, ὃ ἐπολιόρκει Νάξον· καὶ (ἦν γὰρ ἀγνὼς τοῖς ἐν τῇ νηΐ) δείσας φράζει τῷ ναυκλήρῳ ὅστις ἐστὶ, καὶ δι' ἃ φεύγει· καὶ, εἰ μὴ σώσει αὐτὸν, ἔφη ἐρεῖν ὅτι χρήμασι πεισθεὶς αὐτὸν ἄγει· τὴν δὲ ἀσφάλειαν εἶναι, μηδένα ἐκβῆναι ἐκ τῆς νεὼς μέχρι πλοῦς γένηται. πειθομένῳ δ' αὐτῷ χάριν ἀπομνήσεσθαι

Ille vero, his auditis, eum cum ſuo filio, (ut etiam illum tenens ſedebat) ſurgere iuſſit: hoc autem maximum erat ſupplicandi genus.

CXXXVII. Nec Lacedaemoniis & Athenienſibus, eo non multo poſt profectis, & longa oratione uſis, eum tradere voluit; ſed dimiſit, cupientem ad regem pergere, itinere pedeſtri ad alterum mare, ad urbem Pydnam, quae erat Alexandri: ubi navem onerariam nactus, quae in Ioniam proficiſcebatur, eam conſcendit, & tempeſtate delatus eſt in caſtra Athenienſium, qui Naxum obſidebant. Et (ignotus enim erat iis, qui in navi vehebantur) territus nauclero declaravit, quis eſſet, & qua de cauſa fugeret: & niſi ſe ſervaret, dixit, ſe dicturum, ſe ab eo pecuniis adducto duci: periculum autem vitari poſſe, ſi nullus ex navi exiret, donec idonea navigandi tempeſtas ſeſe ipſis of-

Digitized by Google

ἀξίαν. ὁ δὲ ναύκληρος ποιεῖται ταῦτα, καὶ ἀποσαλεύσας ἡμέραν καὶ νύκτα ὑπὲρ τοῦ στρατοπέδου, ὕστερον ἀφικνεῖται ἐς Ἔφεσον. καὶ ὁ Θεμιστοκλῆς ἐκεῖνόν τε ἐθεράπευσε χρημάτων δόσει, (ἦλθε γὰρ αὐτῷ ὕστερον ἔκ τε Ἀθηνῶν παρὰ τῶν φίλων, καὶ ἐξ Ἄργους, ἃ ὑπεξέκειτο) καὶ μετὰ τῶν κάτω Περσῶν τινος πορευθεὶς ἄνω, ἐσπέμπει γράμματα εἰς βασιλέα Ἀρταξέρξην τὸν Ξέρξου, νεωστὶ βασιλεύοντα. ἐδήλου δ' ἡ γραφὴ ὅτι, Θεμιστοκλῆς ἥκω παρά σε, ὃς κακὰ μὲν πλεῖστα Ἑλλήνων εἰργασμαι τὸν ὑμέτερον οἶκον, ὅσον χρόνον τὸν σὸν πατέρα ἐπιόντα ἐμοὶ ἀνάγκη ἠμυνόμην· πολὺ δ' ἔτι πλείω ἀγαθὰ, ἐπειδὴ ἐν τῷ ἀσφαλεῖ μὲν ἐμοὶ, ἐκείνῳ δὲ ἐν ἐπικινδύνῳ πάλιν ἡ ἀποκομιδὴ ἐγίγνετο. καί μοι εὐεργεσία ὀφείλεται, (γράψας τήν τε ἐκ Σα-

Pag. 194. *l.* 2. οὐ διάλυσιν) Ita hic dicit τὴν τῶν γεφυρῶν οὐ διάλυσιν, ut alibi κατὰ τὴν τῶν χωρίων ἀλλήλοις οὐκ ἀπόδοσιν. Steph. HUDS. *l.* 5. Pronomen αὐτὸς aut non legit Valla, aut velut supervacaneum contemsit: cum tamen contra magnam emphasin habeat, & perinde, sit, ac si diceretur, *ipsemet*, *non autem per interpretem*. Steph. HUDS. *l.* 6. ἥκω) ἥκων Gr. *l.* 7. λέγεται) In Reg. paulo recentiore manu inter versus scriptum est γρ. ἤκουσεν. *l.* 8. ἐκέλευσε ποιεῖν οὕτως) ἐκέλευε ποιεῖν οὕτω Reg. Cass. ἐκέλευε Ms. Bas. οὕτω etiam Gr. *l.* 9. γλώσσης) γλώττης Ar. C. HUDS. Dan. Τῆς Περσίδος γλώσσης Cl. HUDS.

Digitized by Google

Caſſ. Gr. *l.* 11. δὲ abeſt Dan. *ead.* γίγνεται) γίνεται Reg. *l.* 12. οὐδείς πω Ἑλλήνων) οὐδεὶς τῶν Ἑλλ. Gr.

Pag. 195. *l.* 1. αὐτῷ) αὐτὸ ſcribendum, aut ἐκεῖνο, vel αὐτὸ cum δουλώσειν ſubaudiendum eſſe exiſtimat Steph. HUDS. *l.* 4. Totum ab ἐς αὐτὸ uſque ad ἐς αὐτὴν omittunt Codd. Ar. C. proclivi admodum errore ex vocum ſimilitudine orto: quod norunt, quibus cum veteribus membranis & typographis res eſt. HUDS. *l.* 6. τῶν τε παραχρῆμα) τῶν μὲν παρόντων &c. & mox τῶν δὲ μελλόντων ἐπὶ πλεῖστον &c. & paulo infra τὸ ἄμεινον καὶ τὸ χεῖρον &c. legit Cicero, locum hunc Thucydidis afferens in Ep. 8 lib. 10 ad Attic. IDEM. *l.* 7. ἐπιπλεῖστον) ἐπὶ πλεῖστον Caſſ. *l.* 9. ἔχοι) ἔχει Dan. Gr. ſed in hoc inter verſus emendatum ἔχοι. *ead.* ὧν δὲ ἄπειρος) ὧν δ' ἄπειρος Ar. C. HUDS. Reg. Caſſ. *ead.* εἴη) ἐπικρίναι pro εἴη, κρῖναι habet Stephanus in ſua Dionyſii Halicarnaſſei editione. HUDS. *l.* 11. μάλιστα non agnoſcit Dionyſ. Halicarn. locum hunc citans. HUDS.

Pag. 196. *l.* 5. προσέφερε) προσέφερεν Caſſ. *l.* 8. οἱ προσήκοντες οἴκαδε) ὑπὸ τῶν προσηκόντων οἴκαδε forſan ſcribendum. Ae. Port. Si vulgatam lectionem ſequaris, vertes: *Ipſius autem propinqui ferunt ipſius oſſa domum, ipſius iuſſu, reportata.* Sed altera lectio ad veritatem propius accedere, & longe melior videtur eſſe. Idem. HUDS. *l.* 10. ὡς om. Gr. IDEM. *l.* 11. φεύγοντος) φυγόντος Marg. Ar. C. IDEM. Dan. φυγόντος cum α ſupra ο ſcripto Gr. *l.* 15. δὲ ἐπὶ) δ' ἐπὶ Reg. Caſſ.

Pag. 197. *l.* 2. παρ' Ἀθηναίους) παρὰ Ἀθηναίους Ar. C. HUDS. Reg. Caſſ. *l.* 6. γενέσθαι) γίγνεσθαι Ar. C. HUDS. Reg. Caſſ. Dan. & ex emendat. Gr. *l.* 8. μηδὲ) μὴ δὲ Ar. C. Ald. Flor. Baſ. HUDS. *ead.* οἱ δ' Ἀθηναῖοι) οἱ δὲ Ἀθηναῖοι Reg. Caſſ. Gr. *l.* 9. τἄλλα) τὰ ἄλλα Ar. C. HUDS. Reg. *ead.* τὸ deeſt Ar. C. HUDS. *l.* 10. ἐπ' ἐργασίαν) Non dubitabant Steph. & Ae. Portus, quin ἐπεργασίαν coniuncte ſcribere oporteat: vel ea de cauſa, quod vox ἐπικαλοῦντες conſtructionem hanc non admittat. IDEM. Ἐπεργασίαν eſt in Caſſ. & Gr. Sed in Gr. non legitur τοῖς ante Μεγαρεῦσι, ut in Appendice Variarum lectionum Hudſoni ſcriptum eſt. *l.* 11. ἀορίστου) ἀρίστου Ar. C. HUDS. Dan. & in marg. ἀορίστου. *l.* 13. Μελησίππου καὶ Ἀγησάνδρου) Μελσίππου καὶ Ἀγισάνδρου Gr.

Pag. 198. *l.* 2. τὴν om. Gr. HUDS. Dan. *ead.* εἰρήνην

Digitized by Google

εἶναι) εἰρήνην ἄγειν εἶναι Gr. *ead.* εἴη δ' ἂν εἰ τοὺς Ἕλληνας αὐτονόμους ἀφεῖτε) εἴη δ' ἂν, ἢν τοὺς Ἕλληνας αὐτονόμους ἀφῆτε Ar. C. ἀφῆτε etiam Cl. Huds. ἢν pro εἰ Dan. & ἀφῆτε Reg. Caſſ. & ex emend. Gr. *l.* 5. ἀποκρίνεσθαι) ἀποκρίνασθαι Ar. C. Cl. Huds. Caſſ. *l.* 6. παριόντες) παρόντες Ar. C. Huds. Gr. ſed emendatum παριόντες *ead.* πολλοὶ) πολλὰ Caſſ. *l.* 8. καθελεῖν) καθελεῖν τὸν πόλεμον Gr. Huds. & paulo ante τῆς εἰρήνης Gr. *l.* 9. Περικλῆς) ὁ Περικλῆς Ar. C. Huds. Dan. *l.* 10. πράσσειν) πράττειν Gr. *l.* 11. τοιάδε) τάδε Ar. C. Huds. Dan. *l.* 14. ὀργῇ) ὁρμῇ Dan. manu recent. in marg.

Pag. 199. *l.* 3. δόξασιν, ἢν ἄρα τι καὶ σφαλώμεθα) δοξάσασιν, ἢν ἄ. τ. κ. σφαλλώμεθα Gr. σφαλλώμεθα etiam Caſſ. *l.* 4. μηδὲ) μὴ δὲ Ar. C. Ald. Flor. Baſ. Poſt particulam μηδὲ tutius fuerit interpungere; cum feratur non ad κατορθοῦντας, ſed ad μεταποιεῖσθαι Steph. Huds. Μὴ δὲ Caſſ. *l.* 8. παραλόγως) παρὰ λόγον Gr. Cl. Huds. Mſ. Baſ. Reg. Caſſ. in Gr. eſt ex emendatione, prima manus ſcripſerat παράλογον. *l.* 9. δὲ πρότερον) δὲ καὶ πρότερον Gr. *l.* 10. οὐχ ἥκιστα) Sic Ald. Flor. Baſ. Huds. *ead.* διαφόρων) διαφορῶν Marg. Ar. C. Cl. Idem. Reg. Caſſ. *l.* 12. πω om. Gr. Huds. *l.* 14. λόγοις τὰ ἐγκλήματα) λόγοις τε ἐγκλ. Dan.

Pag. 200. *l.* 1. οὐκέτι) οὐκ ἔτι Gr. paſſim. οὐκ abſque ἔτε Mſ. Baſ. *ead.* αἰτιώμενοι πάρεισι) αἰτιώμενοι ἥκουσι Ar. C. Huds. Dan. *l.* 3. Ante Μεγαρέων praep. περὶ vel κατὰ intelligenda relinquitur. Steph. Huds. *l.* 5. ὑμῶν δὲ) ὑμῶν μὲν Ar. Idem. *l.* 8. γίγνεσθαι τὸν πόλεμον) γίνεσθαι πόλεμον Gr. *ead.* μηδ') μὴ δὲ Ar. C. μήδ' Ald. Flor. Baſ. Huds. *l.* 9. ὑπολίπησθε) ὑπολείπεσθε Ar. ὑπολείπεσθαι C. Idem. Ὑπολείπεσθε, & alia manu inter verſus ὑπολείπησθε Dan. *l.* 10. βραχὺ τοῦτο) βραχύ τι τοῦτο Ar. C. Cl. Huds. Caſſ. Dan. *l.* 12. ὑπακούσοντες) ὑπακούσαντες Marg. Ar. C. Sed ſi quis ita legat, particulam ἂν praefigat neceſſe eſt: ut ὑπακούσαντες ea adiuncta futuro ὑπακούσοντες poſſit ἰσοδυναμεῖν. Steph. Huds. Ὑπακούσαντες Reg. Caſſ. Gr. Dan. Sed Caſſ. ex emendatione. fuerat ὑπακούσοντες. *l.* 13. καταστήσητε) καταστήσαιτε Mſ. Baſ. Reg. καταστήσετε Caſſ. Gr.

Pag. 201. *l.* 1. δὴ) δὲ Gr. *l.* 2. βλαβῆναι) βλαβηθῆναι Ar. Huds. *ead.* πολεμήσομεν) πολεμήσαιμεν Reg. *ead.* ὥσπερ ἔμοιγε) ὡς ἐμοὶ Cl. Huds. Reg. Caſſ. *l.* 4. εἴξον-

Digitized by Google

τες) εἰξαντὲς Mſ. Baſ. *ead.* μηδὲ) μὴ δὲ Ar. C. Ald. Flor. Baſ. Huds. Caſſ. *l.* 6. ἡ deeſt Cl. Ald. Flor. Baſ. Huds, Reg. Caſſ. Gr. *l.* 7. καὶ τῶν ἑκατέροις addita erant Reg. manu recenti. *l.* 9. καθ' ἕκαστον) καθέκαστον C. Ald. Flor. Baſ. Huds. Caſſ. *ead.* αὐτουργοί τε γάρ εἰσι) αὐτουργοὶ δὲ εἰσὶ Gr. Huds. emendatum erat in Gr. τε. *l.* 10. οὔτε ἐν κοινῷ) οὔτ' ἐν κοινῷ Dan. *ead.* ἐστὶν) εἰσὶν Gr. *l.* 12. βραχέως) βραχέας ſcribendum putat Steph. ut hoc βραχέας πολέμους illis χρονίοις opponi dicamus. Huds. *l.* 15. αὐτῶν) αὐτῶν Caſſ. Gr.

Pag. 202. *l.* 2. ἐσφοραὶ) εἰσφοραὶ Caſſ. Gr. *l.* 4. τὸ μὲν, πιστὸν ἔχοντες &c.) Hic locus ita exponendus: τὸ μὲν (ſcil. τὰ ἑαυτῶν σώματα) πιστὸν ἔχοντες (πιστεύοντες) ἐκ τῶν τοῦ πολέμου κινδύνων ἂν περιγενέσθαι (σωθήσεσθαι) τὸ δὲ, (ταῦτα δὲ τὰ αὐτῶν χρήματα) οὐ βέβαιον, μὴ οὐ προαναλώσειν, (βεβαίως πιστεύοντες αὐτοὺς ταῦτα πρὸ τῆς τοῦ πολέμου τελευτῆς ἀναλώσειν, vel ταῦτα ὑφ' ἑαυτῶν ἀναλωθήσεσθαι, &c.) nam καινοπρεπῶς iam plures negationes (ut alibi ſaepe apud hunc auctorem) non negandi, ſed affirmandi maiorem vim habent. Ae. Portus. Huds. *l.* 7. μὲν deeſt Dan. *l.* 8. οἱ deeſt Bar. Huds. *l.* 10. ὅταν) ὅτ' ἂν Caſſ. paſſim. *l.* 11. πάντες τε ἰσόψηφοι) πάντες ἰσόψηφοι Bar. πάντες δὲ ἰσόψηφοι C. Huds. *l.* 12. οὐχ) οὐχὶ Gr. *ead.* ἐφ' ἑαυτὸν) ὑφ' ἑαυτῶν Ar. C. ἐφ' ἑαυτῶν Gr. Huds. *l.* 13. στεύδῃ) στεύδῃ & eadem manu ει ſupr. η ſcript. Reg. στεύδει Caſſ.

Pag. 203. *l.* 1. ἐν βραχεῖ μὲν) Aliquid deeſſe ſuſpicabatur Steph. quomodo autem explendum, in quodam ſchediaſmate fuſe declaravit. Huds. Ἐν βραχὺ μὲν Caſſ. *l.* 2. πλείονι) πλέονι Mſ. Baſ. Reg. Caſſ. *l.* 3. παρὰ) περὶ Reg. *ead.* μέλειν) μέλλειν Gr. *l.* 4. αὐτῷ non agnoſcit Bar. Huds. *l.* 5. ἰδίᾳ) ἰδίῳ Gr. *l.* 11. παρασκευάσασθαι) κατασκευάσασθαι Marg. Ar. C. Huds. Dan. In Reg. quoque corrector ſuper παρα ſcripſerat κατα. Παρασκευάζεσθαι, & cum emendatione inter verſus παρασκευάσασθαι Gr. *l.* 12. δὴ ἐν) δὴ καὶ ἐν Gr. Huds.

Pag. 204. *l.* 2. γε om. Cl. Huds. *l.* 3. καὶ deeſt Caſſ. *ead.* ἐς) εἰς Dan. Gr. *l.* 5. ἔχομεν τοῦ κατὰ γῆν) ἔχομεν τὰ κατὰ γῆν Mſ. Baſ. *l.* 8. αὐτὸ deeſt Baſ. Huds. *l.* 9. ἀπὸ) ἐπὶ Ar. C. Idem. *ead.* πω non agnoſcunt Ar. C. Idem. Reg. Dan. *l.* 11. ναυσὶν) ναυσὶ Gr. mox ἐφορμῆσθαι & in marg. manu rec. ἐφορμεῖσθαι Reg. *l.* 13.

Digitized by Google

ναῦς deeſt Reg. Caſſ. *l.* 14. ἡσυχάσουσι) ἡσυχάζουσι Reg. *l.* 15. ἀξυνετώτεροι ἔσονται, καὶ δι' αὐτὸ καὶ ὀκνηρότεροι) ἀξυνετώτεροι, καὶ δι' αὐτὸ καὶ ὀκνηρότεροι ἔσονται Ar. C. HUDS. Dan.

Pag. 205. *l.* 2. ὅταν τύχῃ, ἐκ παρέργου) ὅταν τύχῃ, καὶ ἐκ παρέργου omnino ſcribendum cenſet Stephanus. HUDS. *l.* 3. ἐκείνῳ) ἐκείνου, inter verſus rec. manu Reg. *l.* 4. ἄλλο γίγνεσθαι) ἄλλο τι γίγνεσθαι Dan. ἄλλο γίνεσθαι Reg. Caſſ. *l.* 5. κινήσαντες) νικήσαντες Reg. Dan. Sed in utroque inter verſus emendat. κινήσαντες. In Caſſ. depravata ſcriptura in marg. notatur, γρ. νικήσαντες *ead.* Ὀλυμπιάσιν) Ὀλυμπιάδιν Caſſ. *l.* 6. πειρῶντο) Ita emendat. in Gr. e πειρῶνται. *l.* 11. ἢ πᾶσα) ἢ ἅπασα Ar. C. HUDS. Dan. *ead.* ἄλλη deeſt Mſ. Baſ. *l.* 12. αὐτοῦ) αὐτοῦ Cl. HUDS. Caſſ. Gr.

Pag. 206. *l.* 1. τὰ μὲν Πελοποννησίων) τὰ μὲν περὶ Πελοπ. Caſſ. Dan. & ἔμοιγε καὶ παραπλήσια τοιαῦτα Caſſ. *l.* 3. ὄντες παρ' ἐκείνοις) ὢν παρ' ἐκείνοις Gr. Particula παρ' deeſt in Ar. C. & uncis includitur in ed. Steph. puto, quod in eius exemplaribus non exſtaret. HUDS. Παρ' abeſt etiam a Reg. Caſſ. Dan. Mſ. Baſ. *l.* 5. τὴν ante χώραν deeſt Ar. C. HUDS. Ἦν τε ἐπὶ χώραν Dan. *ead.* πεζῇ) πεζοὶ Ar. C. Cl. HUDS. *l.* 7. τε deeſt Reg. Caſſ. *ead.* τὶ non habet Dan. *l.* 10. θαλάσσης) θαλάττης Ar. C. Gr. HUDS. Dan. *ead.* εἰ γὰρ) εἰ μὲν γὰρ Cl. HUDS. Caſſ. *l.* 14. Πελοποννησίοις) Πελοποννησίους C. Ald. Baſ. HUDS. Gr. & a prima manu Caſſ. in quo corrector abraſa parte literae υ deinde fecerat Πελοποννησίοις. *ead.* ὀργισθέντας) ὀργισθεῖσι Cl. in marg. HUDS.

Pag. 207. *l.* 1. πλείοσι) πλέοσι Dan. *ead.* τε om. Cl. HUDS. Gr. *l.* 4. μὴ ἱκανῶν ἡμῶν ὄντων) μὴ ἱκανῶν ὄντων ἡμῶν Ar. μὴ οὐχ ἱκανῶν Cl. HUDS. *l.* 5. τήν τε ὁλόφυρσιν) τήν τε γὰρ ὁλοφ. Reg. *l.* 7. ταῦτα κτῶνται) τάδε κτῶνται Ar. C. HUDS. Dan. *ead.* καὶ εἰ ὤμην &c.) Non male fortaſſe & ita interpungeretur, καὶ εἰ ὤμην πείσειν ὑμᾶς, αὐτοὺς ἂν ἐξελθόντας &c. Steph. HUDS. Πείσειν ἡμᾶς αὐτοὺς ἐξελθ. Gr. *l.* 8. αὐτὰ) αὐτὴν Ar. HUDS. *l.* 15. ἀλλ' ἐκεῖνα) ἀλλὰ ἐκεῖνα Gr.

Pag. 208. *l.* 2. τούτοις) Scribi etiam poſſit τούτους, ut referatur ad ἀποπέμψωμεν: alioqui cum hoc verbo ſubaudiendus hic accuſativus fuerit. Steph. HUDS. *l.* 3. χρῆσθαι) χρήσασθαι Ar. C. IDEM. Dan. Paulo ante ἀγοραῖς

Digitized by Google

Gr. *l.* 4. μήτε ἡμῶν desunt Cass. manus recent. in marg. scripsit. *l.* 5. κωλύει) κωλύειν Ar. C. κωλύει legit Dion. Hal. sed non adiiciens voculam ἐν. vult autem κωλύει pro κωλύεται dictum esse. Steph. Huds. *l.* 6. τὰς δὲ πόλεις) τάς τε πόλεις Ms. Bas. Reg. Cass. Gr. *l.* 7. εἰ καὶ) εἰ δὲ καὶ Dan. *l.* 8. ταῖς ἑαυτῶν) ταῖς αὐτῶν Cl. Gr. Huds. Reg. Cass. *l.* 10. ἀλλὰ αὐτοῖς) ἀλλ' αὐτοῖς Ar. C. Huds. Dan. *l.* 11. δοῦναι) ἀποδοῦναι Marg. Huds.

Pag. 209. *l.* 1. ἐγκεισομένους) ἐγκεισομένη, & alia manu supra emendatum μένους Dan. *l.* 3. περιγίγνονται) περιγίνονται Ar. C. Huds. Gr. *l.* 5. ἐκλείποντες) ἐκλιπόντες Marg. Ar. C. Cl. Gr. Huds. Reg. Cass. Dan. *cad.* γνώμη τε πλείονι) γνώμη δὲ πλείονι Bas. πλέον. Ar. C. Huds. *l.* 6. μείζονι) μεῖζον Ar. Idem. Mox ἢ δυνάμει desiderantur in Gr. manus alia deinde inter τόλμη & μείζονι adscripsit. *l.* 8. παντὶ τρόπῳ) τρόπῳ παντὶ Ar. C. Huds. Dan. *l.* 11. οἱ δ' Ἀθηναῖοι) οἱ δὲ Ἀθην. Reg. Cass. Gr. *l.* 13. τε deest Ar. C. om. etiam Cl. ut & lin. 14. Huds. abest quoque hic a Dan. & Gr. *l.* 14. καθ' ἕκαστά τε) καθέκαστά τε Ar. C. Ald. Flor. Bas. Huds. Cass.

Pag. 210. *l.* 2. τὰς deest Gr. *l.* 4. ἐπ' οἴκου) pro ἐπ' οἶκον Attica constructione, quae Thucydidi familiaris: de qua vide Stephani Appendicem ad scripta de Dial. Att. p. 123. Huds. *l.* 5. δὲ) δὴ malit Steph. quod haec conclusioni apta videatur, & ab ipso etiam Thucydide alicubi huic rei adhibeatur. Idem. *l.* 7. δὲ ὅμως) δ' ὅμως, & mox ἀνυπόπτως δ' οὔ. Gr.

Digitized by Google

ANNOTATIONES

IN LIBRUM I.

Pag. 3. ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ ΟΛΟΡΟΥ) In ſequentibus libris, ΤΟΥ ΟΛΟΡΟΥ. Sic tamen, ut hic articulus iungatur cum alio, qui ſubauditur, genitivo, videlicet *υἱοῦ*, id eſt, filii; perinde ac ſi diceretur, *τοῦ υἱοῦ τοῦ Ὀλόρου*. Quoniam autem quaeri a multis video, an huiuſmodi locis adhibere articulum neceſſe ſit, tanquam ſermonis Graeci lege id a nobis fieri iubente, ac diverſas quorundam locorum interpretationes ex diverſa de hac re opinione ortas eſſe comperio: non pigebit, ſumta hinc occaſione, quae in utramque poſſe partem afferri videntur, proponere: atque his meam ſententiam (qualiſcunque ea momenti futura ſit) adiicere. Primum igitur ad ipſius Thucydidis nomen ut veniam, articulo praefixo *Θουκυδίδην τὸν Ὀλόρου* ſe nominat lib. 4, cap. 104: *Ἐπὶ τὸν ἕτερον στρατηγὸν τὸν ἐπὶ Θράκης, Θουκυδίδην τὸν Ὀλόρου, ὃς τάδε ξυνέγραψεν*. Deinde paſſim, ubi filii nomine poſito nomen patris addit, intervenit articulus. Ita enim *Πλειστοάναξ ὁ Παυσανίου*, & *Νικίας ὁ Νικηράτου*, & *Λίχας ὁ Ἀρκησιλάου*, item *Καλλίγειτος ὁ Λαοφῶντος*, *καὶ Τιμαγόρας ὁ Ἀθηναγόρου*, apud eum leguntur: & in genitivo itidem *Πλειστοάνακτος τοῦ Παυσανίου*, item *Ἀγνωνος τοῦ Νικίου*. Eodemque modo in accuſandi caſu, *Πλειστοάνακτα τὸν Παυσανίου*, & *Σοφοκλέα τὸν Σωστρατίδου*, *Εὐρυμέδοντα τὸν Θουκλέους*, aliaque quamplurima interiecto articulo legimus.

Verum duo ſunt, quae his poſſe opponi video: unum eſt, in Anthologia Gr. epigrammatum exſtare hunc pentametrum:

Θουκυδίδην Ὀλόρου, Κεκροπίδην τὸ γένος.

nec non verſum hunc eius ſepulcro inſcriptum fuiſſe dici:

Θουκυδίδης Ὀλόρου Ἁλιμούσιος ἐνθάδε κεῖται.

Digitized by Google

Alterum, in aliquibus huius ipsius historici locis non interponi istum articulum: nam lib. 1, cap. 24 legimus, Φάλιος Ἐρατοκλείδου. Quin etiam lib. 4, cap. 119, ubi quorundam Lacedaemoniorum, Corinthiorum, Atheniensium, & aliorum nomina ponuntur, nusquam interiici eum videmus. At ego, ad illos quidem versus quod attinet, carmen quasdam ellipses sibi permittere dixerim, & in eo excusari, quae haud pariter in soluta oratione locum haberent: in illo autem lib. 1, cap. 24 loco, Φάλιος Ἐρατοκλείδου, & in quibusdam aliis suspecta nobis librarii fides esse potest. Verum de eadem articuli omissione cum tot nominibus, quae lib. 4, cap. 119 habet, quid respondendum erit? An quia, cum tam multa nomina simul ponerentur, si, quot illa erant, toties interiectus articulus fuisset, aures offensurus videbatur? Vereor certe, ne cui parum fide digna haec responsio videatur: atque ut hic quoque fides librarii in dubium vocetur, facit Aristophanis Scholiastes, qui eum locum afferens (sed mendose magna ex parte scriptum) articulum quibusdam genitivis praefigit.

Verumtamen si ἀδιαφόρως positum illum aut omissum fuisse quis contendat, cum aliorum, tum vero Dionysii Halicarnassei auctoritate se defendet, apud quem legimus in historiae titulo, ante prooemium, Διονυσίου Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἁλικαρνασσέως: nec non in fine prooemii, ὃ δὲ συντάξας αὐτὴν, εἰμὶ Διονύσιος Ἀλεξάνδρου Ἁλικαρνασσεύς. Utrobique enim ante patris nomen omissum esse articulum videmus: quin etiam, cum illic sit τοῦ Ἁλικαρνασσέως, hic tamen non esse itidem ὁ Ἁλικαρνασσεὺς, sed non minus ante hunc nominativum, quam ante illum genitivum, orationem articulo carere.

Ut autem nunc tandem, quod sentio de huius articuli usu, dicam, Graeci sermonis leges poscere opinor, ut locis huiusmodi articulus adhibeatur, cum quo nomen, quod ἐλλείπει, & subaudiendum a nobis est, iungatur: atque adeo, qui nobis illius ἐλλείψεως index relinquatur. Sed enim ut alia pleraque sunt, in quibus sermonis legem interdum non servari scimus, ita hic non servatam semper fuisse: sic tamen, ut illa omissio plerumque non ipsorum auctorum, sed librariorum, esse videatur. Quin etiam hoc addo, simile hoc vero esse, illos hanc omissionem potius ubi patris & filii nomina in diverso casu ponuntur,

Digitized by Google

quam ubi in eodem, ſibi permiſiſſe: quod magis illic; quam hic, evidens eſſe poſſet. Nam cum, exempli gratia, Διονύσιος Ἀλεξάνδρου dico, quoniam patris nomen in alio caſu, quam filii nomen ponitur, unum ſtatim ab altero diſcernitur, & iſta caſuum diverſitas defectum articuli quodammodo ſupplet: nec poteſt hic oriri eiuſmodi error, qualis cum utrumque eodem in caſu, genitivo videlicet, poſitum eſt: ut videlicet nomini filii adiecto patris nomine, haec deinde tanquam diverſarum perſonarum nomina ſeparentur. Cuius erroris exempla ex Scholiaſte Ariſtophanis mihi ſuppeterent, ſi diutius huic ſermoni immorari ſtatuiſſem.

Sed hoc quid eſſe dicemus, quod cum Διονυσίου Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἁλικαρνασσέως, cum articulo ante eam, quae a patria ſumitur, appellationem legerimus, poſtea Διονύσιος Ἀλεξάνδρου Ἁλικαρνασσεὺς omiſſo eo legimus? omiſſumne librarii negligentia articulum eſſe dicemus? Videndum, ne potius dicendum ſit, ipſummet Dionyſium hic articulum praefigere neglexiſſe, tanquam diverſitate caſuum defectum articuli (ut modo loquebar) ſupplente: quamvis alioqui non idem hic, qui illic, articuli ſit uſus. Si enim, ut ſcriptum eſt Διονυσίου Ἀλεξάνδρου, τοῦ Ἁλικαρνασσέως, ita etiam ſcriberemus Διονύσιος Ἀλεξάνδρου, ὁ Ἁλικαρνασσεὺς, articulus utrobique non filii nomen a patris nomine, ſed ab utriuſque nomine appellationem a patria ſumtam (quae minime nomen eſt) diſtingueret. STEPH.

cad. ΟΛΟΡΟΥ) Scio quoſdam ΟΡΟΛΟΥ ſcribendum cenſuiſſe: ſed cum non aliunde, quam ex alicuius veteris libri auctoritate hoc attuliſſe credibile ſit, illis non ſolum aliorum, & quidem pariter veterum auctoritas opponi poteſt, ſed etiam quorundam hiſtoricorum, qui filium Olori, non Oroli, eum fuiſſe tradunt. Nam, ut omittam eos, qui vitam eius ſcripſerunt, audimus alicubi Dionyſium Halicarnaſſeum, vocantem eum non alio nomine, quam τὸν Ὀλόρου, ſicut Platonem, τὸν Ἀρίστωνος. Locum illum habet eius Τέχνη, in methodo orationum, quae Ἐπιτάφιοι vocantur. nam cum in Aldina editione legatur παρά γε τῷ τοῦ λόγου καὶ τοῦ Ἀρίστωνος, meam de λόγου in Ὀλόρου mutando coniecturam veteſtum exemplar comprobavit: ac feci & in meis Schediaſmatis huius emendationis mentionem. Eſt autem & hoc ipſum λόγου ex Ὀλόρου per

Digitized by Google

depravationem factum, amissa primum litera prima, deinde litera ρ in γ mutata a quopiam, qui has syllabas λόρου nihil significare videbat. His accedit & istius hexametri testimonium:

Θουκυδίδης Ὀλόρου Ἁλιμούσιος ἐνθάδε κεῖται;

nec non huius pentametri:

Θουκυδίδην Ὀλόρου, Κεκροπίδην τὸ γένος.

Ac ne quis parvam nobis esse debere existimet epigrammatis, ex quo sumtus est hic pentameter, auctoritatem, verba haec, quae de ipso in eius vita legimus, ἵνα μὴ πᾶσιν εἰη βατὸς, depromta inde esse animadvertendum est: ibi enim legimus, Εἰμὶ δὲ οὐ πάντεσσι βατός. STEPH. ΟΛΟΡΟΥ deest in Codd. Mss. In sequentibus libris ΤΟΥ ΟΛΟΡΟΥ habent ceterae editiones. Nos tamen, ne qua in titulo foret discrepantia, articulum negleximus. HUDS. Inter eos, qui Ὀρόλου legunt, eminet auctor vitae eius Marcellinus. Ὀλόρου auctor Epigr. in Anthol. I, 44. at vide Thucyd. IV, 104. WASSE.

ead. ΞΥΓΓΡΑΦΗΣ ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ) Alius in vet. lib. est titulus, Ἱστοριῶν πρώτη. Atque ut hic in secundo libro, Ξυγγραφῆς τὸ δεύτερον, ita ibi, Ἱστοριῶν δευτέρα: eadem tituli forma utrobique servata & in sequentibus libris. Sic vero & apud Herodotum Ἱστοριῶν πρώτη, quae & de Musae nomine, Clio: eodemque modo, Ἱστοριῶν δευτέρα, quae & Euterpe: & ita deinceps. Sed cum novem librorum unusquisque Historia vocetur, videndum, an & totum opus ex tot libris constans, Historiam, ac non potius Historias vocare debeamus. Historiam quidem certe vocat iste titulus, Ἡροδότου Ἁλικαρνασσέως ἱστορία, ἐν ἐννέα τμήμασιν, ἃ καὶ Μούσας καλεῖ. Atque haec epigraphe, in qua ἱστορία non ἱστορίαι legimus, confirmari posse videtur ex primis ipsius Herodoti verbis, Ἡροδότου Ἁλικαρνασσέος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε. Sed non dubium est, quin ut totum opus appellare historiam possumus, intelligendo generaliter historiam: ita & unumquemque librum, tanquam particularem & sibi peculiarem historiam complectentem. Interim tamen mihi non placet, in uno eodemque titulo ἱστορία ita poni, ut usum utrumque habeat.

Quod autem ad priorem illam librorum Thucydidis epigraphen attinet, Ξυγγραφῆς τὸ πρῶτον, & τὸ δεύτερον, atque ita deinceps, verbum ξυνέγραψε, quo utitur initio, pro ea facere videri possit. Quod Valla quidem unico

Digitized by Google

verbo *conſcripſit* eſt interpretatus: at Vitus, *ſtudioſe & diligenter conſcripſit*, Graecum nimirum Scholiaſtem in hac interpretatione ſequens, qui vult ξυγγράψαι eſſe τὸ μετ' ἐπιμελείας καὶ σπουδαίως συντάξαι. Sed fidem Scholiaſtae de differentia, quam inter hoc compoſitum ξυγγράψαι, & ſimplex γράψαι, conſtituit, minime habere debuit; ac potius & ipſum & Scholiaſtem conſiderare oportuit, verbum ξυγγράψαι ſcriptioni hiſtoricae adeo conveniens eſſe, ut ex eo factum nomen ξυγγραφεὺς, de ſcriptore hiſtoriae (qui alioqui verbo uno ex eodem ſermone ſumto hiſtoricus vocatur) quadam velut praerogativa paſſim in uſu ſit. At ecce, cum nullam huius rei mentionem Vitus faciat, contra ſignificationis meminit, quam Latini ab hoc loco prorſus alienam iſti vocabulo tribuunt. Poſtquam enim ξυνέγραψε eſſe dixit, *ſtudioſe & diligenter conſcripſit*, addit, hinc eſſe ſyngrapham, quo ſignificari ſcriptionem, ſive rem ſcriptam; & dici etiam de cautione, ſive chirographo obligante. Atqui, ut omittam, falſum eſſe, ſyngrapham a Latinis de quavis ſcriptione ſeu re ſcripta dici, & alterum, quem ſubiungit, uſum habere fatear: quid Latina haec ſyngrapha, quae eſt συναλλαγματικὴ (id eſt, quae τοῖς συναλλάγμασιν adhibetur) ad Thucydidis ξυγγραφὴν pertinet? quid cum ea commune habet?

Verum quod ad vocabulum iſtud ξυγγραφὴ attinet titulis librorum Thucydidis adhibitum, eſt aliud, de quo te commonefaciam: legi nimirum in ſuperioribus typographicis editionibus, quae meas praeceſſerunt, Θουκυδίδου ξυγγραφῆς πρώτης, itidemque Θουκυδίδου ξυγγραφῆς δευτέρας: eodemque in ceteris libris modo illi genitivo ξυγγραφῆς alterum genitivum adiici: qui tamen nullo admitti modo poteſt, cum nihil ſit, quocum iungatur. Nec vero talem inſcriptionem ex ullo veteri profectam eſſe libro putandum eſt, verum ex alicuius imperitia, qui cum ξυγγραφῆς πρώτη, itidemque δευτέρα, & τρίτη, atque ita deinceps ſcriptum inveniſſet, (ſubaudito videlicet nominativo βίβλος, vel ἱστορία) ita mutandam ſcripturam putavit, ut hae voces caſu inter ſe antea diſcordes, contra in eo belle inter ſe concordes eſſent. STEPH.

ibid. ΠΡΩΤΟΝ) Alicubi legitur, ΤΩΝ ΕΙΣ ΟΚΤΩ ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ. quam loquendi formam & in quibuſdam aliis titulis obſervavi: (& quidem aliud eius exemplum paulo

Digitized by Google

poſt proponam) cum alioqui videri poſſit dicendum potius eſſe, τῶν ὀκτὼ τὸ πρῶτον. Ceterum ad numerum librorum Thucydidis quod attinet, diſcimus ex Diodoro Siculo, quoſdam eius hiſtoriam non in octo tantum libros, ſed in novem partitos eſſe. Scribit enim libro XIII ſuae hiſtoricae Bibliothecae: Τῶν δὲ συγγραφέων Θουκυδίδης μὲν τὴν ἱστορίαν κατέστρεψε, περιλαβὼν χρόνον ἐτῶν κδ' ἐν βίβλοις ὀκτώ· τινὲς δὲ διαιροῦσιν εἰς ἐννέα. Et vero, qui iſta, quae huic editioni adiuncta ſunt, ſcholia ſcripſit, quoſdam in XIII libros Thucydideam hiſtoriam diviſiſſe tradit: atque huius diviſionis non uno in loco mentionem facit. In haec enim verba (quae libro IV, cap. 78 leguntur) Βρασίδας δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦ θέρους πορευόμενος ἑπτακοσίοις καὶ χιλίοις ὁπλίταις ἐς τὰ ἐπὶ Θράκης, ἐπειδὴ ἐγένετο ἐν Ἡρακλείᾳ τῇ ἐν Τραχ. annotat, opere Thucydidis in tredecim hiſtorias diviſo, finem hic ſextae eſſe, ac principium ſeptimae. Eius verba ſunt, τῶν ἐς τρισκαίδεκα τέλος τῆς ἕκτης, ἀρχὴ τῆς ἑβδόμης. Ubi ſi quaerat quiſpiam, quidnam cum articulo τῶν ſubaudire debeamus, non male reſponſurus mihi videor, ſi genitivum ἱστοριῶν dixero: cum, uti antea aiebam, in quibuſdam veteribus libris, atque adeo in meo, hic titulus legatur, ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΠΡΩΤΗ. Sequendo enim hunc titulum, iſta illius verba τῶν ἐς τρισκαίδεκα τέλος τῆς ἕκτης, perinde accipimus, ac ſi dictum eſſet, Θουκυδίδου ἱστοριῶν τῶν εἰς τρισκαίδεκα διῃρημέναν τέλος τῆς ἕκτης, videlicet ἱστορίας: ibidemque, ἀρχὴ τῆς ἑβδόμης, ſubaudito eodem illo genitivo ἱστορίας. Verum illam tituli brevitatem aſſequi Latina lingua non poteſt, vel eam ob cauſam, quod articulo Latinitas careat. ideoque, quod paucioribus ibi verbis dicitur, pluribus dicere neceſſe haberemus, ea, quae ſubaudienda relinqui dixi, ponendo: hoc pacto, THUCYDIDIS HISTORIARUM IN TREDECIM DIVISARUM FINIS SEXTAE, INITIUM SEPTIMAE. Sed Latinis valde inſolens hic titulus eſſet, etiamſi Graecam illam brevitatem non retineat, quemadmodum dixi: praeſertim vero in tali uſu appellationis HISTORIARUM atque HISTORIAE, inſolentia, ut opinor, fuerit. neque enim morem hunc Latinitati eſſe puto, unum unius hiſtoricum opus hiſtorias vocare: multo etiam minus (nam fieri tamen poſſet, ut alicubi talem uſum plurale iſtud haberet) primum librum, primam hiſtoriam: ſecundum, ſe-

Digitized by Google

cundam, atque ita deinceps, appellare. Esse autem intelligenda, ut docui, illa Scholiastae verba, ostendit alius eiusdem locus. In haec enim historici nostri verba, (quae tibi librum secundum legenti occurrent, pag. 121) Τοιαύτη μὲν ἡ Πλαταιέων πολιορκία κατεσκευάσθη, scribit, *Qui historicum istud opus in tredecim* (historias videlicet) *partiti sunt, tertiae historiae finem & quartae principium hic constituerunt.* haec namque sunt eius verba: Οἱ διελόντες ταύτην τὴν συγγραφὴν εἰς τρισκαίδεκα, ἐνταῦθα τὸ τέλος τῆς τρίτης ἱστορίας ὥρισαν, καὶ ἀρχὴν τῆς τετάρτης. Verum quicunque (ut hoc obiter dicam) divisores illi fuerunt, non video, quonam modo eadem verba & tertii libri finem & quarti initium facere potuerint: sed si quidem demus, locum hunc duorum esse librorum μεθόριον, (hoc enim uti nomine libet, sicut illum verbo ὁρίζειν usum esse video) haec quidem verba, Τοιαύτη μὲν ἡ Πλαταιέων πολιορκία κατεσκευάσθη, librum tertium claudere: haec autem, quae proxime sequuntur, Τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους, καὶ ἅμα τῇ τῶν Πλαταιέων ἐπιστρατείᾳ, Ἀθηναῖοι δ' ἴσχιλ. ὁπλ. &c. quarto principium dare debere dico. Hoc tamen alioqui non ignoro, duram posse istam separationem videri duorum membrorum, aut duarum periodorum orationis, quarum prior quidem voculam μὲν, posterior autem particulam δὲ habeat: cum, post priorem illam suspensa oratio relinquatur. Atque hinc factum est, (quemadmodum in meo Schediasmatum opere doceo) ut apud quosdam scriptores interdum de fine unius libri & sequentis principio dissentiant exemplaria, uno quidem periodum, cui adhibita est particula μὲν, pro libri praecedentis clausula, eam, quae habet δὲ, pro principio sequentis, ponente: altero autem utramque initium huius statuente: veluti si unum exemplar illis Thucydidis verbis, Τοιαύτη μὲν ἡ Πλ. &c. librum tertium finiret, his autem, Τοῦ δ' αὐτοῦ θέρους, &c. quartum inchoaret: alterum contra tam haec, quam illa, pro quarti principio nobis exhiberet: ita quidem, ut illa praecederent, haec sequerentur. Et huiusmodi certe controversia contigisse puto, ut apud Dionysium Halicarnasseum eadem periodus & in unius libri fine, & in alterius, qui eum consequitur, principio legatur. Qua de re plura in illo Schediasmatum opere a me dicuntur. Ad illos autem ut revertar, qui totam Thucydidis historiam, aut (illum aliorum sermonem imitando) omnes Thucydidis

Digitized by Google

hiſtorias, in partes XIII diſtribuerunt, non minus certe in altero illo haerere nos cogunt loco, ubi itidem libri ſexti finem & ſeptimi principium in iiſdem verbis conſtituunt: his videlicet, Βρασίδας δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦ θέρους πορ. &c. Nec video certe, quid potius de hac eius annotatione reſpondendum ſit, quam eam ad nos non fideliter ſcriptam perveniſſe: cum ipſe ſcripſiſſet, iſta quidem, ἥτοιμάζετο ὡς ἐπὶ τὰς Σίφας, ὅταν δέῃ, ἀπαντησόμενος, finem libri ſexti: at haec, quae illis proxime ſubiunguntur, Βρασίδας δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν χρ. principium ſeptimi eſſe. Obſervandum autem, non minus in his duobus, ſexto & ſeptimo, quam in illis, tertio & quarto, quod de particulis μὲν & δὲ dictum fuit, inventum iri. Nam hic quoque ultima libri ſexti periodus a vocula μὲν, ut prima libri ſeptimi a particula δὲ incipit. Atque ut de illo item altero dicam loco quod ſentio, non abſimile vero eſt, eum pariter ſecus ab illo ſcriptum fuiſſe: ita nimirum, ut poſt ἀρχὴν τῆς τετάρτης ſequerentur ea, quae & apud Thucydidem ſequuntur verba: ſed interiecto adverbio ἐκεῖ, aut duabus his vocibus, ἐν ἐκείνοις; ſive iſtis ἐν τούτοις. Verum, cum minime verſimile ſit, tantam ſcripturae mutationem a librario factam eſſe, quid ſi dicamus potius, nullam verborum Thucydidis, quae vel huic, vel illi ſcholio ſeu annotationi praefixa ſunt, habendam eſſe rationem? perinde videlicet ac ſi non ab ipſo Scholiaſte praefixa forent, ſed a quopiam, qui, cum illas Scholiaſtae annotationes margini adſcriptas inveniſſet, ad unam periodum pertinere illas exiſtimavit, cum ad totum locum, quam late patet, pertineant: utpote adverbio ἐνταῦθα non unam, ſed utramque oſtendente, id eſt, tam eam, quae librum unum claudit, quam eam, quae alterum inchoat. Quamvis autem hoc adverbium ἐνταῦθα in priore tantum annotatione legatur, non ſecus intelligenda fuerit & altera, quam ſi ipſum ei quoque appoſitum haberemus. Quod ſi & de hac partitione, quae pro libris octo Thucydidis tredecim dabat, aliquid dicendum eſt, miror equidem, eos hunc librorum numerum, ac non vel minorem, vel maiorem ſtatuiſſe: non miraturus tamen fortaſſe, ſi non duorum tantum librorum conſtituta ab illis principia, ſed aliorum inſuper aliquot proponerentur. Fortaſſe enim, quid ſecuti ea in re forent, perſpici inde poſſet.

Supereſt, ut de illa etiam epigraphe, quam nonnullos

Digitized by Google

huic operi praefixiſſe dixi, aliquid addam. Ea igitur cum ſit huiuſmodi, ΘΟΥΚΥΔΙΔΟΥ ΤΩΝ ΕΙΣ ΟΚΤΩ ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ, in ea reſolvenda eandem, quam oſtendi in titulo Scholiaſtae, viam eſſe inſiſtendam dico: ut videlicet perinde eſſe dicamus, ac ſi ſcriptum eſſet, *Θουκυδίδου τῶν εἰς ὀκτὼ διηρημένων βιβλίων τὸ πρῶτον.* Vel, *Θουκυδίδου βιβλίων τῶν εἰς ὀκτὼ διηρ.* &c. Sive autem haec forma, ſive altera titulo detur, hoc ſaltem conſtat, hanc hiſtoriae Thucydideae in octo libros diviſionem multo magis, quam ullam aliam, eſſe receptam. Nec multo ſane magis iis aſſentiendum puto, qui in novem (teſte Diodoro Siculo) libros dividi voluerunt, quam iis, qui in tredecim diviſerunt. Marcellinus alioqui in Thucydidis vita meminit & ipſe huius in tredecim hiſtorias *διαιρέσεως*, vel *κατατομῆς*, (cum ipſe dicat *κατέτεμον*) verum ne hoc quidem tacens, aliter etiam quoſdam alios opus iſtud ſecuiſſe: & addens, vulgarem tamen opinionem potius receptam fuiſſe de illius in octo hiſtorias diviſione, & quidem Aeſculapium huic quoque adſtipulatum eſſe. Eſt autem hic Aeſculapius unus ex iis, qui ſcholia ſcripſiſſe in noſtrum Thucydidem feruntur: ſicut & Antyllus, cuius ab eodem in eadem ſcriptione fieri mentionem videmus. Horum ſane teſtimonia & a noſtro Scholiaſte alicubi afferuntur.

Quid? an hunc de librorum numero ſermonem ea dubitatione, quae a nonnullis de octavo libro propoſita fuit, claudemus? De ea certe quaeſtione, an videlicet is Thucydideis annumerandus ſit, tacendum non eſt: ſed nec aliud dicendum, quam nos, quid potiſſimum dubitationem hanc illis moverit, dubitare. Nam & paſſim a veteribus, aliquos inde locos afferentibus, video pro Thucydideo agnoſci: & quam dicunt ſtili in eo eſſe differentiam, non ſatis animadverti.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ autem vocari ea Thucydidis, quae proxime ſequuntur, uſque ad iſtud narrationis principium, *Ἐπίδαμνος ἔστι πόλις ἐν δεξιᾷ ἐσπλ.* &c. (quae eſt pag. 36) vel ex ipſo diſcere Scholiaſte potes. Scio tamen alioqui multa eſſe vetera Thucydidis exemplaria, (quorum e numero eſt meum) quae nihilo magis vocabulum iſtud praefixum iſti principio habent, quam me id praefixiſſe vides. Nec vero Scholiaſtes tantum appellatione hac de iſto principio utitur, ſed etiam ex Graecis ſcriptoribus nonnulli: quorum (ſi bene memini) eſt Dionyſius Halicarnaſ-

Digitized by Google

ſeus. Hic quidem certe non dubium eſt, quin ſuae hiſtoriae hoc praefigi voluerit: cum ipſemet ſtatim initio eam, quam illi praeponit, praefationem (ut vulgo appellamus) ita vocandam eſſe docuerit: ſcribens, τοὺς εἰωθότας ἀποδιδόσθαι τοῖς προοιμίοις τῶν ἱστοριῶν λόγους, ἥκιστα βουλόμενος, ἀναγκάζομαι περὶ ἐμαυτοῦ προειπεῖν. Longe tamen diverſum argumentum huius prooemii Thucydidis, in quo non itidem videmus eum λόγους τινὰς περὶ ἑαυτοῦ προειπεῖν, nomen ſuum praefixiſſe contentum. Ceterum ſive ΤΟ ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ, ſive abſque articulo ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ pro titulo & huic & illi Thucydidis loco praefigas, perinde eſt. STEPH.

ead. l. 7. ΘΟΥΚΥΔΙΔΗΣ Ἀθηναῖος) Suſpicor, vel potius perſuaſum habeo, ſcriptum a Thucydide fuiſſe ΘΟΥΚΥΔΙΔΗΣ τοῦ Ὀλόρου, Ἀθηναῖος. Vel, Θουκυδ. Ὀλ. Ἀθ. abſque articulo. Duo ſunt autem, quae me in hanc opinionem adducunt: unum, quod paternum ipſe nomen adiecerit, libro quarto, cap. 104, de ſe ipſo loquens, Θουκυδίδην τὸν Ὀλόρου, ὃς τάδε ξυνέγραψεν. Alterum, quod veriſimile ſit, cum eſſent alii & eodem tempore, qui nomen idem haberent, eum aliquid, quo ab illis diſcerni poſſet, adieciſſe. Quod autem eſſe dico veriſimile, ab ipſo Scholiaſte tanquam certum traditur. Dicit enim, illum voluiſſe diſcrimen ponere (nam hoc eſt ἀντιδιαστέλλειν) inter ſe & alios, qui idem eodem tempore nomen habebant. Unde etiam colligere eſt, illum ita, ut legendum mihi videri dixi, legiſſe: videlicet, Θουκυδίδης τοῦ Ὀλόρου. Quae enim alioqui a Thucydide ἀντιδιαστολὴ poſita dici poſſet? Sed tamen non aliud a Scholiaſte ſcribitur, (obiiciet aliquis) quam illum nominis ſui mentionem feciſſe. Hoc quidem fateor: verum depravatam fuiſſe & Scholiaſtae lectionem reſpondeo, ut illi cum ea, quae eſſet apud Thucydidem, conveniret. Cum enim apud eum legiſſet, Θουκυδίδης τοῦ Ὀλόρου, annotaſſe, Πάντως μέμνηται τοῦ οἰκείου καὶ τοῦ πατρὸς (vel, τοῦ τοῦ πατρὸς) ὀνόματος: ſed cum illa verba τοῦ Ὀλόρου librarii alicuius incuria intercidiſſent, ita ut iam verum non comperiretur, quod Scholiaſtes de adiecto etiam patris nomine ſcribebat, aliquem verba illa καὶ τοῦ πατρὸς apud eum expunxiſſe: ut (quemadmodum dixi) quae apud Scholiaſtem legerentur, cum lectione, quae apud Thucydidem exſtabat, conſentirent. Quidnam hic mihi opponent, qui, quam habemus γρα-

Digitized by Google

φὴν, tueri volent? Non aliud (quod ſciam) opponere mihi poterunt, quam hoc, Dionyſium Halicarnaſſeum, & quoſdam alios, locum hunc afferentes, illud patris nomen minime adiicere. Sed fieri poteſt, ut eorum aetate depravatus iam ille locus eſſet, (cum ne eos quidem ſatis emendatis uſos eſſe exemplaribus, in omnibus omnium veterum ſcriptis, nequaquam dubium ſit) aut nomen illud, cum a Dionyſio, vel aliorum quopiam ſuum exemplar ſequente, poſitum foret, in citando hoc loco, detractum ab aliquo fuerit, qui apud ipſum Thucydidem minime exſtare cerneret.

Ad illud autem Ἀθηναῖος quod attinet, ſi certe & apud Dionyſium Halicarnaſſeum Θουκυδίδης Ἀθηναῖος, non ὁ Ἀθηναῖος, legitur: & ab ipſomet de ſe loquente dici videmus Διονύσιος Ἀλεξάνδρου, Ἁλικαρνασσεὺς, non ὁ Ἁλικαρνασσεύς. Quod ſi vel hic, vel illic praefixus eſſet articulus, aut eo uteretur ἐμφατικῶς, aut certe diſcrimen ponens inter ſe & alium quempiam Thucydidem, qui non Athenas, ſed urbem aliam, patriam haberet. Verum, ſi non fallor de graphe illa, quam pro germana a me haberi modo dicebam, aliud longe inſignius a Thucydide poſitum fuiſſe diſcrimen, dicere poterimus. De eo autem, quod a Dionyſio ſcribitur, Ἁλικαρνασσεὺς, non ὁ Ἁλικαρνασσεὺς, cum tamen τοῦ Ἁλικαρνασσέως in titulo ſcriptum ſit, quid mihi videretur, antea dixi. STEPH. Θουκυδίδης — Ἀθηναίων) Demet. Phalereus his adductis, ποιεῖ, ait, καὶ τὰ μήκη τῶν κώλων μέγεθος. huius praefationis partem, ab initio ad χαλεπῶς ἀνίσταντο nimirum, in lib. de Compoſitione laudat D. Halicarn. qui τεκμ. τε ὅτι, & ἐπὶ πλείστων, & ἐπιμακρότατον. WASS. De more veterum nomina ſua in principio ſcriptorum ſuorum memorandi vid. Dion. Chryſoſt. Orat. LIII; Heinſ. Lect. Theocr. c. III; & Barth. XLII Adverſ. 1.

ibid. Ξυνέγραψε) Sunt, qui ξυνέγραψα malunt, quomodo apud Livium, *Hannibal peto pacem*, non ſane inelegante; verum noſter ξυνέγραψε ad minimum decies, neque unquam aliter locutus eſt. Denique ita citat Dion. Halicarnaſſeus p. 145, & alibi. Euſtathius ad Od. δ'. p. 1501: Θουκυδίδης ὁ Ἀθηναῖος συνεγράψατο, memoriae vitio. Formulam Thucydidis obſervavit hancce Dion. Chryſ. Orat. LIII. Hiſtoriam hanc in lucem edidiſſe Xenophontem, ait Laërtius p. 114. De Prooemio hoc vid. Lucian.

Digitized by Google

Tom. I, pag. 636. & de v. ἀξιολογώτατον Hermogenem pag. 24. WASS.

ead. l. 8. Πελοποννησίων) Desiderari quis putet articulum τῶν ante Ἀθηναίων, ut, sicut τῶν Πελοποννησίων dictum est, ita etiam τῶν Ἀθηναίων dicatur, cum hic genitivus illum statim excipiat: verum nec apud Dionysium Halicarnassēum, locum hunc citantem, habetur. STEPH.

ibid. Ὡς ἐπολέμησαν) Non ὃς ἐπολέμησαν, sed ὃν ἐπολέμησαν, legisse Vallam quispiam suspicetur, ex eius interpretatione coniiciens. Vertit enim, *quod inter se gesserunt:* sed nusquam lectio illa comparet: & sane, cum πλεονάζειν ista videri verba possint, ὃς ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους, multo etiam evidentior pleonasmus sive perissologia esset, si scriberetur, ὃν ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους. Nam late vel potius latissime patet istud, *quomodo inter se bellum hoc gesserunt.* Ac possit aliquis bellum, quod illi inter se gesserint, narrare, qui tamen, quomodo gestum sit, id est, quomodo singula (ea praesertim, quae alicuius sunt momenti) in eo gesta fuerint, taceat. Verba tamen duo postrema, πρὸς ἀλλήλους, id est, *inter se*, Scholiastes necessario adiecta putat, ad distinguendum bellum hoc ab iis, quae adversus Persas & alios gesserunt. Atqui ego primum quidem, Peloponnesiorum Athenienſiumque bellum sine amphibolia dici potuisse aio: deinde etiamsi contra sermo ille amphiboliam erat habiturus, at certe πρὸς ἀλλήλους ad eam tollendam satis superque futurum erat. STEPH. Illud ὃς ad πόλεμον refertur, & tam pro ὥσπερ, quam pro ὃν commode accipi potest. Aem. Port. ad Dion. Halic. Phrasis huic similis occurrit IV, 2 & 60. HUDS.

ead. l. 9. Ἀρξάμενος εὐθὺς καθισταμένου) Exspectasset aliquis praepositionem ἀπὸ ante καθισταμένου: hoc modo, ἀρξάμενος εὐθὺς ἀπὸ καθισταμένου: sed perinde esse videtur, ac si dixisset ἀρξάμενος τοῦ συγγράφειν εὐθὺς ὅτε καθίστατο, vel ὅτε πρῶτον καθίστατο. Dum autem aliud agit Winsemius, haud animadvertit, Thucydidem scripsisse καθισταμένου, non ἱσταμένου: ideoque nullum plane hic locum habere ea, quae annotat de Graeca mensium in tres decadas divisione: quarum primam, ἱσταμένου: mediam, μέσου: ultimam, φθίνοντος vocarent: atque hinc Thucydidem bellum incipiens vocasse ἱστάμενον. Eo autem magis miror, hunc errorem Winsemio obrepsisse, quo frequentior est Thucydidi hic verbi istius usus. Sic certe libro quinto ἐν

Digitized by Google

εἰρήνη & πολέμου καθεστῶτος inter se opponi videmus. Libro autem tertio dici τοῦ πολέμου καθισταμένου, & addi etiam καὶ ἀκμάζοντος. quod non addidisset, si tantum dixisset καθισταμένου, (quomodo enim simul καθίστασθαι bellum & ἀκμάζειν dici possit?) ac non ἄρτι ei praefixisset. Neque vero ab eo dicitur tantum πόλεμος καθίστασθαι, sed & ipsi homines dicuntur καθίστασθαι εἰς πόλεμον, vel εἰς μάχην. Quin etiam καταστάντες pro εἰς μάχην καταστάντες dicit, initio libri secundi. STEPH.

ibid. Καὶ ἐλπίσας μέγαν τε ἔσεσθαι) Non temere discedendum esse interpreti ab iis verbis, quae proprie respondent Thucydideis, vel hic locus indicat. Nam rectius Valla ἐλπίσας hic vertit *sperans*, quam Winsemius, *iudicans*: qui etiam magis in eo peccat, quod futurum tempus in praesens mutat. cum enim Thucydides dixerit, ἐλπίσας μέγαν τε ἔσεσθαι καὶ ἀξιολογώτατον τῶν προγεγενημένων, ille ita, *iudicans hoc bellum inprimis magni momenti, praeque superioribus bellis omnibus commemoratione dignissimum esse.* Atqui quomodo Thucydides dicere potuit, se scribere incipientem iudicasse bellum illud tale esse, cum eodem tempore & belli & scriptionis eius initium foret? hoc enim proxime praecedentia verba testantur, ἀρξάμενος εὐθὺς καθισταμένου: quae idem vertit, *exorsus statim ab eius initio*: Valla autem, *exorsus statim ab eo moto.* Neque enim ita intelligenda haec sunt, quasi Thucydides finito bello ad scribendum illud se contulerit, res ab initio, id est, a prima origine, repetens: sed ex illis intelligere verbis debemus, Thucydidem, simulatque moveri coepit bellum, id scribere coepisse, & cum belli progressu in scribendo etiam progressum esse. Sed hic omittenda non sunt ista Scholiastae verba, γνωστέον καὶ ἐντεῦθεν ὅτι ὕστερον συνέγραψεν ὁ Θουκυδίδης τὴν λέξιν τῆς ἱστορίας: quae scribit in quendam primi libri locum. Quid enim haec sibi volunt? quomodo λέξιν ita seiungemus ab historia, ut eam post historiam esse scriptam dicamus? Ego quidem certe vocari puto λέξιν eum elocutionis ornatum, quem historiae simpliciter & nude (ut ita dicam) scriptae, id est, simplicem & nudam rerum gestarum narrationem habenti, postea adiecit. Sive autem hic, sive alius nostrorum Scholiastae verborum sit sensus, non dubium est, quin ita, ut dixi, intelligi illa debeant, ἀρξάμενος εὐθὺς καθισταμένου. Ex quo sequitur, Vallae interpretationem menti Thucydidis esse

Digitized by Google

consentaneam, at Winsemii, menti eius repugnare. Quam belle autem cohaereat sequens participium τεκμαιρόμενος cum illo ἐλπίσας, ostendi, cum margini interpretationis Vallae hanc illius τεκμαιρόμενος explicationem appposui, *argumentum suae huius spei ex eo sumens, quod & utrique fl.* &c. Ostendit enim Thucydides, se ista spe illectum scriptioni huius historiae manum admovisse. quam ipsius belli comitem non male fortasse dixerimus, cum idem huius, qui & belli progressus esset, uti modo dictum fuit. Maluissem autem, sicut ἐλπίσας scriptum est, non ἐλπίζων, ita praeteriti significatione servata dicere, *in spem adductus;* vel, *quod spem concepisset.* Nam tot tam vicina participia Latinam linguam fateor non admittere: ac ne alium quidem scriptorem Graecum ita in sui libri principio iis usum esse existimo: quamvis alioqui minime novum quibusdam eorum sit, duobus aut etiam tribus locis ita vicinis ea adhibere. STEPH. Dici etiam potest, verbum ἐλπίσας positum esse Graeca consuetudine, pro νομίσας *existimans;* ut Sallustius quidem Thucydidis aemulus vertisse videtur in fine Praefationis ad bellum Catilinarium. Idem etiam in libris historiarum aemulatus est exordium, quo Thucydides historiam suam exorsus est. Vide Fragmenta Sallustiana. HUDS.

ead. l. 11. τεκμαιρόμενος, ὅτι) De hoc quoque admonendus est iam nunc lector, quod non itidem apud alios scriptores ei occurret, orationis structuram passim ab hoc mutari in altero periodi membro. Cuius mutationis & hic exemplum est, τεκμαιρόμενος ὅτι ἀκμάζοντές τε ἦσαν ἐς αὐτὸν ἀμφ. παρ. τῇ πάσῃ, καὶ τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν ὁρῶν ξυνιστάμενον πρὸς ἕκατ. Nam qui Thucydides in scribendo non fuisset, ita potius dixisset, τεκμαιρόμενος ὅτι ἀκμάζοντές τε ἦσαν &c. καὶ ὅτι τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν ἔῶρα ξυνιστάμενον. Vel ita, τεκμαιρόμενος ἐκ τοῦ ἀκμάζοντάς τε εἶναι ἐς αὐτὸν ἀμφοτέρους, &c. καὶ ἐκ τοῦ ὁρᾶν τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν ξυνιστάμενον.

In iis autem, quae proxime sequuntur, τὸ μὲν εὐθὺς, τὸ δὲ καὶ διανοούμενον, necesse est cum participio διανοούμενον subaudiamus infinitivum ξυνίστασθαι, ex participio ξυνιστάμενον sumtum. Sed non probo istam vocis διανοούμενον interpretationem, *post consultationem.* vel, *re postea deliberata.* id est, μετὰ τὸ βουλεύσασθαι. Neque enim de ils etiam, qui εὐθὺς ξυνίσταντο, dubitandum est, quin post

Digitized by Google

deliberationem, seu consultationem id facerent. Arbitror igitur, Thucydidem hoc potius dicere, se in spem eam adductum fuisse ex eo, quod reliquam Graeciam partim se iam tum cum alterutris coniungentem, partim in animo habentem hoc facere, vel de hoc faciendo cogitantem, videret. Sic autem libro quinto, οὐ μέντοι εὐθὺς ἀπέστη τῶν Ἀθηναίων, ἀλλὰ διενοεῖτο. Interpretor autem ξυνιστάμενον πρὸς ἑκατέρους, *cum alterutris se coniungere*, (nisi quis malit *alterutris se adiungere*; aut, *adiungere se in societatem*) quamvis aliis pleriſque modis reddi possit: videlicet, *alterutris se associare*, aut, *consociare*. vel, *in alterutrorum partes transire*: vel, *in alterutras partes se conferre*. Aut, *in alterutrorum societatem se conferre*; vel, *societatem coire*. Neque vero Latini dicunt tantum *coire societatem*, sed etiam *coire ad societatem*: nec non *coire*, absque hac vel illa adiectione. Maxime autem placet verbum motus huic interpretationi adhibere, sicut his ξυνιστάμενον πρὸς ἑκατέρους aliquam motus significationem includi videmus. Atque ut illo καθίστασθαι, in eo, quem dixi, usu, ita & hoc συνίστασθαι in isto, gaudet Thucydides. veluti in isto huius prooemii loco, οὐ γὰρ ξυνεστήκεσαν πρὸς τὰς μεγίστας πόλεις αἱ ὑπήκοοι. & libro 6: ἄλλως τε καὶ εἰ ξυστῶσιν αἱ πόλεις φοβηθεῖσαι. Legimus tamen & contrarium διαστῆναι de eadem re (quod mirum videri possit) dictum, de qua illic συστῆναι: & quidem in ipso libri huius prooemio, minimo post ea, quae inde modo attuli, verba intervallo, καὶ τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν ἐς ξυμμαχίαν ἑκατέρων διέστη. Mirum, inquam, videri istud possit, contrarium vocabulum ab eo, qui una eademque de re loquatur, usurpari: sed quaedam contraria in eadem re locum, diverso intellectu, habere, cum aliunde, tum ex iis, quae Aulus Gellius affert, exemplis discimus. Ita sane & hic intelligemus, τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν, id est, reliquam Graeciam, ad ferendum quidem auxilium συνίστασθαι: sed quatenus auxilium non iisdem fertur a tota reliqua Graecia, sed una eius pars his, altera illis auxiliatur, dici etiam posse ἐς ξυμμαχίαν ἑκατέρων δίστασθαι. Hoc igitur respectu Thucydidem & in illo, qui est intio prooemii, loco dicere potuisse, καὶ τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν ὁρῶν διϊστάμενον πρὸς ἑκατέρους, vel ἐς ξυμμαχίαν ἑκατέρων διϊστάμενον: quemadmodum in sequentibus dicit, καὶ τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν ἐς ξυμμαχίαν ἑκατέρων διέστη. Sed cave, cum Winsemio ἑκατέρων interpreteris, *utriusque partis*:

Digitized by Google

contra vide, ut cum Valla reddas, *alterutrorum.* Dum autem hunc esse sensum dico illorum verborum, ἐς ξυμμαχίαν ἑκατέρων διέστη, non sum nescius, Scholiastem secus intelligere: quippe qui διέστη exponat διεσπάσθη, item ἀνεχώρησεν, & οὐ συνεμάχησεν. Quin etiam addit, nequaquam significare velle ὅτι ἐμερίσθη: sed solos Chalcidenses cum solis Eretriensibus bellum gessisse. At ego huic Scholiastae omnino contradicens respondeo, Thucydidem significare istud volentem, dicturum contra fuisse, τὸ ἄλλο (non praefixa particula καὶ) Ἑλληνικὸν ἀπὸ ξυμμαχίας ἑκατέρων ἀπέστη.

Verum ad priorem illum quod attinet locum, habentem verbum ξυνιστάμενον post participium ὁρῶν, quis non miretur, Vallam, cum incidisset in tam depravatum exemplar, ut ὄρων vel ἐκ τῶν ὄρων pro ὁρῶν haberet, tantam & tam, meo quidem iudicio, manifestam depravationem non animadvertisse? Nam ex hac lectione manarit necesse est ista interpretatio, *& cetera Graecia e suis finibus ad alterutros accessit.* Quod si demus, verbum ξυνίστασθαι cum ὄρων, vel potius ἐκ τῶν ὄρων, posse ferri, at certe ξυνίστατο, non ξυνιστάμενον, poscere orationis structuram, fateamur necesse est.

Immoratus sum diutius in hoc loco, quod varia in mentem venirent, de quibus admonendus esse lector videbatur: & quod hunc locum velut exemplum vellem proponere, quam multa in pleroſque alios annotanda haberem, si accurate omnia annotatione digna persequi statuissem. Simul vero meum consilium de retinenda Vallae interpretatione, ac non commutanda cum altera, probare lectori volui. Nam vel in paucis hisce, quos exhibui, locis, maioris ut simplicitatis, ita fidelitatis specimen Vallae interpretatio exhibet, quam illa altera: quae sane non paulo pluribus, quam haec, emendationibus opus habet. Atque hic in simplicitatis mentione occurrit vocabulum μέγαν in membro illo, cuius sensum a posteriore interprete perversum esse dixi, ἐλπίσας μέγαν τε ἔσεσθαι καὶ ἀξιολογώτατον τῶν προγεγενημένων. Nam cum Valla μέγαν πόλεμον, & simpliciter & verbum verbo reddens, interpretatus fuisset, *magnum bellum;* ille dicere maluit, *bellum magni momenti.* At ego omne magnum bellum, magni esse momenti nego: & aliquod parvum alioqui bellum, magni tamen posse esse momenti dico. STEPH.

Digitized by Google

ibid. Ἦσαν ἐς αὐτὸν) Lexicon Graecum Mſ. apud Montfaucon. in Biblioth. Coiſſin. pag. 600: Ἦα, ἀντὶ τοῦ ἦλθον, ἐπορευόμην. Καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ ἀκμάζοντές τε ἧισαν ἐς αὐτόν. οἱ δὲ Ἰώνες ἦσαν. Sed ἦσαν etiam Dionyſ. Halic. v. Hort. Adon. ἧισαν ferri poteſt apud Homerum; ſed huic vix eſt, ut convenire videatur. Virg. *Aſt ego, quae Divûm* incedo *regina.* Ceterum auctor Lexici illius Suidam exſcripſit in ἦα. WASS. Etiam aliud Lexicon Mſ. in ead. Biblioth. p. 234 hic ἧισαν legit. Suidas ſcribens, καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ οὕτως ἀναγνωστέον, ἀκμάζοντές τε ἧισαν ἐς αὐτὸν, indicare videtur, iam olim dubitatum fuiſſe de ſcriptura huius loci. Ἧισαν vel ἦσαν habet quo ſe tueri poſſit. Thucydides I, 118: ὄντες μὲν καὶ πρότου μὴ ταχεῖς ἰέναι ἐς τοὺς πολέμους. Et cap. 123: ἀλλὰ θαρσοῦντας ἴέναι κατὰ πολλὰ ἐς τὸν πόλεμον. Add. quae ad III, 14 annotata ſunt e Xenophonte.

ead. l. 12. Παρασκευῇ τῇ πάσῃ) Quomodo, inquit enarrator Graecus, verum hoc comperietur, eos fuiſſe ἀκμάζοντας παρασκευῇ τῇ πάσῃ, ſi Peloponneſiis pecuniae deerant? ſed non addit ullum huius penuriae teſtimonium. Alioqui primam & praecipuam bellici apparatus partem ſcimus eſſe pecuniam, cum etiam nervos belli proverbium eam appellet: & notum ſit illud Demoſthenis, δεῖ δὲ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδέν ἐστι γενέσθαι τῶν δεόντων. Sed plura de hac obiectione, cum ad illum Scholiaſtae locum venero. STEPH.

ead. l. 13. Ξυνιστάμενον) Verbo ξυνίστασθαι hac ipſa de re frequenter utitur. At Valla c. 15 contrariam ei dat interpretationem. IDEM.

Pag. 4. *l.* 1. Διανοούμενον) Infinitivum ξυνίστασθαι poſt διανοούμενον non deeſſe, ſed relictum eſſe ſubaudiendum, oſtendunt alii huic ſimiles loci. Ex quibus eſt iſte c. 124, ὥστε τῶν μὲν ἤδη ἄρχειν, τῶν δὲ διανοεῖσθαι. Nam hic itidem ſubaudire infinitivum ἄρχειν neceſſe eſt. Atque obſervandum eſt, eundem uſum hic praeſtare adverbium ἤδη, quem illic praeſtat εὐθὺς, quod ad participium ξυνιστάμενον fertur. At vero hoc ipſum adverbium εὐθὺς ſimili loco adhibitum habes V, 80, οὐ μέντοι εὐθύς γε ἀπέστη τῶν Ἀθηναίων, ἀλλὰ διενοεῖτο. nam & hic poſt διενοεῖτο oportet ὑπακούειν infinitivum ἀφίστασθαι, ex illo ἀπέστη ſumtum. STEPH. Stephani interpretationem participii διανοούμενον ne reciperem, faciunt verba Thucydidis accura-

Digitized by Google

tius ſpectata. Nam primum univerſe ait: ὁρῶν τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν ξυνιστάμενον πρὸς ἑκατέρους, *ceteros Graecos ſe coniungi cum alterutris vidiſſe.* Inde ſub hac generali complexione ſubſumens alios ſtatim, (ut ſubditos & ſocios manifeſtos utriuſque partis) alios poſt aliquam deliberationem id feciſſe ait. Quod autem H. Stephanus putat, illos quoque, qui ſe ſtatim coniunxerint, poſt deliberationem id feciſſe, hoc ego nego. Deliberamus enim περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν πρακτῶν, ut Ariſtoteles ait, de re integra noſtrique arbitrii. Iam priſtinis utriuſque partis ſociis, Atticis inprimis, minime integra conſultatio fuit, utros ſequi vellent: multi enim alios, ſi liberum eis fuiſſet, ſocios delegiſſent. Unde de his ait Thucydides, eos protinus cum alterutris coniunctos fuiſſe. Quibus vero libera conſultatio fuit, ſi paulo poſt alteri parti adhaeſerunt: ut ex libro ſecundo apparet, ubi ſocios utriuſque partis enumerans Thucydides, Athenienſes in Zacynthum, Cephalleniam, Acarnaniam, legatos ſocietatis petendae cauſa miſiſſe, ait. Item ex Achaeis primo ſolos Pellenenſes Lacedaemonios ſecutos ait, inde univerſos. Acacius. HUDS. Haec non videntur maximam vim habere ad refellendam ſententiam Stephani, cum participio διανοούμενον iungendum eſſe infinitivum ξυνίστασθαι, e praecedenti ξυνιστάμενον repetitum. Nam ſi Graeci illi, qui ſui iuris & arbitrii erant, ſe deinde cum alterutra parte coniunxerunt, cur de his dici non poſſit, ὁρῶν τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν διανοούμενον συνίστασθαι? Saepe etiam aliis locis hoc genus ellipſeos apud Thucydidem occurrit. Vide ad VII, 69.

ibid. Μεγίστη δὴ) Δὴ coniunctio tam completiva, quam confirmativa invenitur, ut inquit Priſcianus L. XVIII, p. 1170, hunc locum citans. Alibi etiam Schol. noſter, ὁ δὲ δὴ συμπαραπληρωματικὸς αὔξησιν δηλοῖ. HUDS. Scholiaſtes Ariſtophanis, δὴ μεγίστη, & συμπληρωματικὸν ait eſſe, ut, Ὅσα δὴ δέδηγμαι τὴν ἐμαυτοῦ καρδίαν. Acharn. 1. WASS.

ead. l. 3. Ἐπὶ πλεῖστον ἀνθρώπων) Quamvis primo aſpectu lectio margini adſcripta ἐπὶ πλείστων aptior videatur, tamen altera potius pro germana habenda eſt: cum alii plerique loci oſtendant, Thucydidem hoc ſuperlativo libenter ita uti. Sic autem & apud Dionyſ. Halicarn. non illam, ſed hanc γραφὴν habemus. Sed quid de illa dicendum eſt ſcriptura, quae genitivum τῶν ἄλλων ante ἀνθρώ-

Digitized by Google

πων addit? Ad me quidem certe quod attinet, eam minime censeo recipiendam. STEPH.

ead. l. 5. Ἀδύνατον) Lectio altera, ἀδύνατα, eundem omnino sensum efficit: sed magis Thucydideam (utpote veteri linguae Atticae, qua potissimum utitur Thucydides, magis convenientem) esse crediderim. Sic certe cap. 59, νομίσαντες δὲ οἱ στρατηγοὶ ἀδύνατα εἶναι πρός τε Περδίκκαν πολεμεῖν. Sic etiam III, 88: Ἕρους γὰρ δι' ἀνυδρίαν ἀδύνατα ἦν ἐπιστρατεύειν. Et alibi, ὥστ' ἀδύνατα ἐφαίνετο Ἀργείοις καὶ Ἀθηναίοις ἅμα πολεμεῖν. Nec vero isto tantum nomine in plurali potius, quam in singulari uti solet, sed παριτητέα itidem atque ἐπιχειρητέα, quin etiam πλευστέα, pro παριτητέον, & ἐπιχειρητέον, atque πλευστέον, dicit: & quidem Atticorum (ac praesertim veterum) more, uti dixi. Ideoque mirum est, Scholiastem annotasse de illo ἐπιχειρητέα, Thucydidis vocabulum esse. In eo certe illum falli, suo loco docebo. Ceterum quamvis ἀδύνατα magis Thucydideum esse, non solum dixerim, sed etiam ostenderim, tamen apud Dionysium Halicarnassaeum alterum habemus. IDEM.

ead. l. 6. Σκοποῦντι) Dion. Hal. p. 67 σκαπῶντι. Observat ibi auctoris copiam. V, 11, Τὰ γὰρ — φυτεύοντες. Idem p. 148. WASS. Observat copiam etiam Hermogenes περὶ μεθόδου δεινότητος cap. 4.

ead. l. 10. Μεταναστάσεις τε οὖσαι) Non dubium est, quin recte & eleganter dicatur Ἑλλὰς μετανάστης οὖσα, quod est in Cod. Reg. pro Ἕλληνες μετανάσται ὄντες. Nam nihil notius est, quam nomina regionum saepe poni pro his, qui eas incolunt. Sed quia insolens videtur, ut eadem vox Ἑλλὰς in priore membro orationis propria significatione ponatur, pro ipsa regione, in posteriore autem impropria, pro incolis, quod in hac scriptura fit, non puto recedendum a vulgata, quam non solum omnes alii Mss. tuentur, verum etiam Dion. Hal. in Lib. de Compos. p. 24, & Iudic. de Thucydide p. 148. Scholiastes recte supplet φαίνονται.

ead. l. 13. Τῆς γὰρ — ἀλλήλοις) Dion. Halic. pag. 134. WASS. Annotat ibi Dion. ἐπιμιγνύντες hic poni pro passivo ἐπιμιγνύμενοι.

Pag. 5. *l.* 1. Ὅσον ἀποζῆν) Id est, ὅσον ἐς τὸ ἀποζῆν μετρίως ἂν που ἀρκέσειεν, quantum ad modice vivendum satis esset. HUDS.

Digitized by Google

cad. l. 2. Χρημάτων) v. Libanium Progym. pag. 114. WASS.

ibid. Ἄδηλον ὂν) Pro ἀδήλου ὄντος· quod Atticis familiare est, qui huiusmodi multa in accusativo usurpant, cum alioqui sequendo vulgarem orationis structuram, obliquo casu (nimirum genitivo) utendum esset. Vide Stephani Append. ad Scripta al. de Dial. Att. cap. 9, pag. 149. &c. HUDS.

cad. l. 5. Οὐ χαλεπῶς ἀπανίσταντο) Margini apposita γραφὴ (ἀνίσταντο) melius cum eo, quod dixit μεταναστάσεις τε οὖσαι, conveniet, cum ii, qui sponte emigrant, sicut μετανίστασθαι, ita & ἀπανίστασθαι potius dicantur: at qui sedibus suis pelluntur, potius ἀνίστασθαι. Sed duo diversa miscere videri possit Thucydides, cum tanquam de sponte emigrantibus locutus, addit tamen, βιαζόμενοι ὑπὸ τινῶν ἀεὶ πλειόνων. Alioqui ista etiam, τῆς τε καθ' ἡμέραν ἀναγκαίου τροφῆς πανταχοῦ ἂν ὑγούμενοι ἐπικρατεῖν, οὐ χαλεπῶς ἀπανίσταντο, pro illa spontanea emigratione facere quis dixerit: praesertim si οὐ χαλεπῶς pro *non gravate* accipiamus. *Non gravate emigrabant*, inquit, *quoniam necessarium in diem alimentum ubique se nacturos existimabant.* Sed quamvis hic adverbii χαλεπῶς usus ad illum accedat, quem habet, cum dicitur χαλεπῶς φέρειν, eundemque alibi dare illi videatur, ab altero tamen magis usitato discedere non permittit fortasse illud, quod dictum eadem de re fuit, καὶ ῥᾳδίως ἕκαστοι τὴν ἑαυτῶν ἀπολείποντες. Valla quidem οὐ χαλεπῶς vertit *aegre*: sed idem ἀνίσταντο vel ἀπανίσταντο non *emigrabant* vertit, verum *pellebantur.* Quam interpretationem & Vitus secutus est. Verum etiamsi verbum ἀνίστασθαι pro *pelli e sedibus suis*, ἀπανίστασθαι autem pro μετανίστασθαι, id est, *emigrare*, *sedes mutare*, potius dici soleat, hic tamen illud huius significationem si (adversus illos interpretes) dicamus accipere, locum eiusdem scriptoris, quo nostram sententiam tueamur, inveniemus. Nam libro secundo, cap. 14 legimus, χαλεπῶς δὲ αὐτοῖς, διὰ τὸ ἀεὶ ἐιωθέναι τοὺς πολλοὺς ἐν τοῖς ἀγροῖς διαιτᾶσθαι, ἡ ἀνάστασις ἐγίγνετο. ubi contra ambo interpretes mihi assentiuntur, non secus hunc locum vertentes, quam si non ἀνάστασις, sed μετανάστασις aut ἀπανάστασις scriptum foret. *Quae demigratio*, inquit Valla, *fuit eis sane molesta, propter inveteratam plerisque consuetudinem semper agendi in agris.* Alter autem, eundem sequens sensum, ita vertit:

Digitized by Google

Gravis & difficilis haec illis migratio accidit, propterea quod praecipua pars eorum ruri vivere consuevissent. Quod si etiam ab hoc loco non refelleretur altera illa interpretatio, quam tribuunt verbo ἀνίστανται in eo, de quo nunc agitur, at certe hoc in ea rationi minime consentaneum est, ut dicatur, *eos haud aegre sedibus suis pelli solitos, quod victum sibi in diem necessarium ubique se adepturos putarent.* hanc enim spem sibi proponere eorum potius est, *qui* (uti dixi) *suis sedibus non eiiciuntur, verum ex illis sponte demigrant.* Esto, dicet quispiam: sed manet interim priore in loco scrupulus is, cuius mentionem fecisti: Thucydidem videri posse duo diversa miscere, cum βιαζόμενοι de illis addit, de quibus tanquam sponte demigrantibus locutus erat. Fateor certe diversa haec & modo non contraria & iudicata a me esse, & ab aliis iudicatum iri: nisi ita exponantur, ut dicamus, perinde esse, ac si scriberet Thucydides: *Non valde resistebant iis, qui emigrare ipsos iubebant, atque adeo ipsos ad hoc adigebant.* Vel, *Vim sibi afferri patiebantur ab iis, a quibus emigrare iubebantur: & cum illam repellere fortasse possent, facile in animum inducebant, imperata facere; quod hac spe freti essent, futurum, ut, quocunque venirent, necessarium in diem alimentum* (*quo etiam antea contenti esse soliti erant*) *nanciscerentur.* Nam ita hunc locum explicando, repugnantia non loquetur Thucydides. partim enim voluntaria, partim coacta migratio haec videri poterit: atque hic esse, quod a Graecis voce aptissima (quae Latinis prae quavis alia inimitabilis est) πειθανάγκη dicitur. Hic porro locus documento fuerit, (ideoque multum verborum in eum consumsi) non statim repugnantiae a nobis eos accusari debere locos, qui eam primo aspectu prae se ferunt: quales & alii nonnulli apud hunc scriptorem occurrunt. STEPH.

ead. l. 8. Εἶχεν) Pro εἶχεν Max. Tyr. p. 81 meae editionis habet ἐλάμβανε. IDEM. Est in fine Differt. XIII.

ead. l. 9. Νῦν Θεσσαλία) In Cod. Reg. est scholion, πρότερον γὰρ Ἡμαθία ἐκαλεῖτο. Sic Catull. Carm. LXV, 26: *Emathiae columen Peleu.* Add. Serv. ad Virg. I Georg. 492. Sed aliis Emathia est pars Macedoniae. Strabo IX, 443 primum Pyrrhaeam, inde Haemoniam ab Haemone patre Thessali, ac denique Thessaliam dictam scribit. Stephano est Αἵμων, & regio Αἱμονία, sine adspiratione. Et Eustath. in Il. β', p. 321: Αἵμων· ὅθεν Αἱμονες μοῖρα Θετταλική.

ibid. Πελοποννήσου — Ἀρκαδίας) Hermog. p. 27. WASS.

Digitized by Google

ead. l. 14. Ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον) Hunc locum afferens idem Max. Tyr. ibidem, non addit ἐκ τοῦ ἐπιπλείστου: ita legens, τὴν γοῦν Ἀττικὴν, διὰ τὸ λεπτόγεων εἶναι, ἀστάσιαστον οὖσαν, ἀνθρώποι, &c. Et quod in margine quorundam vett. codd. e regione huius loci ſupervacanee additum eſt, γράφεται ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον, certum eſt, ex quibuſdam fuiſſe primum deſcriptum, in quibus id non legebatur. Quod autem attinet ad εἶναι, ſive adſcribatur, ſive non, idem manet ſenſus: ſed ſi legatur λεπτόγεων εἶναι, adiectivum erit λεπτόγεων, quod iungetur cum Ἀττικὴν, ut ſit, διὰ τὸ εἶναι λεπτόγεων: ſin εἶναι non addatur, τὸ λεπτόγεων ſubſtantivi forma poſitum erit. ac certe magis mihi arridet haec noſtra lectio. STEPH. Ἐπὶ πλεῖστον ſcribo cum Caſſ. & infra pag. 7 lin. 3 Graev. VII, 76 & II, 35 Caſſ. Gr. Atque ita Cicero X, 8 Ep. ad Atticum. Diviſim certe, ubi non adverbiaſcit, vel genitivo ſequente. Cum Mſſ. ſtat & Xenophon 679, & Herodotus VI, 127. Coniunctim Hippocrates § III pag. 14, & Ioſephus Hudſon. pag. 1308; ſed operarum forte incuria. In Thucydide V, 46 malim & ἐπὶ πλεῖστον cum C. Caſſ. Gr. licet alibi coniunctim noſter. Appianus 86 ἐπὶ πλεῖστον. WASS.

ibid. Διὰ τὸ λεπτόγεων) Erat enim ſolum Atticum parum uber: ipſi deparci victus, qualis hominum pauperum: tota vitae ratio adſtricta & diligens. Vide Caſaub. Animadverſ. in Athenaeum, pag. 95. HUDS. Et Schol. Ariſtoph. Acharn. v. 75, & Av. 123. Videtur etiam eo reſpicere Lucian. Encom. Patr. p. 480. Add. Spanh. ad Iulian. Orat. I, p. 78, & ad Ariſtoph. Nub. v. 298.

Pag. 6. *l.* 1. Ὤκουν οἱ αὐτοὶ ἀεὶ) Herodot. lib. 7: Ἐόντες Ἀθηναῖοι, ἀρχαιότατον μὲν ἔθνος παρεχόμενοι, μοῦνοι δὲ ἐόντες οὐ μετανάσται Ἑλλήνων. HUDS.

ead. l. 3. Μετοικίας) Rectius legi videtur μετοικίας, quod melius reſpondeat voci μεταναστάσεις, paulo ante praecedenti, quam illud alterum ἐποικίας. Sic & pag. 20, ἢ Ἕλλας ἔτι μετανίστατό τε καὶ μετῳκίζετο. STEPH.

ead. l. 7. Ἀπὸ παλαιοῦ) Vid. Petit. Leg. Attic. p. 130.

ead. l. 13. Ἀλλὰ τὰ μὲν &c.) Suſpicetur aliquis, Vallam aliter legiſſe, cum vertat, *quaedam loca ante Hellenem Deucalionis filium*: verum ego non aliam ſecutum lectionem eſſe, ſed χωρία ſubaudiendum exiſtimaſſe, arbitror, & τὰ pro τινὰ accipiendum. Falſo autem id credidiſſe con-

Digitized by Google

ſtat, & τὰ μὲν πρὸ Ἑλληνος dictum eſſe pro τὸν μὲν πρὸ Ἕλληνος χρόνον. STEPH.

Pag. 7. l. 2. Κατὰ ἔθνη) Salmaſ. in Lib. de Helleniſt. aliter, quam Scholiaſtes, huius loci ſententiam exponit, & pro κατὰ, καὶ legendum putat, quod confirmat Mſ. Caſſ. Vid. ap. Salmaſ. p. 274, 282 & 283.

ibid. Καὶ τὸ Πελασγικὸν ἐπιπλεῖστον) Nulla fere regio fuit, quam non peragrarunt Pelaſgi, ita ut latiſſime apud veteres Pelaſgorum nomen patuerit. Vide Herodot. lib. 1, c. 56; Strabon. lib. 9 & 13; & Palm. Graeciam antiq. p. 24, 25, 38, 39. HUDS.

ead. l. 4. Ἑλλήνος &c.) Antiquitus ea tantum portio priſcae & avitae Graeciae Ἑλλὰς appellabatur, quae poſterioribus Theſſalia dicta eſt. Hinc doctiſſimus Grammaticus (Servius in 2 Aen.) Graecos proprie Theſſalos eſſe dicit; & Didym. ad. 1 Il. Ἀρίσταρχος παρ' Ὁμήρῳ Θεσσαλίαν μόνην τὴν Ἑλλάδα εἶναί φησιν, καὶ Θετταλοὺς τοὺς Ἕλληνας, παρακολουθῶν τῷ Θουκυδίδῃ. Ariſtarchus, auctoritatem nimirum Thucydidis ſecutus, Theſſalos ἀρχαϊκῶς καὶ κυρίως apud Homerum Ἕλληνας ſive Graecos eſſe ſcripſit, Theſſaliam autem ipſam ſolam dici Graeciam; Ἕλληνας inſuper proprie appellari, qui eam Theſſaliae partem inhabitarunt, ubi eſt urbs Lariſſa, teſtis eſt Apollodorus apud Strabonem lib. 13. Vide Caſauboni Diatribam in Dionem Chryſoſt. c. 12, & Salmaſium in Solinum, pag. 100. IDEM.

ibid. Ἑλλήνος δὲ καὶ &c.) Hellenes, & regionem, quam incolebant, Helladem, ab Hellene Deucalionis filio ſic vocatos fuiſſe, ex Dicaearcho & Strabone lib. 9 ſatis conſtat: quo tempore vero hoc nomen per totam Graeciam primo obtinuit, a nullo ſcriptore aſſeritur. Primo enim teſte Strabone lib. 9 una tantum urbs in Phthiotide ab Hellene condita Hellas dicebatur, & haec eſt, de qua dicit Homerus:

Οἵτ' εἶχον Φθίην, ἠδ' Ἑλλάδα καλλιγύναικα.

Et rurſus:

Πολλαὶ Ἀχαϊίδες εἰσὶν ἀν' Ἑλλάδα τε Φθίηντε.
Κοῦραι Ἀριστήων. ——

Cum vero in hac urbe Hellenis potentia magna evaſiſſet, inde etiam ad regionem circumcirca vicinam nomen tranſiiſſe perhibetur: de tota enim hac intelligendus eſt Homerus, ubi dicit:

T 2

Ἀνδρὸς τοῦ κλέος εὐρὺ κατ' Ἑλλάδα, καὶ μέσον Ἄργος.

latius vero illud per multa ſecula non extenſum fuit: Homerus enim eos ſolos, qui ſub Achille ad Troiam militaverant, Hellenes vocat, quos antiquae ſolius Helladis incolas fuiſſe iiſdem verſibus ſic teſtatur:

Οἵτ' εἶχον Φθίην, ἠδ' Ἑλλάδα καλλιγύναικα,
Μυρμιδόνες δ' ἐκαλοῦντο, καὶ Ἕλληνες, καὶ Ἀχαιοί.

Omnes vero Graecos in toto ſuo poëmate nunquam communi nomine Ἕλληνας, ſed Ἀργείους, καὶ Ἀχαιοὺς, καὶ Δαναοὺς nuncupat: atque ideo Thucydidis eſt ſententia, Homeri etiam aetate ſolos Theſſalos ſic audire, eo nomine ceteris Graeciae populis nondum communicato: quod etiam ulterius probat, quia nec apud eum poëtam τῶν βαρβάρων appellatio uſquam occurrat, (oppoſita autem & relata ſunt βάρβαρος καὶ Ἕλλην, τὸ βαρβαρικὸν, καὶ τὸ Ἑλληνικὸν) ſi ergo barbaros ignoravit Homerus de ceteris gentibus, quae Graecae non eſſent, nec Hellenes novit de omnibus Graecis. Sed utriſque his Thucydidis argumentis opponit Strab. lib. 8, primo Heſiodum & Archilochum meminiſſe Πανελλήνων, de Graecis univerſis, ſecundo Homer. Il. β', v. 867 βαρβαροφώνους vocaſſe τοὺς Κᾶρας. Sed huius poſtremi argumenti vim ſatis eludit ipſe Strabo, dum, quae alibi habet, ſatis innuunt, Cares ab Homero non generali nomine, & omnibus aliis gentibus, quae Graecae non fuerant, communi, ſed particulari & proprio, quod linguam Graecam male pronuntiaſſent, ſecundum vocis ſignificationem antiquam & magis propriam βαρβαροφώνους appellari. Nec quoad Archilochi auctoritatem valet primum argumentum, quia ille Homero multo recentior erat: cum vero Heſiodus ſecundum Chronicon Marmor. & pleroſque alios Homero vetuſtior eſſet, ſi ex Heſiodo probaſſet illius poëtae temporibus Graecos generali nomine Ἕλληνας vocatos fuiſſe, viciſſet Strabo. Sed Heſiodi verba, quae contra Thucydidem affert, hoc non probant. ea enim haec ſunt, τὸν μὲν (ſcilicet Heſiodum) περὶ τῶν Προιτίδων λέγοντα ὡς Πανέλληνες ἐμνήστευον αὐτὰς, i. e. Heſiodum de Proetidibus dixiſſe, univerſos Graecos earum connubia ambiviſſe. Quis autem hic probatum videt, Heſiodi temporibus omnes Graeciae incolas, uno communi nomine, Ἕλληνας appellari? Πανέλληνες enim non omnes eos ſignificat, qui regionem poſtea Ἑλλάδα dictam incolebant, ſed qui tunc Hellenes di-

Digitized by Google

cebantur. An vero Heſiodi temporibus illi ſoli, qui antiquam Ἑλλάδα incolebant, an vero omnes Graeciae populi Hellenes dicebantur, quoad hanc auctoritatem aeque manet incertum. Nos vero, Thucydidis graviſſimi ſcriptoris auctoritatem ſecuti, neutrum verum putamus. Qui antiquam enim Helladem incolebant ipſius Hellenis temporibus, Hellenes dicebantur: cum autem illius filii & nepotes multi eſſent, & potentes, atque ideo in omnes fere totius Graeciae civitates eduxiſſent colonias, inde factum eſt, ut per totam Graeciam diſperſi fuerint, qui, quod ex genere Hellenico eſſent, communi privatorum ſermone Ἕλληνες dicebantur, publice autem diverſa habuerant gentium nomina, inter quas habitant, atque ideo ab Homero Athenienſes, Elei, Argivi, Boeoti vocabantur Graeci, Hellenes vero nunquam: & ſic intelligendus eſt Thucydidis locus, ubi dicit, Ὁμιλίᾳ μᾶλλον καλεῖσθαι Ἕλληνας, i. e. ut interpretatur Scholiaſtes Graecus, οὐκ ἀπὸ κοινῆς δόξης ἁπάντων. Ut vero hi Ἕλληνες ceteris Graeciae incolis immixti magis magiſque praevaluiſſent, ſic hoc τῶν Ἑλλήνων nomen magis magiſque inceperat praedicari, donec tandem circa primam Olympiadum celebrationem pro communi omnium Graeciae incolarum agnoſceretur. Cum enim Iphitus, quando hos ludos inſtauraverat, totius Graeciae incolas, qui tunc omnes aut Hellenici, aut ſub Hellenicorum imperio fuerant, ad illos convocaſſet, iiſque ſolis, ceteris lege prohibitis, conceſſiſſet certandi ius, eo tempore, quo communem primo celebraverant conventum, commune nomen primo videntur accepiſſe, & ſemet ipſos generali appellatione Ἕλληνας, & omnes alios barbaros appellaſſe. Hactenus auctor notarum in Chronicon Marmor. pag. 133. cui adiice Palmer. Graec. Antiq. c. 3, & Caſaub. in Strabon. pag. 240. IDEM.

ead. l. 5. Ἰσχυσάντων) Hobbes *being ſtrong.* WASS. In Reg. & Caſſ. eſt ſcholion, βασιλευσάντων. Φθιωτία, quod iidem Codd. habent, videant alii an probari poſſit: nam regio eſt Φθιῶτις. Strab. IX, 433: καὶ ἡ χώρα Φθιῶτις καλεῖται, καὶ Ἀχαϊκή. Suſpicor Δ ultimae ſyllabae in A degeneraſſe, atque inde errorem ortum eſſe.

ibid. Ἐπαγομένων) Cum praeceſſerit ἰσχυσάντων, videretur ſequi debuiſſe ἐπαγαγομένων, ſed intelligendum eſt ἐπαγομένων μετὰ τὸ ἰσχύσαι, id eſt, *& illis, poſtquam po-*

Digitized by Google

tentiam adepti essent, eos adducentibus. Hanc certe γραφὴν & Valla sequitur, qui vertit, *eas gentes adducentibus.* STEPH.

ibid. Καὶ ἐπαγομένων αὐτοὺς &c.) Ae. Portus vertit: *& ceteri Thessaliae populi eos in alias civitates auxilii causa arcesserunt.* Sed hoc non de Thessalis accipiendum, verba coniuncta evincunt. nam ait, τῶν παίδων ἰσχυσάντων καὶ ἐπαγομένων. proinde utraque vox coniuncta copula ad eosdem (sc. Hellenem eiusque liberos) refertur. *Acacius.* Sic Valla vertit: *Hellene autem eiusque liberis in Phthiotide rerum potitis, & eas gentes emolumenti gratia in alias civitates adducentibus* &c. HUDS. Salmas. l. d. p. 427 hunc locum laudans scribit ἑαυτοὺς, & p. 348 αὐτους, vitio typographorum, pro αὐτοὺς, quod est in Clar. Idem p. 275 ita vertit: *Cum vero Hellen & eius nati Phthiotide Thessaliae vires collegissent, & in proximas quasque urbes* semet *induxissent.* Non video, cur non possit ferri αὐτούς. In Reg. super h. v. scriptum est scholion, τοὺς Φθιῶτας, quae nota figura est. Lucian. Timon. p. 75: Πολὺν ἤδη χρόνον οὐδ' ἀπέβλεψα εἰς τὴν Ἀττικήν. καὶ μάλιστα ἐξ οὗ φιλοσοφία καὶ λόγων ἔριδες ἐπεπόλασαν αὐτοῖς. Et in Latinis scriptoribus nihil frequentius. Vid. Gronov. II de Pecun. vet. 4.

ibid. Ὠφελείᾳ) Vid. Indicem. Lucret. *multis praebet regionibus aequor* Utilitatem *opportunam sitientibus nautis:* aliter paulo Aeschylus Agam. Πολλῶν γὰρ ἐσθλῶν τὴν ΟΝΗΣΙΝ εἱλόμην. WASS. De sententia horum verborum agit Salmas. l. d. p. 275 & 427. Et de τῇ ὁμιλίᾳ μᾶλλον p. 348. sqq.

ead. l. 9. Ὕστερος) Hanc lectionem ὕστερος agnoscit Scholiastes, immerito tamen alteram margini adscriptam improbans, tanquam πολλῷ per se sufficiat, & additum ὕστερον abundet. STEPH.

ead. l. 11. Φθιώτιδος) Vid. Schol. ad Il. ι, 395, & Il. π', 595. & Dicaearchum p. 22. ed. Hudson. Contra nostrum disputat Strabo VIII, 370., & XIV, 661. WASS. Salmas. l. d. p. 349 removet ea, quae veteres quidam adversus Thucydidem disputaverunt. Versum Homeri, quem hic affert enarrator Graecus ex Il. β', 530, spurium esse etiam ibi annotat parvus Scholiastes. Et sic Salmas. l. d. pag. 350.

Pag. 8. *l.* 2. Ἀντίπαλον) Citat Hesych. & expl. ἐναντίον, ἐχθρόν. damnat D. Halic. de Caribus v. Herodot. I, 161. WASS. Quae lin. 3 quidam Codd. addunt ad illa ἀλλήλων ξυνίεσαν, glossam sapiunt.

Digitized by Google

ead. l. 6. Στρατείαν) Scholiaſt. ad Il. κ', 252 στρατιάν. male. WASS.

ead. l. 8. Μίνως γὰρ &c.) Minoa maris imperium obtinuiſſe teſtantur Ariſtot. in Polit. l. 2, c. 8; Diodorus Siculus l. 4; Stobaeus ſerm. 42; Strabo l. 10; Apollodorus l. 3; aliique, quos affert Meurſius in Creta, lib. 3, c. 3. HUDS. Vide Cumberlandi Orig. gentium antiquiſſ. p. 299. WASS. Et Selden. Mar. Clauſ. I, 9.

ead. l. 11. Κᾶρας ἐξελάσας) Cares a Minoe eiectos e Cycladibus, memoratur Libanio in Antiochica, & Iſocrati in Panathenaica. HUDS. Iſocrates Panath. 354, 34. Herodot. I, 28, 171. Λῃστικὸν & λῃστρικὸν utroque modo noſter. Εἵνεκα fere poëtarum eſt, aut Herodoti. WASS. Locum hunc de Caribus laudat Serv. ad Virg. VIII Aen. 725. Λῃστικὸν habet Thom. Magiſt.

Pag. 9. *l.* 3. Οἱ γὰρ Ἕλληνες τοπάλαι &c.) Conſtat, omnes fere gentes mari vicinas piraticam olim exercuiſſe. De Cilicibus & Tyrrhenis teſtatur Euſtathius ad Dionyſium, de Phoenicibus Herodotus, de Phocenſibus Iuſtinus, de Saxonibus Sidonius, de Cimbris Poſidonius, de Liburnis veteribus Appianus, de Aegyptiis Heliodorus, de Germanis Caeſar & Tacitus, de Hiſpanis Plutarchus. HUDS.

ead. l. 9. Κατὰ κώμας &c.) Sic Suidas in voce κώμη. Οἱ δὲ τοὺς ἐν τῇ πόλει δήμους, κώμας φασὶ προσαγορεύεσθαι, καὶ κωμήτας τοὺς ἐν τῇ πόλει, καὶ οἷον τοὺς δημότας ἐν τῇ αὐτῇ τάξει καὶ μοίρᾳ τῆς πόλεως οἰκοῦντας. οὕτως Ἀριστοφάνης. εἴρηκε δὲ καὶ Θουκυδίδης τοὺς δήμους κώμας ἐν πρώτῃ. κατὰ κώμας δὲ τῷ παλαιῷ τρόπῳ οἰκηθεῖσα. HUDS. Vid. Suidam in κώμην, & Kuſteri Notas. Heſych. κώμαι, ἀγυιαὶ, ῥύμαι. apud quem in κῶμα, pro κοίμισμα & λιθώδης, repone κοίμημα & ληθώδης. vid. Suid. & Etym. M. in κῶμα. WASS. Lin. 7 σφετέρου αὐτῶν, an αὐτῶν legas, fortaſſis non multum intereſt. Sed Thucydides alibi αὐτῶν. Vid. Indicem. In Hom. Od. ά. v. 7 eadem eſt varietas ſcripturae.

ead. l. 10. Τὸν πλεῖστον) Multi primo intuitu mendoſe ſcriptum τὸν πλεῖστον pro τὸ πλεῖστον exiſtimabunt: ſed nec Scholiaſtes nec vet. exempl. γραφὴν illam ſuſpectam habere ſinunt. STEPH. Τὸ πλέον Ar. Schol. & Mſſ. πλεῖστον. v. 47, 16. WASS. Πόρων, quod additur in Dan. videtur eſſe ſupplementum alicuius magiſtri.

Digitized by Google

ead. l. 13. Καὶ νῦν οἷς) Si legas καὶ οἷς, ut margini adſcriptum eſt, videri poterit aliorum fieri, quam illorum ἠπειρωτῶν mentio: ideoque minus ſcriptura haec placet. STEPH. Laudat h. l. Suidas v. καλῶς. WASS.

ibid. Οἱ παλαιοὶ τῶν ποιητῶν) Exſtat teſtimonium apud plurimos, inprimis vero antiquiſſimum Homerum, in Odyſſea γ', & in Hymno Apollinis, ubi neſcio quis advenas affatur hoc modo:

Ὦ ξεῖνοι, τίνες ἐστέ; πόθεν πλεῖθ' ὑγρὰ κέλευθα;
Ἦ τί κατὰ πρῆξιν, ἢ μαψιδίως ἀλάλησθε,
Οἷά τε λῃστῆρες ὑπεὶρ ἅλα; τοί γ' ἀλόωνται
Ψυχὰς παρθέμενοι, κακὸν ἀλλοδαποῖσι φέροντες.

ubi Scholiaſtes: οὐκ ἄδοξον ἦν παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ λῃστεύειν, ἀλλ' ἔνδοξον. HUDS. Add. Euſtath. in Odyſſ. γ', 1457. quem locum hic adſcripſerat clar. Waſſe: & Iuſtin. XLIII, 3, ibique Bern.

ead. l. 14. Τῶν καταπλεόντων) Poſt καταπλεόντων non temere poſita fuit interpunctio, ſed conſulto: cum illud πύστεις non aliud foret, quam ἐρωτήσεις, ideoque ineptum futurum ſit dicere, τὰς πύστεις ἐρωτῶντες. Quo igitur accuſativum hunc πύστεις tendere dicemus? nempe ad ſubauditam praepoſitionem κατά. Utitur enim hoc poëtico alioqui vocabulo & alibi, κατὰ πύστιν οἵ χωροίη. STEPH. In Codd. Mſſ. diſtinctio poſt παντα χοῦ, non καταπλεόντων, collocatur. HUDS. Πύστεις inter Thucydidis γλωττώδη ponit Suidas in περιωπή. ἐρώτησις etiam expl. Heſych. D. Halic. Ant. I, 81, εἰδέναι κατὰ ΠΥΣΤΙΝ τοῦ τρέφοντος. Sic Mſ. Vatic. v. eundem de Thucyd. § 29. Gloſſ. πύσμα percontatio. Eurip. Electra 690: ἦν μὲν ἔλθῃ ΠΥΣΤΙΣ εὐτυχὴς σέθεν, Ὀλολύζεται πᾶν δῶμα. a πεύσω πύστις, ἡ δι' ἀκοῆς μάθησις. Euſtath. ad Odyſſ. ά. WASS. Grammatici quidem diſcrimen ſtatuunt inter πυνθάνεσθαι & ἐρωτᾶν, item inter πύστιν & ἐρώτησιν, ita ut ex eorum ſententia non videatur dici poſſe πύστιν ἐρωτᾶν. Sed non credo, ſcriptores Graecos ſe ſemper illorum dictatis alligare. Certe Lucian. Pſeudom. p. 767 promiſcue πύστιν & ἐρώτησιν, πυνθάνεσθαι & ἐρωτᾶν dicit. Deinde, ſi iam πύστεις accipiamus pro ἐρωτήσεις, cur ineptius ſit dicere ἐρωτήσεις ἐρωτᾶν, quam πύστεις πυνθάνεσθαι, quod eſt ap. eund. l. d. & infinita alia huius generis in utriuſque linguae ſcriptoribus? Plane ellipſis illa Stephani & du-

Digitized by Google

ra, & obscura est. Locum hunc Thucydidis ante oculos habuit Philostrat. Vit. Apollon. II, 29.

Pag. 10. *l.* 1. Ὡς οὔτε — ὀνειδιζόντων) Demetrius Phalereus § 25, & legit οἷς τε. v. Sextum Pyrrh. Hypot. III, 24. WASS.

ead. l. 5. Τῷ παλαιῷ τρόπῳ νέμ.) Sc. κατὰ κώμας vel δήμους, *per vicos* aut *pagos*, (sic enim δῆμοι vertendum esse, non *populi*, ut Meursius aliique vertunt, dudum viri eruditi docuerunt.) Populus enim Atticus olim descriptus erat in pagos, quos ipsi δήμους vocant; eiusdem vero pagi homines δημόται appellabantur. Confer haec cum Annotatis ad pag. 9 lin. 9. HUDS.

ead. l. 6. Αἰτωλοὺς) Thucyd. lib. 3: Τὸ γὰρ ἔθνος μέγα μὲν εἶναι τῶν Αἰτωλῶν, καὶ μάχιμον, οἰκοῦν δὲ κατὰ κώμας ἀτειχίστους, καὶ ταύτας διὰ πολλοῦ, id est, *Gentem Aetolorum esse magnam & pugnacem, habitare autem per pagos sine muris, & longe ab invicem distantes.* HUDS. Aetoli olim praedones. Polybius IV, 377: Αἰτωλοὶ πάλαι μὲν δυσχερῶς ἔφερον τὴν εἰρήνην, καὶ τὰς ἀπὸ τῶν ἰδίων ὑπαρχόντων δαπάνας· ὡς ἂν εἰδισμένοι μὲν ΖΗΝ ΑΠΟ ΤΩΝ ΠΕΛΑΣ, δεόμενοι δὲ πολλῆς χορηγίας διὰ τὴν ἔμφυτον ἀλαζονείαν· ἢ δουλεύοντες ἀεὶ πλεονεκτικὸν καὶ θηριώδη ζῶσι βίον, οὐδὲν οἰκεῖον, πάντα δ' ἡγούμενοι πολέμια, ἐζήτουν ἀφορμὰς καὶ προφάσεις τῆς εἰς Πελοπόννησον ἐπιπλοκῆς· ἀγόμενοι ΚΑΤΑ ΤΟ ΠΑΛΑΙΟΝ ΕΘΟΣ ἐπὶ τὰς ἐκ ταύτης ἁρπαγάς. WASS.

ead. l. 7. Συνδιαφορεῖσθαι) Huc spectat Ammianus M. XXIII ult. v. Aristot. 2 Polit. 6. WASS. Adde Petit. Leg. Attic. p. 125 & 561.

ead. l. 14. Ἐν τοῖς πρῶτοι δὲ) Lectio prior margini adscripta magis mihi probatur, quae habet δὴ, retinendo τοῖς & πρῶτοι. Quod si alteram sequendo, scriberemus πρῶτοις, tum liberum esset, utram particulam vellemus in contextum recipere, vel δὲ, vel δή. Nam & apud alios nonnunquam δὲ pro δὴ positum observatur. Sed haec posterior lectio mihi suspecta est παραδιορθώσεως. Quod autem Scholiastes, legens, ut habes in contextu, dicit esse ὑπερβιβασμὸν particulae δὲ, (intelligens dictum esse ἐν τοῖς πρῶτοι δὲ, pro ἐν τοῖς δὲ πρῶτοι, vel ἐν τοῖσδε) illi nequaquam hac in re subscripserim, quod exemplum non afferat, & vix afferri posse existimem: at vero exemplum huius articuli τοῖς positi eodem plane modo

Digitized by Google

pro τούτοις, in promtu sit infra, διότι ἐν τοῖς πρώτη ἐγένετο. & alibi, ἐν τοῖς πλείσταις δὴ νῆες. Nec vero hic articulorum usus nobis mirus videri debet, cum sciamus, veterem Atticismum in multis cum lingua Ionica affinitatem habere, quae saepe τοῖς dicit pro τούτοις. STEPH. Plura hac de re vide in Append. ad script. al. de Dial. Att. p. 183. HUDS.

Pag. 11. *l.* 4. Χιτῶνάς τε λινοῦς) Inter alia argumenta, quibus nonnulli probant, Athenienses esse Aegyptiorum colonos, hoc unum, quod vestes lineas more Aegyptiorum gestare solebant. Vide Marshami Chron. p. 108, & Meursii Fortunam Attic. l. 1, cap. 2. HUDS.

ibid. Καὶ χρυσῶν τεττίγων &c.) Mos erat Athenienſium (scil. antequam respublica eorum a Solone corrigeretur) capillos in coni speciem formare, & colligere in vertice: quam crinium metam τεττίγων ἕνεσις comprehendebant, ut se αὐτόχθονας, aut (ut volunt alii) μουσικοὺς hoc argumento indicarent. Hic capillorum congestus mulieribus Romanis (nam & illae crines ad verticem convolutos gestabant) vocabatur *Tutulus*, ut auctor est M. Varro. Vide Aeliani var. Hist. l. 4, cap. 22, & Kuhnii notas; Brodaeum in Epigramm. l. 6, pag. 573; Iunium de Coma; Nic. Loënsis Miscell. & Meursium de Fort. Att. l. 1, c. 1. Cum Stephano mallem ἐνέρσει: atque ita apud Suidam in voce τεττιγοφόροι, qui non distinguit post τεττίγων. HUDS. Locum tangit Eustath. 395. d. & rationem cultus de Ino addit, quasi ex nostro. WASS.

ead. l. 5. Ἔν ἔρσει) Quin vera lectio sit ἐνέρσει persuadere mihi non possum: & apud quempiam locum hunc citantem eam me videre memini. STEPH.

ibid. Κρωβύλον) εἶδός τι ἐμπλοκῆς, Harpocrat. unde Etymologus v. κρώβυλος. Κορδύλην vocant Cyprii, Persae Κίδαριν. Idem. v. ἐγκεκορδυλημένος. Vide Anthol. VI, 22, Xenoph. Cyr. V, 352, & Lucian. Lexiph. Pollucem II, 30. Κρ. Cinnus Glossae. usus est D. Halic. Etiam in V. H. Aelianus. Suidas in κρώβυλος, κρωβύλους ἀναδούμενοι, & ἐνέρσει ποικίλων κρωβύλων. Hinc emendes licet. & ἐνέρσει, in τεττιγοφόροι. Hunc beatulorum cultum ridet haud ineleganter Strato in Epig. inedito, quod cum lectore communicabo:

Οὐ τέρπουσι κόμαι με, περισσότεροί τε κίκιννοι
Τέχνης, οὐ φύσεως ἔργα διδασκόμενοι.

Digitized by Google

Ἀλλὰ παλαιστρίτου παιδὸς ῥύπος ὁ ϕαφαρίτης,
Καὶ χροιὴ μελέων σαρκὶ μελαινομένη.
Ἡδὺς ἀκαλλώπιστος ἐμὸς πόθος, ᾧ δὲ γοῆτις
Μορφὴ ϑηλυτέρης ἔργον ἔχει Παφίης.

Οἱ πρεσβύτεροι — τριχῶν Schol. Hermogenis p. 393. Confer Antiphanem in Antaeo. Τριχῶν abundat etiam apud Eurip. Iphig. Aul. Μήτ' — πλόκαμον ἐκτέμῃς ΤΡΙΧΟΣ. Hinc etiam corrig. Etymologus V. ἀναίρειν. WASS. Ubi ex h. l. laudat ἀνέρσει. At in ἔνερσις, ἐνέρσει· nam non dubito, quin ibi ad h. l. respexerit. Et sic praeter Suidam & Varin. in ἔνερσις, etiam Clem. Alex. II Paedag. p. 199. Distinctionem maiorem, quam Hudsonus post τεττίγων posuerat, sustuli: nam ea non est in ed. secunda Stephani, quam se summa religione secutum profitetur, neque in Bas. neque in Vascos. Abest etiam a Suida & Schol. Aristoph. Nec dubito, quin per errorem irrepserit in edit. Porti. Etiam sententia ipsa postulat eam tolli, ut cuique, qui modo verba Graeca intelligit, liquet. Et apertum est ex iis, quae habet Clem. Alex. l. d. καὶ κρώβυλον, ὃ ἐμπλοκῆς ἐστιν εἶδος, ἀνεδοῦντο χρυσοῦν, (χρυσῶν recte emendavit Episcopus Oxon.) ἐνέρσει τεττίγων κοσμούμενοι, ubi mihi suspecta sunt illa, ὃ ἐμπλοκῆς ἐστιν εἶδος, tanquam a studioso quodam, qui verba Lexicographorum, nam apud eos haec leguntur, ad marginem transcripserit, profecta. Paulo ante οἱ πρεσβύτεροι τῶν εὐδαιμόνων sunt *grandes iam natu inter opulentos*, non, ut Schol. & interpretes Latini accipiunt. Ita Perizon. ad Aelian. IV Var. Hist. 22. Sed in re non multum interesse, utro modo vertas, nec facile quemquam τοὺς πρεσβυτέρους pro *hominibus tempore antiquioribus* accepturum, puto. Ceterum an ex Herodot. II, 36 sine controversia possit confici, hunc morem adhuc obtinuisse apud Athenienses, quo tempore historiam scribebat Herodotus, quod putat Salmas. in lib. de Coma p. 542, quaerant alii.

ead. l. 6. Καὶ Ἰώνων) Poll. VII, 71: λινοῦς χιτὼν, ὃν Ἀθηναῖοι ἐφόρουν ποδήρη, καὶ αὖθις Ἰώνες. add. Clem. Alex. l. d. & Excerpt. Peiresc. p. 234.

ead. l. 7. Σκευὴ) Lectioni, quae in margine est, nullum dari posse locum existimo. STEPH.

ead. l. 10. Ἰσοδίαιτοι) Vid. Spanhem. ad Iulian. Orat. I, p. 134. Quae mox sequuntur, ἐγυμνώθησάν τε πρῶτοι, illustrant Casaub. ad D. Hal. p. 475, & Perizon. ad

Digitized by Google

Aelian. III Var. Hist. 38. Ἀποδῦναι inter verba propria Gymnasiorum ex h. l. memorat Poll. III, 153.

ead. l. 12. Λίπα) Pro λιπαρὸν Suidas h. v. & λίπα ἀλείφονται ex Aeliano adducit. v. Hesych. λίπα, ὕφα, ἄλειφα οὐ κλίνοντες, inquit Etymologus in ἄλειφα. WASS. add. Eustath. ad Od. ξ', p. 1560.

ead. l. 13. Διαζώματα ἔχοντες &c.) Ex lege & more sacri agonis olim nudi decertarunt: sed, ita ut pudor & honos oculis servaretur, non sine subligaculo. cuius quidem meminit Homerus, & in alio insigni loco praeter istum a Scholiaste citatum, sc. Il. Ψ', ubi de Euryali cum Epeo pugilatus agone. Vide Fabri Agonisticon, l. 2, c. 2, 3, 4. HUDS. διαζώματα — ἠγωνίζοντο. Magister in ζῶμα. WASS. De Ὀλυμπιακὸς & Ὀλυμπικὸς leg. quae disputat Kuster ad Aristoph. Plut. 583. add. infr. V, 49.

ead. l. 14. Καὶ οὐ πολλὰ) Tempus, quo primum praecincti certare desierunt, diverse traditur. Nonnulli factum volunt Olympiade XXXII; ut Homeri Schol. Anonym. ad Il. Ψ'. Etymol. auctor in voce γυμνάσια. Alii Olympiade XIV factum memorant, ut Eustath. ad Hom. Il. Ψ'. Anonym. in Olympiadis istius anno primo. Si vero tam vetus institutum fuerit, quomodo Thucyd. qui annis circiter trecentis post haec scripsit, tradere potuit, non ita pridem morem istum desiisse? Omnino censeo negativam inducendam, scribendumque καὶ πολλὰ ἔτη. Meursius de Arch. Ath. l. 1, c. 6. HUDS.

Pag. 12. *l.* 2. Διεζωσμένοι) Suidas in σέσωσται legit διεζωμένοι, & σεσωμένος pro σεσωσμένος. vid. Vossium ad Catullum 321. WASS.

ead. l. 11. Ἀντισχοῦσαι) Hic contra lectionem margini adscriptam ἀντισχοῦσαν, in contextum recipiendam censeo, licet refragante Scholiaste. Opponuntur enim haec, πλωϊμωτέρων ὄντων, & διὰ τὴν λῃστείαν ἐπιπολὺ ἀντισχοῦσαν. *Olim*, inquit, *quia ἀντεῖχεν* ἡ λῃστεία, id est, *vigebant latrocinia, urbes remotius a mari condi solitae sunt: at postea ubi profligatis a Minoë praedonibus*, πλωϊμώτερα ἐγένετο (id est, *mare magis apertum navigationi fuit*; vel, *tutior navigatio fuit*) *ad ipsa litora condi coeptae.* At vero alterius scripturae absurditas refutatione opus habere non videtur: quae tamen a me admissa fuit in contextum, quod nollem eum a suis scholiis dissentire. Sed suspicatus sum postea, (quod etiamnum suspicor) fieri posse, ut ipse quo-

Digitized by Google

que Scholiastes ἀντισχοῦσαν & ἐναντιωθεῖσαν scriptum reliquerit. Nam & ipsa expositio, quae nullo modo convenire videtur, si ad πόλεις referatur, tolerabilis fuerit, meo quidem iudicio, ad λῃστείαν relata: ut videlicet intelligamus λῃστείαν μετὰ μάχης ἐναντιωθεῖσαν iis, qui urbes ad mare condere volebant. Nam quod modo exposui, ἀντεῖχεν ἡ λῃστεία, *vigebant latrocinia*, in eo vulgo receptam opinionem secutus sum de significatione verbi ἀντέχειν pro *vigere*, *durare*, *grassari*. Quam alioqui mihi valde suspectam reddunt cum aliorum scriptorum, tum vero huius ipsius aliquot loci, in quibus eo utitur: & vero ab illis potius adducor, ut credam, hic ἀντέχειν dici absolute, quod sermone vernaculo *tenir bon*, vel, *tenir fort*. STEPH.

ead. l. 13. Καὶ ἐν ταῖς) Etiamsi nonnullis in locis articulum omittat, ubi ab aliis ponitur, tamen hic ante ἐν non omisisse, sed scripsisse καὶ αἱ ἐν ταῖς, mihi persuadeo: ut vocula τε, quae est in αἵτε, illam καὶ sibi respondentem habeat. IDEM.

ibid. Ἔφερον) Suidas in φέρειν, ἔφερον ἀλλήλους οὐχ ἧττον. ubi sine auctoris nomine Schol. corrasit. Herodotus & noster Homerum habent, opinor, auctorem. Il. β, 301: ἔστε δὲ πάντες Μάρτυροι, οὓς μὴ κῆρες ἔβαν θανάτοιο φέρουσαι. Schol. ἀποφέρουσαι. Herodotus I, 88: ΦΕΡΟΥΣΙ τε καὶ ἄγουσι τὰ σά. vox est praedas abigentium. Homerus Il. ε, 483: ἀτὰρ οὔτι μοὶ ἐνθάδε τοῖον, Οἷόν κ' ἠὲ ΦΕΡΟΙΕΝ Ἀχαιοὶ, ἢ κεν ΑΓΟΙΕΝ. WASS.

Pag. 13. *l.* 2. Μέχρι τοῦδε ἔτι) Clar. abest ἔτι perperam. Non tantum coniungitur cum πρὸς, ut V. Cl. dudum observarunt, sed cum ὑπὸ, εἰς. Aristot. Anim. Hist. II, p. 39: μέχρις ὑπὸ μέσην τὴν γαστέρα. & alibi: μέχρις εἰς σαρκώδη. etiam μέχρις ἐπὶ τριετοῦς. vocula οὗ aeque superfluit apud Herodot. μ. οὗ τῶν διαλλαγῶν. LXX Iob. XXII, 5 (XX, 4) ἀπὸ τοῦ ΕΤΙ ἀφ' οὗ ἐτέθη; & IV, 20 μέχρι ἑσπέρας οὐκ ΕΤΙ εἰσίν. D. Hal. Antiq. IV, 2 formulam variat, μέχρι τότε διέμεινεν ἕως διανίστησεν αὐτὸν, καὶ ἠφανίσθη. At fortasse melius ibi Vat. μέχρι τούτου, quomodo inter alios Demosthenes. WASS.

ead. l. 3. Καὶ οὐχ ἧσσον) Priscian. XVIII, 1195: ἧττον, ἀντὶ τοῦ, καὶ μᾶλλον ἐλήστευον. vid. Diodorum I; & Tournefort. Itinerar. I, 154. IDEM.

ibid. Νησιῶται, Κᾶρές τε &c.) Cares olim fuisse insulanos, clare testatur Strabo lib. XII; illosque Phoenicibus

Digitized by Google

ſucceſſiſſe, tradit Conon iſtis verbis: Φοινίκων δ' ἐκπεσόντων, Κᾶρες ἔσχον. ὅτι καὶ τὰς ἄλλας νήσους περὶ τὸ Αἰγαῖον ᾤκησαν. Vide Meurſii Cretam & Rhodum. HUDS.

ead. l. 4. Τῶν νήσων ᾤκησαν) Melior fortaſſe ſcriptura hanc ᾤκισαν, quae ſignificet, *plurimas inſulas illos condidiſſe*: id eſt, *colonias in eas deduxiſſe*; vel, *urbes in illis condidiſſe*; aut, *incolis eas frequentaſſe*. STEPH.

ead. l. 5. Μαρτύριον) Ita alibi: ſupra παράδειγμα. Mela I, 11: *Regnaſſe eo ſigno accolae affirmant, quod* &c. WASS.

ibid. Καθαιρομένης) Legendum eſſe καθαιρομένης, non καθαιρουμένης, apparet ex ἐκάθηραν, & ἐκάθηρε, & ἐκαθάρθη, & κάθαρσιν, quae III, 104 habentur eadem de re, nimirum in huius hiſtoriae narratione. Niſi forte aliquis καθαιρεῖσθαι, praeter uſitatam ſignificationem, etiam pro καθαίρεσθαι poni exiſtimet: quod nemo mihi perſuaſerit. STEPH. Hanc veram eſſe lectionem, non καθαιρουμένης, apparet ex ἐκάθηραν & ἐκάθηρε, quae habentur III, 104. HUDS. De Delo vide Platonem Phaed. p. 44. d. WASS.

ead. l. 7. Ὑπὲρ Ὕμισυ Κᾶρες ἐφάνησαν) Quintilianus VIII Inſtit. Orator. 4 e Thucydide laudat, ἐν ἑρύμασι Κᾶρες ἐφάνησαν. Satis certum eſt, eum hunc locum ante oculos habuiſſe: neque enim uſquam alibi haec duo, Κᾶρες ἐφάνησαν, in Thucydide leguntur. Hartungus a clar. Burmanno ad Quintilianum indicatus in Decur. prim. locor. Memorabil. pag. 631, Tom. II Lampad. Crit. ſcribit, ſe lectoris iudicio relinquere, utra lectio ſit potior. Mihi non dubitandum videtur, quin praeferenda ſit lectio omnium exemplarium Thucydidis. Ἐν ἑρύμασι hic nullum ſenſum habet.

ead. l. 9. Ξυντεθαμμένη) Magis placet ξυντεθαμμένη. Eſtque obſervandum, dici γνωσθέντες τῇ σκευῇ ξυντεθαμμένη, pro eo, quod uſitatius dicitur, γνωσθέντες ἐκ τῆς ξυντεθαμμένης σκευῆς. At vero γνωσθέντες ξυντεθαμμένοι multo etiam inuſitatius eſſet pro γνωσθέντες ἐκ τοῦ ξυνταφῆναι, vel ἐκ τοῦ ξυντεθαμμένοι εἶναι. STEPH.

ead. l. 10. Καταστάντος δὲ τοῦ Μίνω) De maritimo imperio Minois vide Schefferum de mil. navali l. 2, c. 1, p. 56; & Annott. ad p. 8, lin. 8. HUDS. Πλωϊμώτερα pro πλωϊμώτερον, ſing. pro plur. Steph. ad D. Hal. c. XVI.

Pag. 14. *l.* 1. Καὶ τείχη &c.) Τείχη περιεβάλλοντο, ſc. ταῖς πόλεσιν, id eſt, τὰς πόλεις τείχεσιν ἐκύκλουν. Sic Ci-

Digitized by Google

:ero Tusc. l. 5: *Cum fossam latam cubiculari lecto circumdedisset.* Ae. Port. HUDS.

ead. l. 6. Ὑστέρῳ) Si ὕστερον χρόνῳ legas, multos lectioni huic fidem facientes locos invenies. STEPH.

ead. l. 7. Ἀγαμέμνων — προὔχων. Hermogenes. WASS.

ead. l. 8. Τυνδάρεω ὅρκοις) Helenae tam excellens forma erat, ut accensi ea plurimi coniugem sibi postularent. Itaque Tyndarus cum metueret, ne in se insurgerent illi, quibus Helenam denegaret, consilio Ulyssis usus omnes iuramento obstringit, se iniuriam, si quis cuperet inferre ei, quem eligeret generum, iunctis viribus propulsuros. Hanc historiam tradunt Plutarchus in Theseo; Apollodorus lib. 3; Pausanias in Laconicis, & Scholiastes Sophoclis ad verba Teucri in Aiace Magistophoro. HUDS. Locus Sophoclis est Aiac. p. 63 ed. Steph. Annotavit eum Palmer. in Exercitat. ad Thucyd. p. 43.

ead. l. 12. Πλήθει χρημάτων) Aliter Plutarchus in Theseo. *Pelops*, inquit, *non pecuniarum magis vi, quam liberorum, plurimum inter alios Peloponnesios polluit reges, quod multas filias summis viris collocasset* &c. Acacius. HUDS.

ead. l. 13. Εἰς ἀνθρώπους) Lege ἐς cum Mss. antea εἰς. WASSE.

ead. l. 14. Ἐπηλύτην) Videri cuipiam possit deesse καίπερ ante ἐπηλύτην, ut legatur, καίπερ ἐπηλύτην ὄντα ὅμως σχεῖν. Sed ita & alibi invenies apud hunc scriptorem ὅμως, non praecedente καίπερ, vel καίτοι. STEPH.

ibid. Ὅμως σχεῖν) Quomodo dici potest cognomen regionis obtinuisse, cum de nomine eius regio appellata sit Peloponnesus? Consentaneum certe rationi fuisse videtur, ut δεδωκέναι potius, quam σχεῖν diceret. Ego igitur perinde esse puto, ac si dixisset, *Obtinuisse honorem hunc, ut regio cognomen ab eo acciperet;* vel, *Potestatem accepisse regionem de suo nomine Peloponnesum vocandi.* IDEM.

Pag. 15. *l.* 1. Ξυνευεχθῆναι) Schol. Camer. exponit per εὐτυχηθῆναι. WASS. Etiam Reg. & Cass. habent Scholion, ἀντὶ εὐτυχηθῆναι, ἢ συναχθῆναι.

ibid. Εὐρυσθέως — παραλαβεῖν) D. Halic. pag. 136. in quibus inquit σκολιὰ, καὶ πολύπλοκος, καὶ δυσεξέλικτος ἡ τῶν ἐνθυμημάτων κατασκευὴ γίνεται. WASS.

ead. l. 14. Τὴν στρατιὰν) Cum verbo ποιήσασθαι non immerito fortasse quispiam στρατείαν malit: sed si ad eundem accus. & hunc infinitivum & participium ξυναγα-

Digitized by Google

γὼν referre oportet, cogimur ſcripturam noſtram retinere. STEPH.

ead. l. 15. Πλείσταις) De lectione, quae eſt in contextu, dubitari non poteſt, cum ſatis nota ſit ellipſis praepoſitionis σὺν cum huiuſmodi Dativis: at πλεῖστος, quod margini adſcriptum eſt, ab hoc loco plane alienum iudico. IDEM. In Camer. adſcripta erat interpretatio, dictum hoc eſſe, quemadmodum illud, πλεῖστος τῇ δυνάμει.

Pag. 16. *l.* 6. Εἵποιν) In lectione margini adſcripta redundat vocula ὧν. STEPH. Verſus Homeri eſt Il. β', 108.

ead. l. 9. Μυκῆναι) Huc reſpexit Scholiaſtes Hermogenis p. 62. WASS.

Pag. 17. *l.* 5. Πόλεως) Ne hunc quidem locum articulo carere poſſe exiſtimo: articulo τῆς, inquam, ante genitivum πόλεως. Cur autem id dicam, vel ipſa interpretatio Latina ſatis oſtendet. STEPH.

ead. l. 6. Πολυτελέσι) Exſcripſit Schol. Suidas in πολυτελές. WASS.

ead. l. 8. Ἀθηναίων) Ita Mſſ. ſemper, nunquam Ἀθεναίων, ut numi veteres. IDEM. Et Inſcriptiones. vid. Spanhem. de Praeſtant. & Uſu Numiſm. Diſſertat. II, p. 89, 92. Salmaſ. ad Inſcript. Herod. Att. p. 68 ſeqq. Montfaucon. Palaeogr. Graec. p. 127 & ſeqq.

Pag. 18. *l.* 3. Κοσμῆσαι) Cod. Gr. κοσμήσειν ad ſupplendum hiatum. male. WASS.

ead. l. 4. Χιλίων καὶ διακοσίων) Scholiaſt. hic ex Homero, ut ait, MCLXVI numerat. Euſtathius ad Il. β', 358, ex Catalogo Homeri MCLXXXVI. Varie proditus eſt numerus. Vid. Cerd. ad Virg. II Aen. 198, & Meziriac. ad Ovid. Epiſt. Hermion. p. 319. De Boeotorum navibus eſt apud Poëtam in Catalogo v. 16, & de Philoctetae ibid. v. 226.

ead. l. 8. Αὐτερέται) Secundum vulgatas Pollucis editiones legendum eſſet ἀντερέται, non ſine manifeſto errore. Nam αὐτερέτης dicitur, quaſi qui ſit αὐτὸς ἑαυτῷ ἐρέτης. Muſaeus autem (non ille antiquus poëta, ut vulgo creditur, ſed alius multis ſeculis poſterior) in ſuo poëmatio pro αὐτερέτης ὢν dixit αὐτὸς ἐὼν ἐρέτης, in hoc verſu, Αὐτὸς ἐὼν ἐρέτης, αὐτόστολος, αὐτόματος νηῦς. STEPH. Pollux l. 1, c. 11: Αὐτερέτας (ita enim legend. ex Cod. Palatino) Θουκυδίδης ὠνόμασε τοὺς καὶ ἐρέττοντας καὶ ἀπομαχομένους· περίνεως δὲ καλεῖ τοὺς ἄλλους ἐπιβάτας. HUDS.

Digitized by Google

Αὐτερέται, non ἀντερέται, Hesych. Pollux, Heliodorus, Eustath. Wass. Vid. interpretes Pollucis I, 95. Αὐτερέται sunt μάχιμοι, non ἐρέται, Iungerm. ibid. 120.

ead. l. 9. Τοξόται) Homer. Il. β', v. 227: Τόξων εὖ εἰδότες ἶφι μάχεσθαι.

ead. l. 10. Περίνεως) Suidas h. v. Wass. & in Πρωτόνεως.

ead. l. 11. Ἔξω τῶν βασιλέων) Id est, χωρὶς, Thom. Magist. in ἔξω. Scholiastes Thucydidis III, 61 & V, 26 exponit ἄνευ.

ead. l. 14. Πλοῖα κατάφρακτα) Vide Bayfium & Schefferum de Re navali, & Vossium de triremium & liburnicarum constructione. Huds.

Pag. 19. *l.* 1. Τὸ μέσον) Hunc locum ob oculos habuit Eustath. p. 260 a. Wass. & p. 329.

ead. l. 4. Αἴτιον) Hermogenes cap. 13 περὶ μεθόδου δεινότητος· αἴτιον ἦν οὐχ ἡ ὀλιγανθρωπία, ὅσον ἡ ἀχρηματία. Non est infrequens in talibus concisum genus loquendi. supr. cap. 9: τῶν τότε δυνάμει προὔχων, καὶ οὐ τοσοῦτον τοῖς Τυνδάρεω ὅρκοις — & cap. 138: γίγνεται παρ' αὐτῷ μέγας, καὶ ὅσος οὐδεὶς πω Ἑλλήνων. Nec desunt exempla aliorum scriptorum. Eodem modo καίπερ, vel καίτοι ante ὅμως saepe deesse observat Stephanus, cap. 9. Sed omnes Mss. & edd. tuentur vulgatum.

ead. l. 7. Βιοτεύειν) τὸ ζῆν Thucydidi, inquit Hesych. Wass.

ibid. Ἐκράτησαν) Post ἐκράτησαν ponendam censeo τελείαν στιγμὴν, post δῆλον δὲ, dumtaxat ὑποστιγμήν. Neque enim ἔπειδὴ δὲ pro ἐπειδὴ δὴ accipiendum puto, sed (quod valde mirum videri possit) pro ἔπειτα δέ. Quod quamvis in hac significatione acceptum, huic loco optime conveniat, nunquam tamen ausus fuissem annotare, nisi alii eiusdem scriptoris hunc illius particulae usum (de quo alioqui levis tantum mihi erat primo suspicio) comprobassent, qui tamen loci nunc mihi in promtu non sunt: sed unum aut duos ex illis in hoc ipso esse libro recordor. Fortasse quidem dixerit aliquis, ἀφικόμενοι potius pro ἀφίκοντο esse accipiendum, quam ἐπειδὴ pro ἔπειτα: cui & ego non aegre assentirer, si in aliis omnibus, quos observavi, locis itidem participium sequeretur. Sic autem δῆλον & alibi usurpat, sequente γάρ. Alicubi etiam τεκμήριον δὲ, vel μαρτύριον δὲ, eodem sensu: cum adiicitur argumentum, quo probetur, quod dictum est. Steph. Nos, doctissimum

Io. Dav. Heilmanum, interpretem Thucydidis Germ. secuti, hunc locum ita distinguimus: Ἐπειδὴ δὲ ἀφικόμενοι μάχῃ ἐκράτησαν· (δῆλον δέ· τὸ γὰρ ἔρυμα τῷ στρατοπέδῳ οὐκ ἂν ἐτειχίσαντο) φαίνονται δ' οὐδ' ἐνταῦθα πάσῃ τῇ δυνάμει χρησάμενοι &c.

ead. l. 12. Ἀντεῖχον) Cum Dativus βίᾳ iungatur verbo ἀντεῖχον, delenda quae post ipsum interpunctio est. STEPH.

Pag. 20. *l.* 1. Διέφερον) Gr. διεφέροντο. Suidas cum edd. Hesych. nescio an huc spectans, διεφέροντο, διεμάχοντο. WASS.

ead. l. 3. Μέρει τῷ) Non τῷ, sed τῳ absque accentu, scripsisse Scholiastem credibile est, aut potius credendum est, cum dicat συνεγκλίνουσι, & exponat τινί. Neque tamen lectionem hanc affert, tanquam quae sibi, sed ut quae aliis quibusdam placeat. Verum illis, qui huic loquendi generi assueti fuerint, lectio nostra magis placebit. STEPH. Scholiasten scripsisse ἀλλὰ μέρει τῳ, apertum est. Et sic Basil. Post eam aliae μέρει τῷ, contra sententiam Scholiastae.

ead. l. 7. Ὀνομαστότατα) Magis convenire crediderim ὀνομαστότερα, ut legisse Valla videtur. STEPH.

ead. l. 11. Μετῳκίζετο) Rectius μετῳκίζετο, ut μετοικίας supra dixit. IDEM. Κατῳκίζετο, quod in quibusdam Mss. est, non placet. WASS.

ead. l. 14. Ἐπιπολὺ) Ms. Clar. ἐπιτοπολύ. *Plerumque, magna ex parte.* Utrumque agnoscit Pollux. Noster fere alias ἐπιπολὺ, sed & ἐπίπλειστον & ἐπιτοπλεῖστον. IDEM.

Pag. 21. *l.* 2. Ἐξ Ἄργους) Vide Stephan. Byzant. h. v. & ibi interpretes.

ead. l. 3. Καδμηΐδα) Καδμηϊάδα, quod est in Cass. nusquam alibi inveni, & errori scribentis tribuendum puto. Stephanus in Βοιωτία, ἐκαλεῖτο δὲ — καὶ Καδμηΐς, ὡς Θουκυδίδης. Eustath. in Il. δ', 487: παράγονται δὲ Καδμεῖοι μὲν ἀπὸ τῆς Καδμηΐδος γῆς.

ead. l. 7. Μόγις) Clar. μόλις. Tho. Magistro interprete, ἀντὶ τοῦ μετὰ βίας. μόλις ἀντὶ τοῦ βραδέως. Illud Ionum, hoc vero Atticorum, Corinthus & Helladius apud Photium dicunt esse. Verum μόλις apud nostrum, Isocr. Xenoph. Platon. Sophoc. Aeschyl. Herodot. Ceterum Ecclesiastic. XXI, 20 pro μόλις Clemens Alex. μόγις. ubi etiam pro τοῦ νότου eleganter Alexandrinus τῶν νότων. Home-

Digitized by Google

rus, δράκων ἐπὶ νῶτα δαφοινός. Virgil. *Terga dabo.* Terent. *Cervices.* Gloſſae utrumque *vix*, & *vix tandem* reddunt. Qui plura cupis de voce μόλις, adeas Schol. Nicandri p. 17; Schol. Sophoclis p. 226 ed. Steph. 1568; Schol. Theocriti ad Idyl. ιε', 4; Schol. Aeſchyli Steph. pag. 8, & 302. De μόγις Schol. Oppiani ad α', 550. Verum Grammaticis οἰμώζειν λέγω. WASS.

ead. l. 8. Καὶ οὐκέτι ἀνισταμένη) Ut hic poſt ἡσυχάσασα βεβαίως, ſubiungit καὶ οὐκέτι ἀνισταμένη: ſic poſtquam initio huius prooemii (id eſt, non procul ab eius principio) dixit de Graecia, οὐ πάλαι βεβαίως οἰκουμένη, ſubiungit, ἀλλὰ μεταναστάσεις τε οὖσαι ταπρότερα. STEPH.

ead. l. 9. Καὶ Ἴωνας) Eam Aſiae partem, quae Ionia appellatur, coloniam Athenienſium factam eſſe, docent etiam Herodotus, aliique, quos affert Meurſius de Fort. Ath. c. 6. HUDS.

Pag. 22. *l.* 4. Ἐπὶ ῥητοῖς γέρασι) Hoc exponunt Steph. ad Schol. Spanhem. ad Iulian. Orat. I, p. 128, & Bos Obſerv. Critic. c. 3; ubi in Schol. Ariſtoph. ad Acharn. v. 61 pro ἐπὶ ῥητοῖς λαβὼν πέρασι, recte emendat γέρασι. Sed hoc praeceperat Kuſter. ad Suid. in βασιλεύς· quamquam nonnihil de hac emendatione dubitans, quae, mea ſententia, certa eſt.

ead. l. 7. Μεταχειρίσαι) Suidas in h. v. Schol. ſcrinia compilavit. WASS. H. Steph. reprehendit Scholiaſtae interpretationem huius verbi. Sed Salmaſ. de Mod. Uſur. p. 327 putat μεταχειρίζειν etiam habere ſignificationem mutandi. Et Obſervat. ad Ius Attic. & Rom. p. 692 ſcribit, antea ſolis quinqueremibus uſos fuiſſe Graeciae populos, eamque rationem mutaſſe Corinthios inſtitutis triremibus pro quinqueremibus, ut hic Schol.

ibid. Καὶ τριήρεις) Vide Scaligeri Animadverſiones ad Euſebii Chron. p. 61. HUDS.

ead. l. 9. Ἀμεινοκλῆς) Ita Mſſ. & Themiſtius Orat. XXVI. Amenoclem vocat Plin. N. H. VII, 56. Confer Herodot. I, 163. WASS. Plinius auctore, ut ait, Thucydide ſcribit, Aminoclem primum triremem inſtituiſſe. Verum Thucydides a Corinthiis quidem triremes primum inventas eſſe dicit, ſed Aminoclem earum inventorem non facit. Salmaſ. ad Ius Attic. & Rom. p. 693; ubi & alia vid. huc pertinentia.

ead. l. 12. Παλαιοτάτη) Quidam Mſſ. & edd. παλαι-

Digitized by Google

τάτη. quomodo ſemper D. Halicarn. παλαιότερα Ariſtot. Hiſt. An. IV, 1, & Categ. p. 53. & παλαιογενὴς Ariſtoph. Νεφ. 357. ita leg. ex Vat. Noſter p. 28 ex Marg. παλαιοτάτου. WASS.

ead. l. 13. Καὶ ταύτη) om. quidam Mſſ. male. IDEM.

Pag. 23. *l.* 6. Ποιηταῖς) Homerum intelligit, qui Il. β, 570:

Οἱ δὲ Μυκήνας εἶχον εὐκτίμενον πτολίεθρον,
Ἀφνειόν τε Κόρινθον.

WASS. Vide ibi Euſtath. & Caſaub. ad Dion. Chryſ. Corinthiac. p. 464.

ead. l. 8. Τὸ ληστικὸν) Si verum eſt, quod a Scholiaſte ſcribitur ad cap. 4, ληστικὸν quidem eſſe τὸ σύστημα, videlicet τοὺς λῃστὰς, at vero λῃστρικὸν dici τὸ κτῆμα, lectioni margini adſcriptae altera anteponenda eſt. Sic vero & cap. 10 ληστικώτερον παρεσκευασμένα legimus: verum λῃστρικῶς viciſſim habemus apud Dion. Halicarn. ubi ſcribit λῃστρικῶς διασκευασάμενος; itidemque apud hunc enarratorem ad cap. 37 videmus τὸ λῃστρικῶς opponi τῷ φιλικῶς. STEPH.

ead. l. 9. Ἀμφότεροι) Ἀμφότερα pro κατ' ἀμφότερα apud Thucydid. accipiendum eſſe docet Suidas in voce. Verum utrum ἀμφότεροι pro ἀμφοτέρωθεν ſumi poſſit, (ut cenſet Ae. Port.) pronuntiare non auſim. HUDS. Ἀμφότερα quidam Mſſ. hoc eſt, *utrinque*, eleganter, *hinc*, *illuc*. Il. IV, 145:

Πολέες τέ μιν ἠρήσαντο Ἵππῆες φορέειν, βασιλῆϊ δὲ κεῖται ἄγαλμα,
ΑΜΦΟΤΕΡΟΝ, κόσμος δ' ἵππῳ, ἐλατῆρί τε κῦδος.

Locum hunc reſpexit Euſtath. in Il. β, p. 290. WASS.

Pag. 24. *l.* 2. Ἑλὼν) Cl. ἀνελὼν, forte pro ἂν ἑλών. WASS. Niſi potius in libris, qui ἀνελὼν habent, ultima ſyllaba vocis praecedentis temere repetita eſt. Infr. III, 104 de eadem re Ῥήνειαν ἑλών. Ῥήνειαν hic habent ſcripti & editi. Et ſic Pauſan. Meſſen. c. ult. Sed varie ſcribitur, Ῥήνεια, Ῥήναια, Ῥηναία & Ῥηνία. vid. Holſten. ad Steph. in Ῥήνη, & Cellar. II Geogr. 14. In Homeri hymn. Apoll. v. 44 vulgo eſt Ῥηναία, quod ibi Barneſ. edidit Ῥηναῖα: non ſcio quam bene.

ibid. Ἀνέθηκε τῷ Ἀπόλλ.) Vide Thucyd. lib. 3, c. 104. HUDS.

ead. l. 3. Φωκαιεῖς) De lectione Marg. Φωκαιεῖς vid. quae-

Digitized by Google

dam in Annot. Stephani ad Scholiast. Φωκαεῖς hic habent omnes alii scripti & editi. Nec tamen minus rectum est Φωκαεισῖς, quemadmodum a Νίκαια, Νικαεὺς & Νικατεύς. v. Spanhem. Dissert. IV de Praestant. & Usu Numism. § ult. & ad Callimach. in Add. p. 755; ubi eosdem Asiaticos ab Herodoto aliisque veteribus etiam Φωκεῖς dictos scribit. De eo si nulla controversia est, a Φωκεὺς aeque recte fit Latinum *Phocensis*, ac pleraque alia gentilia Graeca in εὺς apud Latinos in *ensis* exeunt. Hoc tamen negant viri magni, Scalig. ad Euseb. Chron. p. 81; Salmas. ad Solin. p. 66; aliique ad Iustin. XXXVII, 1, & XLIII, 3. Vellem illustris Spanhemius indicasset loca veterum, ubi Asiatici Φωκεῖς dicantur. Nam in Herodoto compluribus locis est Φωκαιέες. vid. lib. I, c. 152, 163 & seqq. In Eustathio autem ad Dionys. perieg. v. 70 variat scriptura, de quo ibi Hudf. & hic Steph. ad Schol.

ibid. Καρχηδονίους ἐνίκων) Hac de re Herodot. lib. 1. HUDS. c. 166, & Iustin. XLIII, 5.

ead. l. 8. Πλοίοις μακροῖς) Salmas. Observ. ad Ius Attic. & Rom. p. 725 legit μικροῖς. Aliter exponit Scheffer. II de Re naval. 2, p. 85. ex cuius sententia locus non indiget emendatione.

ead. l. 12. Κερκυραίοις) Si Κερκυραίαν scribere quis malit, non male fortasse arbitretur dictum a Thucydide forma eadem, qua Κορινθίαν, Ἀργείαν, aliaque multa dicit, subaudiens χώραν, vel γῆν. STEPH.

Pag. 25. *l.* 2. Θεμιστοκλῆς ἔστεισεν) Vid. Plutarch. in vita Themistoclis. HUDS.

ead. l. 6. Καταστρώματα) Vid. H. Voss. de Construct. trirem. p. 722, Tom. XII Antiq. Rom. Graev.

ead. l. 8. Γιγνόμενα) Sic reposui ex Clar. pro γενόμενα. WASS.

ead. l. 12. Μὴ διαρκῆ) Particulam μὴ habet editio Florentina, sicut & veteres Codices: in aliis autem edit. non exstat. Valla quidem certe agnoscit & ipse hanc negationem in sua interpretatione; quippe qui ita vertat: *Et ii praecipue, qui regionem non omnia suppeditantem habebant.* Ubi fortasse rectius dixisset, *Non omnia ad victum necessaria suppeditantem.* Est enim hic alioqui generalior, quam par sit, vox *omnia:* nisi quis διαρκῆ malit ita brevius & eius etymo propius exponere, *sufficientem victui*, vel, *ad victum.* Aut, ut loquitur Livius, *sufficientem alimentis.* Est autem

Digitized by Google

valde rationi consentaneum, quod hic scribitur: cum quo pulchre convenit, quod ab Appiano ἐν ἰβηρικῇ, pag. 191 meae editionis, legitur, his verbis: Καὶ ὑπεκρίνατο αὐτοῖς καὶ συνάχθεσθαι, ὡς δι' ἀπορίαν λῃστεύουσί τε καὶ πολεμοῦσι καὶ παρεσπονδήκασι. Τὸ γὰρ λυπρόγεων, ἔφη, καὶ πενιχρὸν ὑμᾶς εἰς ταῦτα ἀναγκάζει. δώσω δ' ἐγὼ πενομένοις φίλοις γῆν ἀγαθὴν, καὶ ἐν ἀφθόνοις συνοικιῶ. Sunt tamen, qui particulam non addendam, sed potius ὅσαι pro ὅσοι reponendum censeant: ut dicat Thucydides, *illos, qui rei navali operam dabant*, vel, *ad rem navalem animum adiecerant, eas potissimum insulas solitos esse subigere, quae haberent* χώραν διαρκῆ, id est, *agrum uberem*, vel *feracem*. Qui sensus rationi est & ipse consentaneus: sed praeterquam, quod nullius exemplaris auctoritate nititur haec lectio, non dubito, quin hic scriptor, agrum uberem significare volens, alio usurus fuerit vocabulo, & χώραν εὔγεων, aut εὔφορον potius dicturus in hac significatione, quam διαρκῆ. STEPH.

ead. l. 14. Ὅσοι καὶ ἐγένοντο) Cum videri possint πλεονάζειν haec verba, ὅσοι καὶ ἐγένοντο, (satis enim erat dicere, πάντες δὲ ἦσαν πρὸς τοὺς ὁμόρους τοὺς σφ. ἑκάστοις) multo certe iustius pleonasmum seu perissologiam esse diceremus in lectione margini adscripta, si quidem haec, ἦσαν καὶ ἐγένοντο, tanquam per synonymiam posita, ferri eodem censeremus: sed non dubito, quin potius ita interpungendus sit hic locus, πάντες δὲ ὅσοι ἦσαν, καὶ ἐγένοντο πρὸς ὁμόρους τοὺς σφ. ἑκάστοις. Verum quid hic particula καὶ agere dicetur? eam certe abesse satius fuerit. quamvis enim multis otiosam in locis esse videamus, (quod παρέλκειν vocant) non tamen in huiusmodi. Illa autem expuncta legeretur, πάντες δὲ ὅσοι ἦσαν, ἐγένοντο πρὸς ὁμ. τοὺς σφ. ἑκάστοις. cum tamen dici itidem possit, satis fuisse ita loqui, πάντες δὲ ἐγένοντο πρὸς ὁμ. &c. Atque, ut verum fatear, alteram lectionem potius Thucydideam esse crediderim. Ceterum horum verborum, πρὸς ὁμόρους τοὺς φφ. ἑκάστοις, itidemque istorum, pag. 27, εἰ μὴ ἔστι πρὸς περιοίκους τοὺς αὐτῶν ἑκάστοις, meminisse te oportebit, ubi tibi istud loquendi genus occurret, κατὰ τὸ ὅμορον, de bellis videlicet, quae certis de causis inter τοὺς ὁμόρους esse consueverunt. IDEM.

Pag. 26. *l.* 4. Κοινὰς στρατείας) Suidas in ἀπὸ τῆς ἴσης cum edd. WASS. Suidas Kusteri ibi habet στρατείας, vett.

Digitized by Google

edd. στρατιὰς, pro quo tamen Portus quoque malebat στρατείας.

cap. l. 9. Κωλύματα μὴ αὐξηθῆναι, καὶ) Scholiastes eam sequitur interpunctionem, quam habes hic, πραγμάτων intelligens τῶν Περσικῶν: at Valla non distinguit post Ἴωσι, utpote ad Ionum res id referens, quod Schol. ad res Persarum refert. Ego, quamvis Scholiastem secutus sim, Vallae tamen interpunctionem multo magis mihi placere, & melius cum praecedentibus videri cohaerere fateor. Perinde ac si ita dixisset Thucydides, ἐπεγίγνετο δὲ καὶ ἄλλοις μὲν ἀλλοδι κωλύματα τοῦ μὴ αὐξηθῆναι, οὐχ ἥκιστα δὲ τοῖς Ἴωσιν, οἷς ἤδη ἐπὶ μέγα αὐξηθεῖσι Κῦρος ἐπεστράτευσε. Vel, οἷς μεγάλην ἤδη αὔξησιν εἰληφότων τῶν πραγμάτων. Sic autem hic accipit πράγματα Thucydides, ut cum dicit, ὅτι ἐν ταῖς ναυσὶ, τῶν Ἑλλήνων τὰ πράγματα ἐγένετο. Possit tamen etiam servata hypodiastole post Ἴωσι, servari hic sensus: ut dicamus, Ἴωσι Κῦρος ἐπεστράτευσε, προχωρησάντων (αὐτοῖς) ἐπὶ μέγα &c. Alioqui expuncta inde hypostigme dicendum erit, Ἴωσι προχωρησάντων τῶν πραγμάτων, Κῦρος (αὐτοῖς) ἐπεστράτευσε. Sed operae pretium est considerare, quam variis modis depravatus fuerit in vulg. editt. hic locus, ut qui in eas incidet, non decipiatur. In Ald. & Florentina legitur, κωλύματα τοῦ μὴ αὐξηθῆναι, καὶ Ἴωσι. προχωρησάντων ἐπὶ μέγα τῶν πραγμάτων Κῦρος &c. posita videlicet stigme post Ἴωσι. In Germanica vero habetur, κωλύματα τοῦ μὴ αὐξηθῆναι, καὶ Ἴωσι, προχωρησάντων ἐπὶ μέγα τῶν πραγμάτων Κῦρος &c. collocata ante Κῦρος stigme. At in Parisiensi quadam hae duae voces καὶ Ἴωσι traiectae sunt. ita enim in ea legitur, κωλύματα τοῦ μὴ αὐξηθῆναι, προχωρησάντων ἐπὶ μέγα τῶν πραγμάτων, καὶ Ἴωσι Κῦρος καὶ ἡ Περσ. &c. Annotatam praeterea invenio ex quodam vet. cod. hanc lectionem, καὶ Ἴωσι, προχωρησάντων ἐπὶ μέγα τῶν πραγμάτων. Κῦρος γὰρ καὶ ἡ Περσ. &c. Sed suspecta mihi est eius hoc in loco fides. Ac de his quidem satis. Quod autem attinet ad articulum τοῦ, qui in aliis editionibus post κωλύματα positus est, eum partim ex aliquot veterum codicum, partim ex Scholiastae auctoritate praetermisimus: qui deesse illum dicit, intelligens nimirum esse subaudiendum. Quod mihi fit verisimile, quia & alibi Thucydides eandem dat verbalibus constructionem, quam & ipsis verbis. ut igitur diceretur ἐκώλυσε μὴ αὐξηθῆναι, ita

dixit κωλύματα μὴ αὐξηθῆναι. Sed & de hoc obiter admonebo, quod Scholiastes omittere non debuit, nimirum sicut λειπει articulus τοῦ, ita vicissim παρέλκειν negativam μή: sicut & supra, in quendam locum c. 10 eam Ἀττικῶς παρέλκειν observavit. STEPH. Camer. quoque τοῦ deesse existimat per ellipsin.

Pag. 27. *l.* 5. Αὔξειν) Quomodo cum verbo αὔξειν non minus τὸ σῶμα, quam τὸν ἴδιον οἶκον iungere possimus? Hoc ne faciendum sit, non post προσρώμενοι, sed post σῶμα interpungo: & aliquid praeterea de hoc loco in meis annotationibus in Scholiastem vide. STEPH.

ead. l. 6. Μάλιστα) Minime separari debet μάλιστα ab ὅσον: cum alii etiam testentur loci, Thucydideum esse ita loqui, ὅσον ἠδύναντο μάλιστα. Expungenda igitur, quae post ἠδύναντο est interpunctio. IDEM. Habet Suidas in μάλιστα, Schol. secutus. Hesych. σφόδρα, πάνυ. WASS.

ead. l. 7. Εἰ μὴ εἴτι &c.) Idem omnino sensus est lectionis margini adscriptae, non repetita particula εἰ, sicut in altera. Verum horum πρὸς περιοίκους bellorum an aliquod ἀξιόλογον fuisse ἔργον dicemus? Hanc Thucydidis mentem fuisse non puto: sed non secus accipiendum hunc locum, quam si scripsisset, ἀλλὰ μόνον ἐπράχθη τὰ πρὸς περιοίκους τοὺς αὑτῶν ἑκάστοις. ut per τὰ intelligamus res aliquas gestas esse, non memorabiles illas quidem, sed qualescunque. Valla tamen hoc animadvertisse non videtur: quippe qui verterit, *A quibus nullum opus memoria dignum actum est, nisi aliquod adversus suos quibusque vicinos.* Videndum autem, (nam & de hoc obiter monebo) an ἔργον ἀξιόλογον ex cap. 15 exponere debeamus ὅθεν τὰς καὶ δύναμις παρεγένετο. Ego certe sub appellatione illa istud quidem, sed cum aliis multis, comprehendi existimo. Ceterum observandum simul est in horum locorum collatione, eum, postquam hic dixit, nullum, unde aliquid potentiae accesserit, excitatum esse bellum, addere, sed *a singulis adversus sibi finitimos tantum gesta fuisse:* tanquam haec ex illo bellorum genere non sint, eorum, inquam, ex quibus aliquid potentiae acquiritur: atque hoc pro iis facere, quae de altero loco dixi, ut eodem modo nullum ἀξιόλογον ἔργον bellis adversus τοὺς περιοίκους gestis velle tribuere dicamus. STEPH. Quidam Mss. εἰ μή τι, minus eleganter. WASS.

ead. l. 11. Ἀτολμοτέρα εἶναι) Admitti (meo quidem

Digitized by Google

iudicio) non poteſt ἀτιμοτέρα, quod margini eſt adſcriptum, niſi forte ad illud φανερὸν reſpici in eo dicamus: quoniam quae μηδὲν φανερὸν (id eſt *illuſtre*) κατεργάζεται, ea merito, cum aliis, quae φανερόν τι κατεργάζονται, collata, & iudicabitur & appellabitur ἀτιμοτέρα. Sed enim ſive ἀτιμοτέρα εἶναι, ſive ἀτολμοτέρα εἶναι (quod magis mihi placet) legamus, quomodo cum κατείχετο poſſe iungi dicemus? Scholiaſtes tamen vult inde pendere, (ut certe nullum aliud verbum, a quo pendere queant, comparet) non addens, quonam id fieri modo poſſit: ego vero, ad illum eius locum cum venero, qui fieri hoc poſſe mihi videatur, docebo. STEPH.

ead. l. 12. Ἐπειδὴ δὲ) Hermog. περὶ μεθόδου δεινότητος cap. 14: Μακρὸν δὲ γίνεται ὑπέρβατον, ὁπόταν ἡ αἰτία ἑτέρας αἰτίας χρείαν ἔχῃ, οἷον, ἐπειδὴ δὲ οἵ τε Ἀθηναίων — ὑπὸ Λακεδαιμονίων κατελύθησαν. πῶς ὦ Θουκυδίδη; ἡ γὰρ Λακεδαίμων — καὶ ἀεὶ ἀτυράννευτος ἦν. αἰτίαν τῆς αἰτίας ἀποδίδωσιν· ἔτη γάρ ἐστι μάλιστα — καθίστασαν· εἶτα ἐπανέρχεται ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, μετὰ δὲ τὴν τῶν τυράννων κατάλυσιν.

Pag. 28. *l.* 1. Κτίσιν) Non κτίσιν, ſed κτῆσιν nonnulli Codices habent: quam lectionem ſequendo, intelligendum eſſet, non *ex quo eam condiderunt*, verum, *ex quo eam poſſederunt*. (nam ſi dicere voluiſſet, *ex quo eam occuparunt*, alio uſus verbo fuiſſet) ſed non dubito, quin κτίσιν, non κτῆσιν, Thucydides ſcripſerit. STEPH.

ead. l. 4. Μάλιστα τετρακόσια) Πεντηκόσια omnino legendum eſſe cenſet auctor notarum ad Chronicon Marmor. p. 52. Vide Meurſii Miſcell. Lacon. lib. 2, c. 5; & Marshami Chron. p. 427 ed. Lond. HUDS. Scaliger ad Euſeb. Chron. p. 61 haec ἔτη ὀλίγῳ πλείω definit annis XVII; ut CCCCXVII anni effluxerint, ex quo Lacedaemonii Lycurgi legibus uti coeperunt, uſque ad finem belli Peloponneſiaci. Sed longius intervallum fuiſſe putant, quos hic laudat Hudſonus.

ead. l. 10. Δεκάτῳ δὲ ἔτει) Scalig. ad Euſeb. Chron. p. 100, & V. de Emendat. Temp. p. 406, undecim annos inter pugnam Marathoniam & Salaminiam interfuiſſe putat; Petav. X de Doctr. Temp. 23 & ſeqq. aliique viri docti tantum decem. Revocat eorum argumenta ad examen, &, omnibus accurate expenſis, Scaligeri ſententiam probat Hieron. van Alphen in Commentar. Chronolog. ad Da-

Digitized by Google

niel. cap. IX, Part. III, c. 3. Plane verba haec Thucydidis de Xerxe δεκάτῳ δὲ ἔτει μετ' αὐτὸν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα δουλωσόμενος ἦλθε, nihil iuvant adversarios Scaligeri, &, quod idem recte animadvertit, bene exponi possunt de initio expeditionis a Xerxe susceptae, qui decimo anno post pugnam Marathoniam e Perside movit, &, cum Sardibus in Lydia hiemasset, teste Herodoto VII, 37, deinde versus Graeciam progressus est. Nec debuerat Petav. Rat. Temp. Part. II, lib. 3, c. 11, scribere, *Marathonia pugna commissa est decimo anno ante Salaminiam, auctore Thucydide, lib. I, p. 13.* Nam ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἦλθε, non est, *pugna commissa est.*

Pag. 29. l. 6. Μέγιστα διεφάνη) In quodam meorum Schediasmatum locos proponens, in quibus vox praecedens cum sequente ita coaluit, ut ex duabus facta una fuerit, locum istum in exemplum affero. Dico enim, & in hoc & in quodam alio, particulam δὴ, verbo, quod ipsam sequebatur, adhaesisse, & quidem litera η in ι mutata: atque ita pro duobus vocabulis unum tantummodo remansisse. Omnino enim persuasum habeo, a Thucydide scriptum fuisse, δυνάμει γὰρ ταῦτα μέγιστα δὴ ἐφάνη, quod verbum compositum διαφαίνεσθαι usum huic loco minime habeat convenientem: ut mecum fatebuntur, quicunque sunt in Graeco sermone exercitati. Verum quorsum particulam δὴ Thucydides huic loco adhiberet? Hoc si quis roget, in promtu est, quod respondeam. observavi enim, eum vocula δὴ post nomina superlativi gradus (quod multi fortasse mirentur) frequenter uti. Sic enim c. 1, κίνησις γὰρ αὕτη μεγίστη δὴ τοῖς Ἕλλησιν ἐγένετο. Sic etiam II, 31, στρατόπεδόν τε μέγιστον δὴ τοῦτο ἀθρόον Ἀθηναίων ἐγένετο. Eodemque modo I, 122, ἐπὶ τὴν πλείστους δὴ βλάψασαν καταφρόνησιν. Sic denique & III, 17, ἐν τοῖς πλεῖσται δὴ νῆες ἅμ' αὐτοῖς ἐνεργοὶ κάλλει ἐγένοντο. Quibus in locis quamvis nomini iungi, id est, ipsum nomen proxime subsequi, hanc voculam videamus; ut tamen non ad ipsum, sed ad verbum eam pertinere dicamus, Graecae linguae poscere consuetudo videri queat. STEPH.

ead. l. 8. Ὁμαιχμία) Ὁμαιχμία γὰρ, Θουκυδίδη μέν οὐ μὴν ἥδιον πρὸς τὴν ἀκοὴν, inquit Pollux I, 153. utitur D. Halic. noster Herodotum sequitur. Καὶ ὀλίγον — ἀλλήλους ex Herodoto laudat Suidas in ὁμαιχμία, ubi om.

Digitized by Google

δὲ, &, οἱ ante Ἀθηναῖοι. WASS. Rursus Poll. IV, 30: τὸ γὰρ ὁμαιχμίαν, πονηρόν. Mihi vero unus Thucydides pluris est, quam decem Polluces. Suidas perperam ex Herodoto laudat, quae sunt Thucydidis. Observarunt ibi interpretes.

Pag. 30. *l.* 2. Τὰ πολέμια) Ostendit hic locus, quam periculosum sit, quempiam tantum suae coniecturae tribuere, etiam quae alioqui optimis niti argumentis videatur, ut absque veteris alicuius libri assensu suae coniecturali lectioni locum in ipso textu (ut vulgari voce utar) dare audeat. Hic enim quis vel ex coniectura τὰ πολεμικὰ reponendum esse non dicat? (fortasse autem nec desit, qui iuret) at hanc tamen, non illam vocem, in veteribus etiam libris legimus. Esto: sed fieri potest, ut in illis etiam libris peccatum sit, dicet aliquis. Atqui & in quodam alio Thucydidis loco, nec non apud Scholiastem idem vocabulum πολέμια in eadem illa significatione legimus. Esto, (dicet idem) sed quid si & ibi erratum sit? an non enim, quod huic loco, idem & aliis accidere potuit? Haec respondebit, qui suam illam coniecturalem lectionem τὰ πολεμικὰ mordicus sibi retinendam existimabit: verum quid ad id responsurus tandem est, illud vocabulum πολέμια apud Dionysium Halicarnassaeum etiam usum eundem, & quidem non uno in loco habere? Sed quid dico, non uno hanc significationem in loco apud eum occurrere? si in ducentis dicam, fortasse non mentiar. Sic enim τὰ πολέμια ἔργα διαφανῆς apud eum legimus. ac plerumque sine substantivi adiectione utitur: ut τὰ πολέμια γενναῖος, & τὰ πολέμια ἄλκιμος: nec non τὰ πολέμια κράτιστος; vel λαμπρὸς, vel δεινός. Eodem modo denique (ut alia quamplurima exempla omittam) & τὰ πολέμια ἀσκεῖν, nec non τὰ πολέμια πράττειν, item τὰ πολέμια παρασκευάζεσθαι apud eum inveniemus. Quin etiam apud aliquem ex iis, qui Dionysio posteriores fuerunt, hunc nominis istius usum videor mihi observasse. STEPH.

ead. l. 3. Μετὰ — ποιούμενοι) Plutarch. Moral. 79. & huc spectat Vit. 848. WASS.

ead. l. 5. Φόρου) Non posse admitti accusativum pluralem φόρους, margini adscriptum, sed retinendum genitivum singularem φόρου, alii eiusdem scriptoris ostendunt loci, qui eundem genitivum cum eodem nomine iunctum habent. Sic enim c. 56, ἑαυτῶν δὲ ξυμμάχους φόρου ὑπο-

Digitized by Google

τελεῖν. Sic VII, 57, καὶ τῶν μὲν ὑπηκόων καὶ φόρου ὑποτελῶν. Qui tamen genitivus abesse potest, cum & absente illo eadem sit nominis ὑποτελεῖς significatio. Ceterum graviter Scholiastem errare, iungentem τοὺς ξυμμάχους cum ἠγοῦντο, meae in illum annotationes ostendent. STEPH.

ead. l. 7. Πολεμίων) Non πόλεων, sed πολεμίων legit Valla: quod etiam malo. IDEM. At civitates, quae in imperium Athen. concesserant, non iam hostes, sed socii. itaque placet, quod habent alii Mss. πόλεων. WASS.

Pag. 31. *l.* 3. Ἀθηναίων γοῦν τὸ πλῆθος &c.) Vide Annott. ad lib. 6, c. 54. ubi fuse hac de re agit Thucydid. HUDS.

ead. l. 5. Πρεσβύτατος) Ita Schol. Aristoph. Σφ. 500. WASS. Vid. Meurs. in Pisistrato cap. 11, & quae in Praefat. Tom. V Antiquit. Graecar. habet Iac. Gronovius.

ead. l. 6. Θεσσαλὸς) Quamvis & apud Scholiastem Θετταλὸς scriptum sit, Thucydidem tamen hoc geminum ττ pro gemino σσ non usurpasse constat, θάλασσα etiam non θάλαττα dicentem. STEPH. Θετταλὸς noster puto nunquam. At cum Marg. Aristoph. Pl. Plato in Apol. & alibi, uti & Aristot. Theophrast. Demosth. apud D. Halicarn. Philochorus apud eundem. Xenoph. utroque modo Codicum vitio, sed frequentius θετ. Eupolis. Menand. Lysippus in Bacchis apud Stephanum de Urb. Aristot. contra in Rhet. habet Θεσσαλίσκον p. 105. Herodotus, sed semel, Θετταλικά. VII, 128. Dion. Halicarn. ter nostrum citans exhibet θεσσ. Sic etiam Aeschylus Pers. 489; Euripides Phoeniss. 331, & bis in Alcest. Hippol. Androm. & alibi: nunquam θετταλία: denique ττ pro σσ rariss. me exhibet, & fere in fragmentis, hoc est, in quibus Grammatici sibi nimium permiserunt. In Sophocle ter aut amplius, πράττειν, φύλαττε, ἥνυττον, ἥλαττον, κρείττουσιν. Sed & haec mihi suspecta. In Comicis & eorum fragmentis nihil frequentius. Infra pro Πιτανάτην Dio Chrysost. Orat. VI, p. 191 σκυρίτην habet, memoriae vitio. Miror, hoc non observasse Seldenum, cuius notas publici iuris fecit clar. Wolffius. ead. Orat. scribe etiam Παλιμβόθροις. WASS.

ead. l. 12. Λεωκόριον) Cum aliunde, tum vero ex Scholiaste, Λεωκόριον scribendum esse discimus. STEPH. De Leocorio Hudson. ad lib. VI, c. 57. Add. Mauss. ad Harpocrat. in Λεωκόριον, & quae ad Meurs. Panathen. c. XIX

Digitized by Google

in Praefat. Tom. VII Antiquitatum Graecarum annotat Gronovius.

Pag. 32. *l.* 1. Τούς τε Λακεδαιμ.) Particulum τε in γε mutandam esse contendo, & hunc errorem in aliis etiam locis occurrere moneo. STEPH. Locum Herodoti (qui occurrit lib. 6, c. 57.) falsi arguit Thucydides, non expresso tamen Herodoti nomine, ob antiquioris (ut putat Palmerius) reverentiam. Vide Meursium de Regno Laced. c. 23. HUDS.

ibid. Μιᾷ ψήφῳ προστίθ.) Hoc eodem verbo cum eodem nomine utitur infra c. 40; sed cum eius accusativo, non dativo. Legimus enim, οὐ γὰρ ἡμεῖς, Σαμίων ἀποστάντων, ψῆφον προσεδέμεθα ἐναντίαν ὑμῖν. STEPH. Δυεῖν, quae vulgata scriptura est, defenditur testimonio Eustathii ad Hom. Il. κ', p. 802. add. Nunnes. ad Phrynich. p. 42.

ead. l. 3. Ὃς οὐδ' ἐγένετο) Ita Hesych. ὁ Πιτανάτης λόχος αὐτοσχεδιάζεται, οὐκ ὢν ταῖς ἀληθείαις. Vid. Meursii Att. Lect. l. 1, c. 16. Non dubito, quin Herodotum hic quoque innuerit Thucyd. qui l. 9, c. 52, huius cohortis mentionem facit. HUDS. add. Spanhem. ad Callimach. hymn. in Dian. v. 172, & Th. Gale ad Herod. l. d.

ibid. Οὕτως ἀταλαίπωρος) Sic fere Aristophanes in Danaidibus: οὕτως αὐτοῖς ἀταλαιπώρως ἡ ποίησις διέκειτο. Hunc locum Thucydidis procul dubio ante oculos habuit Dionys. Halicarn. cum scriberet p. 234: οὕτως ὀλίγον ἐστὶν ἐν ταῖς ἱστορίαις αὐτοῦ τὸ περὶ τὴν ἐξέτασιν ἀληθείας ἀταλαίπωρον. nonnulli legendum esse suspicantur ταλαίπωρον. vereor ne male. STEPH. Haec annotatio non legitur inter eas, quas in Thucydidem scripsit Stephanus. Descripsit fortassis eam Hudsonus ex annotationibus Stephani in Dionysium Halicarnassensem, quamquam ne ibi quidem invenire eam potui. Locus est Dionysii Halic. IV, 30 de Fabio Pictore: οὕτως ὀλίγον ἐστὶν ἐν ταῖς ἱστορίαις αὐτοῦ τὸ περὶ τὴν ἐξέτασιν τῆς ἀληθείας ἀταλαίπωρον: ubi cum Casaubonus pag. 21 Animadversion. in Dionysium multis disputasset, legendum esse ταλαίπωρον, ad extremum addit, etiam legi posse οὕτως οὐκ ὀλίγον ἐστὶν — ἀταλαίπωρον, ex hoc loco Thucydidis, & Aristophanis in Danaidibus.

Pag. 33. *l.* 13. Πραχθέντων ἐν τῷ) Participium λεχθέντων, margini adscriptum, habere hic locum non potest: ac ne alterum quidem, πραχθέντων, fuisse adiiciendum videri possit: sed talis pleonasmus in hac adiectione esse,

Digitized by Google

qualis est paulo ante, ubi dicitur, καὶ ὅσα μὲν λόγῳ εἶπον ἕκαστοι. STEPH.

Pag. 34. *l.* 5 sqq. Καὶ ἐς μὲν ἀκρόασιν — ξύγκειται) Laudat haec Dion. Halicarn. p. 139, ubi est ἀνθρώπινον. WASS. ut & p. 146: Ὅσοι δὲ βουλήσονται — ὠφέλιμα. Id. pag. 65.

ead. l. 6. Ἀτερπέστερον) Pindar. Ol. 1. 44: Καί που τι καὶ βροτῶν φρενὰς, ὑπὲρ τὸν ΑΛΗΘΗ λόγον Δεδαιδαλμένοι ψεύδεσι ποικίλοις Ἐξαπατῶντι ΜΥΘΟΙ. WASS.

ead. l. 9. Ἀνθρώπειον) Ita recte quidam Mss. Nam Iones ἀνθρωπήϊος & Attica vetus: atque ita Magister; neque aliter Rhodienses, Hesychio teste. Noster autem alibi, vid. Indicem. Plato, Dion. Halicarn. Xenoph. Aristophanes. & e recentioribus Clem. Alex. Iustinus M. Lucian. Eleganter etiam Philo Eunuchum vocat alicubi ἀνθρωπείου παράκομμα νομίσματος. utraque forma Hippocrates. ἀνθρώπεια πήματα Aeschylus Pers. 406; Agam. 1362. WASS. Ἀνθρώπειον etiam Dion. Halicarn. p. 65; idque una cum ὄντων, quae erat lectio marginis, in contextum recipi voluerat Cl. Wasse.

ibid. Τοιούτων καὶ παρ.) Retinenda potius, quae in contextu est, lectio. Quomodo enim τοιούτων ὄντων (ut alii legunt) dici poterit, cum μελλόντων praecedat, quod ad hoc τοιούτων fertur? μελλόντων, inquam, cum futuro ἔσεσθαι. Ut autem τοιούτων καὶ παραπλησίων hic dicitur, sic in concione Pericl. τοιαῦτα καὶ παραπλήσια: c. 143, καὶ τὰ μὲν Πελοποννησίων ἔμοιγε τοιαῦτα καὶ παραπλήσια δοκεῖ εἶναι. Aliter autem ὅμοια καὶ παραπλήσια dici videtur c. 140 ab eodem Pericle, in eiusdem concionis principio, Ὁρῶ δὲ καὶ νῦν ὅμοια καὶ παραπλήσια ξυμβουλευτέα μοὶ ὄντα.

Sed est praeterea quod celare te nolim super hoc loco. Apud Dionysium Halicarnassensem, afferentem hunc locum in Arte rhetorica, capite περὶ λόγων ἐξετάσεως, post ὠφέλιμα legitur, χρῆσθαι ταῖς παλαιαῖς ἱστορίαις: atque his verbis adiunguntur alia tanquam ex eodem loco sumta: cum tamen neque ista, neque quatuor illa sint Thucydidis, sed Dionysii, loquentis de illo Thucydidis loco. Postquam enim dixit Dionysius, Thucydidem innuere, historiam esse quandam ab exemplis petitam philosophiam, hunc eius locum nobis proponit, sumto ab iis verbis initio, ὅσοι δὲ βουλήσονται τῶν τε γενομένων τὸ σα-

Digitized by Google

φὲς σκοπεῖν. Sed a me & locus ipsius Dionysii est afferendus. ita igitur ille: Τοῦτο καὶ Θουκυδίδης ἔοικε λέγειν, περὶ ἱστορίας λέγων, ὅτι καὶ ἱστορία φιλοσοφία ἐστὶν ἐκ παραδειγμάτων, Ὅσοι δὲ βουλήσονται τῶν τε γεν. τὸ. σ. σκο. καὶ τῶν μελλ. ποτὲ αὖθις κατὰ τὸ ἀνθρώπειον τ. καὶ παρεπλ. ἔσεσθαι, ὠφέλιμα, χρῆσθαι ταῖς παλαιαῖς ἱστορίαις, καὶ τοῖς παραδείγμασι τῶν ἐθῶν, ὡς ἱστορίᾳ τοῦ βίου. Sed minime dubium est, quin inter ὠφέλιμα & χρῆσθαι omissa sint verba, quae hunc Thucydidis sermonem clauderent, & principium alius sermonis Dionysii essent: id est, eorum, quae de historiae laude adiiciebat iis, quae dixerat, & quae Thucydidis testimonio confirmabat. Arbitror autem, & inter articulum τοῖς ac nomen παραδείγμασι voces aliquot, aut aliquam saltem vocem, desiderari, videlicet vel ποιήμασι, vel ποιητῶν βιβλίοις: cum paulo ante laudem illam poëticae etiam, ex Platonis sententia, tribuisset. Credibile est igitur, locum hunc ista vel simili adiectione posse integrum reddi: ut cum ea ita legatur, ὠφέλιμα κρίνειν αὐτὰ ἀρκούντως ἕξει. χρῆσθαι οὖν δεῖ ταῖς παλαιαῖς ἱστορίαις καὶ τοῖς ποιήμασιν, ὡς παραδείγμασι τῶν ἠθῶν (nam ἐθῶν retineri posse non videtur) ὡς ἱστορίᾳ τοῦ βιοῦ. Nisi forte φιλοσοφίᾳ potius ex huius sermonis principio huc advocandum aliquis existimat. Verum & de hoc monebo, participium λέγων in illo principio male post ἱστορίας positum videri, & post παραδειγμάτων esse ponendum. tunc autem post λέγειν interpungendum non fuerit. Ceterum ad loci Thucydidis interpretationem quod attinet, vix alius apud hunc scriptorem habet difficiliorem, & quae magis quaesita, sed minus inventa sit: cum ne Scholiastes quidem certam viam nobis ad eam aperiat; ut docebo, cum ad eius scholium venero: ubi &, quomodo intelligendum atque interpretandum hunc locum existimem, minime te celabo. STEPH. Adde quae ad Dionys. Halicarn. I. d. pag. 65 annotat Sylburgius.

ead. l. 10. Κτῆμά τε) Haec repetit ad verbum Lucianus in praeceptis de scribenda Historia. & Quintilianus huius loci sensum pulcherrime expressit, lib. X: *Totum historiae opus non ad intuitum rei pugnamque praesentem, sed ad memoriam posteritatis & ingenii famam componitur.* HUDS. Κτῆμα — ξύγκειται laudat D. Hal. pag. 25; ubi habet κτ. δὲ εἰσαεὶ, & pro παραχρῆμα, non bene παραυτίκα. at pag. 139 ἐς αἰεί. vid. Plin. Ep. V, 8. Quintil. X, 1. WASS.

Digitized by Google

Non est, cur recedatur a vulgata scriptura ἐς ἀεὶ, quam etiam Lucian. habet de Hist. scrib. p. 634. Nec dubito, quin pro eo, quod est in eodem libello p. 603, ἤν τις, ὡς ὁ Θουκυδίδης φησὶν, ὃς ἀεὶ κτῆμα συντιθεὶν, legendum sit ἐς ἀεί. Et sic emendatum erat a nescio quo ad oram edit. Ald.

ead. l. 11. Ἀγώνισμα) Agn. Pollux III, 141. huc spectat Lucianus de Hist. conscrib. 631. WASS. De sententia horum verborum vid. Casaubon. ad Sueton. Caligul. c. 53; interpretes ad Plin. V, Ep. 8, & Bos Observat. Critic. c. 3.

ead. l. 12. Ξύγκειται) Legitur etiam ξύγκεινται. quod mirum videri non debet, cum plerisque locis non observetur a Thucydide illa consuetudo nomini plurali neutrius generis subiungendi verbum numeri singularis. Non dubito autem, quin hoc verbum ad illa, quae ὠφέλιμα dixit, referatur: ut perinde sit, ac si dixisset, ξύγκειται, vel ξύγκεινται ὡς κτῆμα μᾶλλον ἢ ὡς ἀγώνισμα. Scholiastes tamen eo non refert, sed cum κτῆμα iungit: exponens σαφές ἐστι, nec non ξυγγράφεται. Verum illa quidem prior expositio admitti non potest: at vero in posteriore, potius ξυγγέγραπται, quam ξυγγράφεται dicendum fuerat. Sic apud Dion. Hal. legimus in Archaeologia, καὶ λόγον διεξῆλθε μετὰ πολλῆς συγκείμενον φροντίδος. ubi certe συγκείμενον accipi pro συγγεγραμμένον, non pro συγγραφόμενον, constat. Atque ita utitur verbi huius participio in hoc libri decimi loco, πολλὰ καὶ ἐκ παρασκευῆς συγκείμενα διεξιόντες. STEPH.

Pag. 35. *l.* 1 sqq. Τούτου — νάσος) D. Hal. pag. 187. WASS.

ead. l. 2. Ξυννενέχθη) Idem ibid. male ξυνέβη. WASS. Habet etiam τῇ Ἑλλάδι πολλὰ, οἷα, & αἱ δὲ σφῶν αὐτῶν. at p. 129 & p. 146 ὑπὸ σφῶν αὐτ.

ead. l. 4. Πόλεις τοσαίδε) Haec acerbe convellit D. Halicarn. Ep. ad Pompeium p. 129. WASS.

ead. l. 7. Καὶ φόνος) Etiamsi οὔτε φόνος potius sequi debuerit, quam καὶ φόνος, locum tamen minime suspectum mendi habere oportet, cum idem huius particulae pro illa usus & alibi apud hunc scriptorem spectetur. STEPH.

ead. l. 11. Γῆς καὶ &c.) Malim, cum Valla, superlativum ἰσχυρότατοι, quod margini adscriptum est. IDEM. Et sic pro ἰσχυρότεροι expressum voluit Cl. Wass.

Digitized by Google

ead. l. 13. Παρὰ τὰ) Ne hunc quidem locum mendi ſuſpectum eſſe debere dico, quamvis lector exſpectare potius debuerit, παρὰ τὰς ἐκ τοῦ πρὶν χρόνου μνημονευομένας, (ut habet Dion. Halicarn.) quam παρὰ τὰ ἐκ τοῦ πρὶν χρόνου μνημονευόμενα. ſic enim & alibi neutro genere utitur. STEPH.

Pag. 36. *l.* 1. Καὶ ἢ οὐχ ἥκιστα) Huic lectioni margini adſcriptae deeſſe articulus videri queat, ut viciſſim redundare poſterior in altera. Magis certe neceſſarium in priori, quam in poſteriori, loco eſſe conſtat, ſi in alterutro tantum ponere voluiſſet: ſed talis tamen repetitionis articuli exemplum deeſſe non puto. IDEM. Utroque modo ſcribitur οὐχ ἥκιστα, & οὐχήκιστα. ſed apud Thucydid. fere ut in contextu. WASS.

ead. l. 5. Τριακοντούτεις) Huc reſpicit Suid. h. v. & laudat Ariſtophanem, quaſi is quoque hac voce utatur. Sed Ariſtophanes non τριακοντούτεις, verum τριακοντούτιδας σπονδὰς dicit Equit. 1385, & Acharn. 193, 251. Et ſic Thucyd. infr. c. 87. vid. Iungerm. & Kuhn. ad Poll. I, 56.

ead. l. 6. Διότι) Novum cuipiam videri poſſit apud hunc ſcriptorem διότι pro διὰ τί, id eſt, *cur, qua de cauſa:* ſed apud alios quoque talem eius uſum habemus. Facile tamen crediderim δι' ὅ, τι ſcriptum ab illo fuiſſe: quamvis & καθότι ubique apud eum nobis occurrat, non καθ' ὅ, τι. quod καθότι a Scholiaſte exponi videmus illo διότι ad VI, 9; ſed hanc expoſitionem ſequendo, vel διότι aliud, quam hic ſignificaret, vel illi καθότι alium, quam conſuetum, tribuere uſum vellet. Ceterum, ſicut pro διότι dixi videri poſſe ſcribendum δι' ὅ, τι, ita ἐξότου male ſcriptum eſſe coniuncte pro ἐξ ὅτου, in iis, quae proxime ſequuntur, oſtendam. Cum autem dicendum eſſet, τὰς δ' αἰτίας δι' ἃς ἔλυσαν, (videlicet τὰς σπονδὰς) ἔγραψα πρῶτον, maluit ita loqui, διότι δ' ἔλυσαν, τὰς αἰτ. &c. Sed mirum videri poſſit, duo haec τὰς αἰτίας & τὰς διαφορὰς, id eſt, *cauſas & diſſenſiones*, ſive *controverſias*, aut *diſſidia*, aut *contentiones*, ab eo velut ſeparari: cum tamen non aliae αἰτίαι, id eſt, *cauſae*, fuerint, quam αἱ διαφοραὶ, id eſt, *diſſenſiones*, (ſive τὰ διάφορα, ut frequentius loquitur, *diſſidia*, vel *ea, de quibus diſſidebant*) adeo ut alius fortaſſe ita fuerit locuturus, ἔγραψα δὲ πρῶτον τὰς διαφορὰς, τὰς τοῦ λῦσαι αἰτίας γενομένας, ſubaudiendo τὰς σπονδὰς cum verbo λῦσαι. id eſt, *Primum autem controverſias ſcripſi,*

Digitized by Google

quae in causa fuerunt, cur foedera solverint. Verum sic etiam alibi Thucydides ea, quae alioqui eodem pertinent, & velut connexa sunt, separare videtur. STEPH.

ibid. Ἔγραψα) Apud Dionysium Halicarnasseum, nec non in meo vet. exemplari προέγραψα legitur; quamvis pleonasmum ista lectio habeat. Est enim huiusmodi, ut eo delectatum dicere hunc scriptorem possimus. Nam sic in hoc ipso libro c. 29, πρότερον προεροῦντα dicitur: & libro VIII, c. 66, πρότερον προὐσκέπτετο. Talis vero est pleonasmus & cum dicitur aliquis πρότερος ἀρχειν. Item cum πρὶν, sequente itidem verbo compositio, illam praepositionem praefixam habente; ut infra c. 78 πρὶν ἐν αὐτῷ γενέσθαι προδιάγνωτε. Neque enim hoc bicomposito προδιάγνωτε uti necesse erat, cum διάγνωτε sufficere posset. Alioqui verbo προδιάγνωτε uti volens, poterat fortasse (si satis diligenter, quae ad brevitatem faciunt, consideraſſet) illo contentus esse, & haec, πρὶν ἐν αὐτῷ γενέσθαι, omittere: nam bicomposito προδιάγνωτε praefixa praepositio menti nostrae verba illa repraesentare poterat. IDEM.

ead. l. 7. Τοῦ μή τινας) Lectionem margini adscriptam alteri praefero, non solum, quod eam habeamus tam apud Scholiastem, quam in vet. exemplari, sed multo etiam magis, quod observarim, hunc numerum singularem potius, quam illum pluralem, talibus locis adhiberi. IDEM. Adde, quae scribit in Append. ad Script. al. de Dialect. Att. p. 181.

ead. l. 8. Ἐξ ὅτου) Cum ἐξότου prior editio mea haberet, sicut & quae illam praecesserunt, malui nunc ex una voce duas faciens, scribere ἐξ ὅτου, cum & idem ille vetus liber assentiatur, & ἐξ ὅτου sonet ἐκ τίνος αἰτίας. Postea autem & apud Dionysium Halicarnasseum scripturam hanc reperi. STEPH.

ibid. Τὴν μὲν — πολεμεῖν) Vid. D. Halic. p. 134, ubi μὲν οὖν; pro v. πρόφασιν, αἰτίαν male: dein λόγῳ δὲ ἀφανεστάτην; pro ἡγοῦμαι, οἰομαι. Posituram semper negligunt in his libris Sylburgius & Hudsonus. WASS.

ead. l. 9. Πρόφασιν) Dionysius Halicarn. in commentariolo de Thucydidis idiomatis, pro voce πρόφασιν aliam synonymam habet, videlicet αἰτίαν: sicut & pro verbo ἡγοῦμαι legitur apud eum οἰομαι, quod itidem illi synonymum esse novimus. Nec non λόγῳ δὲ ἀφανεστάτην,

Digitized by Google

apud eum ſcriptum eſt, iiſdem quibus hic verbis, ſed aliter collocatis. Quae mutationes quamvis nullo modo ſenſum mutent, vix tamen apud eum alias duas huiuſcemodi in tam vicinis locis invenias: ut credibile ſit, eum, lapſu memoriae, duo ſynonyma pro illis duobus poſuiſſe: praeſertim cum etiam Scholiaſtes πρόφασιν legat, & αἰτίαν exponat. Quaerat autem aliquis fortaſſe, unde pendeat hic accuſativus πρόφασιν, cum ſuo comitatu, quod alium accuſativum τοὺς Ἀθηναίους videat interiici ante verbum ἡγοῦμαι. Sed is meminerit Thucydideae conſuetudinis verba traiiciendi: & perinde eſſe putet, ac ſi dictum foret, τὴν μὲν γὰρ ἀληθεστάτην πρόφασιν, ἀφανεστάτην δὲ λόγῳ, ἡγοῦμαι (εἶναι) τὸ τοὺς Ἀθηναίους μεγ. γιγν. & quae ſequuntur. Ac potuiſſet certe Thucydides, hac orationis ſtructura utens, & pro καὶ παρέχοντας dicens παρέχειν, haec omnia (brevitatis ſtudio) omittere, ἀναγκάσαι ἐς τὸ πολεμεῖν. Cum enim praeceſſiſſet, ἐξ ὅτου τοσοῦτος πόλεμος τοῖς Ἕλλησι κατέστη, ſi haec ſubiunxiſſet, τὴν μὲν γὰρ ἀλ. προφ. ἀφ. δὲ λόγῳ, ἡγοῦμαι (εἶναι) τὸ τοὺς Ἀθ. μεγάλους γιγνομένους, φόβον παρέχειν τοῖς Λακεδαιμονίοις, ex his lector, vel tacente illo, intelligere poterat, quae adiicit, ἀναγκάσαι ἐς τὸ πολεμεῖν. Adde, quod ex iſtis, quae ſubiunguntur, verbis, ἐς τὸν πόλεμον κατέστησαν, ſatis illud perſpici a nobis poterat. Iam vero & voces iſtae, λύσαντες τὰς σπονδάς, quae verbis illis ſunt praefixae, omitti poterant, & ex praecedentibus intelligi.

Verum alia moveri quaeſtio poteſt, ad quam minus facile eſt reſpondere: cuius rei rationem hic reddat rationalis ſeu cauſalis particula γάρ. Neque enim belle cohaerent iſta, *cauſas primum ſcripſi, cur foedera ruperint,* (cetera, quae velut per parentheſin interiecta ſunt, omitto) *quoniam earum veriſſimam, ſed de qua minime ſit ſparſus rumor, hanc eſſe arbitror.* Hic igitur ellipſin eſſe reſpondeo quorundam verborum, quae ex ſequentibus aſſequi coniectura poſſumus. Cum enim in ſequentibus huic ἀληθεστάτῃ προφάσει opponat τὰς ἐς τὸ φανερὸν λεγομένας αἰτίας, ego non ſecus intelligendum eſſe locum hunc exiſtimo, quam ſi Thucydidem dicentem audiremus, ἔγραψα δὲ τὰς ἐς τὸ φανερὸν λεγομένας αἰτίας, μᾶλλον ἢ τὰς ἀληθεστάτας. (vel potius, μᾶλλον ἢ τὴν ἀληθεστάτην, cum ab eo unica eiuſmodi commemoretur) τὴν μὲν γὰρ ἀληθεστάτην, ἀλλὰ λόγῳ ἀφανεστάτην, τήνδε ἡγοῦμαι εἶναι, τὸ τοὺς Ἀθην. &c.

Digitized by Google

Id est, (ut iis etiam consulam, qui minus sunt in sermone Graeco exercitati) *Eas autem scripsi causas, quae palam afferebantur, potius quam eas, quae verissimae sunt.* (sed magis placet, *potius quam eam, quae verissima est*, cum unius tantum, quae talis sit, ab eo fiat mentio) *verissimam enim, sed de qua minime sit sparsus rumor, hanc esse arbitror.* Verum ἀφανεστάτην λόγῳ cum dicere videatur, comparando cum aliis, malim ita interpretari, *sed de qua minus, quam de aliis* (vel, *quam de alia ulla*) *sit sparsus rumor.* Alioqui possis & ita interpretari, superlativi gradus vim exprimendo, *sed omnium maxime latentem, quod ad rumorem* (vel, *quod ad famam*) *attinet.* Eodemque possis modo, hasce voces ἀφανεστάτην λόγῳ, resolvere in istas (sumtas ex iis, quae illis opponuntur, verbis) ἥκιστα ἐς τὸ φανερὸν λεγομένην. Quae etiam antithesis docet, non bene haec verba esse interpretatum eum, qui reddidit, *verborum praetextu dissimulata.*

Libuit autem hunc locum diligenter examinare, ut in eo tibi exemplum proponerem miri cuiusdam usus, quem habet interdum particula ista γὰρ apud hunc scriptorem. Cum tamen haec omnia scripsissem, memoria sibi visa est aliam mihi ex Dionysio Halicarnasseo lectionem posse suggerere: quem cum, eius admonitu, adiissem, inveni, τὴν μὲν οὖν ἀληθεστάτην. Sed quod de aliis dixi, quae diverse apud eum hoc in loco leguntur, idem & de hoc dicere potero fortasse, eum lapsu memoriae οὖν pro γὰρ scripsisse: praesertim cum illa menti magis obvia, quam haec, fuisse videri possit. STEPH.

ead. l. 15. Ἐπίδαμνος, ἔστι) Hic locus aliquando me torsit, non bene intelligentem differentiam inter Ἰόνιον πέλαγος & Ἰόνιον κόλπον, licet aliquando unum pro altero ponatur. Intelligit igitur Thucydides per Ἰόνιον κόλπον, id mare, quod aliis Adriaticum dicitur, quod etiam saepe Ionium appellatur, & est pars Ionii magni. Ideo plures Ionium nomen ultra Acroceraunia versus Dalmatiam extendunt, licet alii Acroceraunia fecerint terminum Ionii maris & principium Adriatici. Sic Theophrastus Apolloniam vocat τὴν περὶ τὸ Ἰόνιον, *quae est ad Ionium*, lib. 8 de hist. plant. cap. 10, quod repetit lib. 3, cap. 2 de Causis plant. Sic & Conon apud Photium de eadem urbe: *& fluvius Aous per mediam eam fluens exit in Ionium mare.* Sic Appianus civilium 5 de divisione imperii inter Octavium

Digitized by Google

& Antonium: *terminum iis esse Scodram Illyridis urbem in medio Ionii recessus sitam.* Sic & Dio lib. 40 de Octavio, qui bellum in Dalmatia gesserat: (de quo Caesar civil. 3.) *tunc enim aliquando Ionium adnavigavit, & C. Antonium cepit, & quorundam oppidorum dominus factus est. Salonem vero non cepit.* Dalmatiam manifeste ad Ionium ponit. Ergo, ut Appianus vocavit Adriaticum mare *Ionicum recessum*, sic Thucydides de eodem Adriatico dixit *Ionium sinum:* nam κόλπος *sinus* maris proprie est pars, quae in terras se insinuat. At *Ionium magnum* (quod vocat Virgil. lib. 3.) multum extendebatur inter Peloponnesum & Italiam, & plures comprehendebat finus, ut Corinthiacum, Adriaticum. Ionium vero anguste sumtum Acroceraunorum montium promontorio finiebatur. Palmerius Exercit. pag. 44. HUDS.

ibid. Ἐσπλέοντι τὸν Ἰόνιον) Lectionem, quae est in contextu, habet etiam Dionys. Halicarnasseus: quamvis alioqui talis praepositionis pleonasmus, qualem altera habet, in aliis quibusdam Thucydidis locis occurrat. STEPH. Quod in Harpocrat. v. Ἰόνιος, vulgo editur, ἐς δεξιὰ, ferri posset, nisi & Thucydides & Cod. Medic. repugnarent. Nam & ita fere Xenoph. VI Ἀναβ. 4: ἡ Θράκη αὕτη ἐστὶν — ἐπὶ δεξιὰ εἰς τὸν πόντον εἰσπλέοντι. Sed multo frequentius est ἐν δεξιᾷ, ἐν ἀριστερᾷ. Arrian. Peripl. Pont. Eux. pag. 12 ed. Hudf. ἀπὸ δὲ τοῦ ἱεροῦ πλέοντι ἐν δεξιᾷ Ῥήβας ποταμός. & pag. 18: τόδε μὲν τὰ ἀπὸ Βυζαντίου πλεόντων ἐν δεξιᾷ ὡς ἐπὶ Διοσκουριάδα. Lucian. Scyth. p. 592, & Ver. Histor. p. 689. Nec placet scriptura Cod. Voss. ap. Poll. II, 161 εἰς δεξιὰ εἰσπλέοντι — εἰς ἀριστερὰ, pro vulg. ἐν δεξιᾷ — ἐν ἀριστερᾷ. Ἐν δεξιᾷ quoque habet Maximus Tyrius hunc locum laudans Dissert. XII. Et ita in Harpocratione v. Ἴονος Mss. Mediceus, quod merito probat Iac. Gronovius ad Harpocrat. Hesychius, quod me monuit clar. Hemsterhusius, videtur incidisse in Codices Thucydidis, qui neque ἐν δεξιᾷ, neque ἐς δεξιὰ, sed ἐνδέξια haberent. Nam ita scribit: Ἐνδέξια, εἰ μὲν προπαροξυτόνως, οὐκ ἂν ἐπενέγκαιμεν, τὸ ἀντικείμενον, ἐστὶν δὲ πόλις ἐνδέξια εἰσπλέοντι τὸν Ἰόνιον κόλπον. Qui ita legerunt, sine dubio ἐνδέξια pro adverbio τοπικῷ habuerunt, de quo vid. auctorem Etymol. M. in ἐνδεξιᾷ, & ἐπιδέξια, & Eustathium in Homer. Iliad. *l*, p. 675. sed quis sit sensus horum verborum Hesychii, οὐκ ἂν ἐπενέγκαιμεν, τὸ ἀντι-

Digitized by Google

κείμενον, docebunt alii, qui plus vident, quam ego. Cetera, quae apud eum corrupte leguntur, facile e Thucydide emendari possunt.

Pag. 37. *l.* 1 sq. Προσοικοῦσι — ἔθνος) Priscian. p. 1203 habet προσοικ. αὐτόν. WASS.

ead. l. 3. Φάλιος Ἡρακλείδου) Locum hunc reddere suspectum alii plerique possunt, qui ante huiusmodi genitivum habent articulum ὁ, cum quo υἱὸς subauditur: verum omissionis huius suspicione liberare librarium possunt alii nonnulli, in quibus itidem praetermissum esse articulum videmus. De utrisque autem in titulum huius operis dictum fuit. STEPH. A Phalio Heraclidae dicuntur conditores Epidamni. Anthol. III, 1. Holsten. ad Steph. Ἐπίδαμνος.

ead. l. 4. Κατὰ δὴ τὸν παλαιὸν νόμον) Quaenam fuerint iura, quae coloniae originibus suis debebant, non alienum erit paucis hoc loco perstringere. Primo igitur ii, qui in coloniam mittebantur, armis & commeatu a civibus suis instruebantur de publico, ut docet Libanius in Argumento orationis Demosthenis, περὶ τῶν ἐν Χερρονήσῳ. Praeterea publica iis diplomata debebantur, quae ἀποίκια vocabant, teste Hyperide in orat. Deliaca apud Harpocrat. Sed quod praecipuum est, sacra patria coloni secum asportabant, ignemque sacrum e penetrali urbis depromtum & accensum. quod docet auctor Etymolog. in Πρυτανεῖα. qui quidem ignis si casu exstinctus esset, ex Prytaneo conditorum accendi eum oportebat. Moris quoque erat, ut coloniae quotannis legatos in *maiorem patriam* (sic Curtius lib. 4 vertit, quam Graeci μητρόπολιν dicunt) mitterent, Diis patriis sacra facturos, ut testantur Polybius, cap. 114 legationum, & Curtius lib. 4. Solemne etiam erat, ut coloniae ab originibus suis Pontifices acciperent, ut constat ex Thucydide, cap. sequente, & Scholiaste ad eundem locum. quin etiam, si aliquando coloni aliam coloniam aliquo deducere vellent, moris erat, ut ducem a *maiore patria* postularent, ut hoc in loco docet Thucydides. nam Corcyraei coloni erant Corinthiorum, ideoque Phalium ex Metropoli arcessebant, ut coloniae Epidamnum deducendae dux esset. Plura hac de re vide in Valesii notis ad Excerpta Polybii. pag. 7. HUDS. Add. Spanhemium Dissertatione IX de Usu & Praestantia Numism. pag. 570 seqq.

Digitized by Google

ead. l. 6. Καὶ ἄλλοι) Nihil muto, etsi nonnulli Mss. aliter. WASS.

ead. l. 8. Πόλις μεγάλη) Margini adscripta lectio admitti non potest: quoniam convenienter quidem πολυάνδρωτος πόλις dicitur, at πολυάνδρωπος δύναμις non item. STEPH.

ead. l. 10. Ὑπὸ πολέμου) Quamvis dicatur φθείρεσθαι ὑπό τινος, potius quam φθείρεσθαι ἀπό τινος: tamen vetus meum exemplar ἀπὸ hic, non ὑπὸ habet. Itidemque & V, 57 non meum exemplar tantum, sed alia quoque ἀπὸ in significatione τοῦ ὑπὸ habent. Sic autem & apud Dionys. Halicarn. in Antiq. Rom. & in Thucydid. l. c. praepositio ἀπὸ usum eum habet, qui alteri illi ὑπὸ peculiaris esse existimatur. IDEM. Aristides in lib. de Dict. Simpl. c. 13 ait simplicem orationem esse στασιάσαντες, & asperiorem reddi, si dicas, ἐπειδὴ δὲ ἐστασίασαν. Refert etiam Hermogenes περὶ μεθόδου δεινότητος cap. 35 haec, στασιάσαντες — ἐφθάρησαν inter exempla ἀμφιβολίας. Nam ambiguum esse, a bello, an a seditionibus perierint. Non posse dici eos a bello periisse. Itaque sententiam esse, e bello seditiones ortas, & a seditionibus interitum. Neminem enim dicere ἀπὸ πολέμου ἐφθάρησαν. Non assequor, quid velit, & videtur argutari.

ead. l. 13. Ἐξεδίωξε) Pollux IX, 157. WASS.

Pag. 38. *l.* 4. Τοὺς τε φεύγοντας) In eodem vet. libro φεύγοντας legitur. Dici autem vel φεύγοντας vel φυγόντας de exsulibus, (qui & φυγάδες) sed pro reis (quibus opponuntur οἱ διώκοντες) φεύγοντας tantum, neminem latere debet. Verum ad locum hunc quod attinet, lectionem, quam in contextu habes, confirmat tibi pag. 40 l. 15, in qua itidem legitur, τούς τε φεύγοντας &c. STEPH.

ead. l. 6. Ἱκέται) Priscian. XVIII, p. 1178, ordinem invertit. καθ. εἰς τὸ Η. ἱκέται. sed pag. 1174 recte citat. denique pag. 1186 corrupte, καθ. δὲ αἰσχύνης ἱκ. δ. ε. τὸν Ἡραῖον, ex secundo Lib. WASS. De Heraeo Palmer. II Graec. Ant. 10, p. 352.

ead. l. 11. Ἐπηρώτων) Verisimile est, ἐπήροντο a Thucydide scriptum fuisse, (quod & in vet. meo exstat) & postea illo ἐπηρώτων expositum fuisse. STEPH. Sic etiam loquitur Dion. Halic. WASS.

ead. l. 13. Πειρῶντ' ἀπ') Magis Thucydideae consuetudini convenit vocalem per apostrophum non elidere, prae-

Digitized by Google

sertimque in locis huiusmodi: cum in locis etiam iis, qui multo magis elisionem requirere videntur, non habeamus. STEPH.

Pag. 39. *l.* 3. Ἐδέοντό τε) Lectio margini adscripta ex errore, ut opinor, nata est: videlicet ex repetita per imprudentiam syllaba το. IDEM.

ead. l. 7. Ἄποικοι) De hoc Scalig. ad Euseb. Chron. p. 78; Spanhem. de Usu Numism. p. 569, & Palmer. l. d. pag. 356.

ibid. Οὔτε γὰρ ἐν πανηγύρεσι) Ideo Corinthios graviter infensos Corcyraeis fuisse dicit Diodorus Siculus, (lib. 12, p. 303 ed. Steph.) quod more reliquarum coloniarum sacra patria Corinthum mittere negligerent. Sed aliud dicit Thucydides his verbis, sc. quod γέρα ista, quae a colonis praestari solebant in publicis solemnibus ac ludis, illis non tribuerint: neque, ut mos erat coloniis, ab originibus suis pontificem acceperint. qui mos inprimis notandus est, quoniam ex hac, ut opinor, unica huius Scholiastae in locum annotatione id discimus. illa autem γέρα νομιζόμενα idem enarrator interpretatur τὰς τιμὰς καὶ προεδρίας, id est, *principem in consessu locum.* Sed & multa alia privilegia intelligi putat Valesius, cuiusmodi sunt ἐπιγαμίαι, κτῆσις γῆς, & cetera, quae in Decretis Graecorum passim leguntur. Vide Annott. ad pag. 37, l. 4. HUDS.

ead. l. 8. Ἐν πανηγύρεσι) Gr. ἐν ταῖς πανηγύρεσι. eleganter. WASS.

ibid. Διδόντες) Ad ea, quae inter var. lect. Hudf. annotat e nota Stephani, adde haec eiusdem: Doceo in [illegible], quae ad Scholiastem annotavi, alia tamen huic loco remedia quaerentem.

ead. l. 9. Οὔτε Κορινθίῳ ἀνδρὶ &c.) Vid. Heilman. ad h. l.

ead. l. 11. Ὅμοια) Miretur hic aliquis ὅμοια, & suspectum habeat, tanquam male scriptum pro ὅμοιοι: sed quamvis eius officio fungatur, eius tamen sedem occupare non puto: cum & alibi tali adhibitum loco observarim, & hic a meo etiam exemplari agnoscatur. STEPH.

Pag. 40. *l.* 8. ἑαυτῶν) Gr. αὐτῶν, puto male. Noster alibi saepe retinet ἑαυτῶν. Hippocrates ἑαυτέων. WASS. Ap. Plin. XIV, 7 est Ambraciotes.

ead. l. 9. Κορινθίων οὖσαν &c.) Corcyraeos in eius conditu socios Corinthiis addit Scymnus Chius, his versibus:

Digitized by Google

Οἷς πλησιόχωρός ἐστιν ἡ Ἀπολλωνία
Κορινθίων Κερκυραίων τε κτίσις.

Quibus consentit Pausanias in Eliacorum 2. Vide Palmerii Gr. antiq. p. 150. HUDS. Add. Spanhem. l. d. p. 570.

ead. l. 15. Τούς τε φεύγοντας — αὐτούς.) Suidas in ἐπήρεια. Ἐπηρεάζω est, iniuriam facio tam re, quam verbis, & fere in contumeliam inferioris. Noster: Καὶ παρήγγειλε παραφυλάσσειν μὴ ἄρα που τὶς ἀπὸ τῆς ἄλλης στρατιᾶς ἐνὼν ΕΠΗΡΕΑΖΟΙ αὐτοῖς. Recentiores pro calumniari, invehi, obtrectare, in foro lites facessere, corpus dehonestare. Grammatici βιάζει, βλάπτει, & κατ' ἐπήρειαν, reddunt κατ' ἀπειλὴν ἐν τῷ πολέμῳ, vel τὴν πολέμου καταδρομὴν proprie a voce Ἄρης. Una cum ὑβρίζω, προσπηλακίζω, ὕβρις, λοιδορία coniungit Demosthenes. Audiamus Aristotelem Rhet. II: Τρία ἐστὶν εἴδη ὀλιγωρίας, καταφρόνησίς τε, καὶ ΕΠΗΡΕΑΣΜΟΣ, καὶ ὕβρις· ὃ, τε γὰρ καταφρονῶν ὀλιγωρεῖ· ἃ γὰρ οἴονται μηδενὸς ἄξια εἶναι, τούτων καταφρονοῦσι. Τῶν δὲ μηδενὸς ἀξίων, ὀλιγωροῦσι. καὶ ὁ ΕΠΗΡΕΑΖΩΝ, φαίνεται καταφρονεῖν· ἔστι γὰρ ὁ ΕΠΗΡΕΑΣΜΟΣ ταῖς βουλήσεσιν, οὐχ ἵνα τι αὐτῷ, ἀλλ' ἵνα μὴ ἐκείνῳ. Idem Polit. III, 16: Οἱ ἐν πολιτικαῖς ἀρχαῖς πολλὰ πρὸς ΕΠΗΡΕΙΑΝ καὶ χάριν εἰώθασι πράττειν. Alibi utitur de mulcta a parente imposita. Pollux idem valere tradit atque ἐργολαβεῖν. & alio in loco: Τῶν ἐκ Δικαστηρίου ὀνομάτων τὸ συκοφαντεῖν, ἐργολαβεῖν, ΕΠΗΡΕΑΖΕΙΝ, καταψεύδεσθαι, καταψευδομαρτυρεῖν. — καὶ τὸ πρᾶγμα συκοφαντία, ΕΠΗΡΕΑΣΜΟΣ, ἐπήρεια, ψευδολογία. Iterum in cap. περὶ ψόγου Ῥήτορος. ἀπατεών, ἐπιβουλεύων, ΕΠΗΡΕΑΖΩΝ, δημεύων. Diodorus XVII, Graeci ora, naribus mutilati dicunt se περιόντας ἐν ταῖς πόλεσιν ἐπονείδιστον μὲν ἔξειν τὴν ἐκ τῆς τύχης ΕΠΗΡΕΙΑΝ. Et, in Syracusarum direptione lib. XIX: Παρῆν ὁρᾶν πᾶσαν τὴν πόλιν πεπληρωμένην ὕβρεως καὶ φόνων, καὶ παντοίων ἀνομημάτων, οἱ μὲν γὰρ διὰ τὰς προϋπαρχούσας ἔχθρας οὐδεμιᾶς ΕΠΗΡΕΙΑΣ ἀπείχοντο. Iosephus etiam de Civium suorum iniuriis in Alexandrum Antiq. XIII, 14, μύρια εἰς ὕβριν καὶ ΕΠΗΡΕΙΑΝ πραξάντων. XV, 2, quando Herodes Pontificatum dabat obscuro cuidam, posthabito Alexandrae filio, οὐκ ἤνεγκεν, inquit, Ἀλεξάνδρα τὴν ΕΠΗΡΕΙΑΝ. & infra, χαλεπῶς ἔφερε τὴν ἀτιμίαν. D. Petrus I, 3, 16: ἵνα ἐν ᾧ ΚΑΤΑΛΑΛΩΣΙΝ ὑμῶν ὡς κακοποιῶν, καταισχυνθῶσιν οἱ ΕΠΗΡΕΑΖΟΝΤΕΣ. D. Matth. V, 43, 44: ἠκούσατε ὅτι ἐρ-

Digitized by Google

βέβη, ἀγαπήσεις τὸν &c. προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ΕΠΗΡΕΑΖΟΝΤΩΝ ὑμᾶς καὶ διωκόντων. Illud hic obiter rogo, a quibus audiviſtis? nempe ab Euripide. Πρὸς σοῦ μέν, ὦ παῖ, τοῖς φιλοῖς εἶναι φίλον, τάτ' ἐχθρὰ μισεῖν. vid. Aeſchylum 2. Diodor. 599. b. Pindarus apud Stobaeum p. 307 ΕΠΗΡΕΑΖΟΝΤΑ τι, καὶ παθεῖν ἔοικε. WASS. Add. Salmaſ. Obſervat. ad Ius Attic. & Rom. p. 288.

Pag. 41. *l.* 8. Ἰλλυριοὺς) Quidam Mſſ. Ἰλλυρικούς. male. Et infra τὴν πόλιν; at ſequitur paulo poſt. Et Dionyſius eadem utitur formula non ſemel. Sic προσκαθέζεσθαι πολιορκητικῇ Clem. Alex. Πόλιν agn. pag. 1283 Priſcianus. WASS.

ead. l. 9. Τῇ πόλει) Conſtructio margini adſcripta non eſt Thucydidea, quantum meminiſſe poſſum: ac ne apud alios quidem inveniri puto. Altera autem utitur & ubi praepoſitionem a verbo ſeparat, ut VI, 49 ἣν πρὸς τῇ πόλει κρατοῦσα καθέζηται. Ubi Scholiaſtes, ἂν κρατοῦντες τῶν Συρακουσίων, προσκαθέζωνται τῇ πόλει. STEPH.

ead. l. 11. Χρήσεσθαι) Prior editio mea χρήσασθαι habet, ſicut & ceterae ea ſuperiores: quod auſus non fuerim mutare in χρήσεσθαι, (licet id requirente ſtructura orationis) donec in veteri exemplari inveni. IDEM.

Pag. 42. *l.* 4. Κορινθίας) Lectionem margini adſcriptam Κορινθίοις ſequitur Valla: ſed Κορινθίας meum etiam exemplar habet. Fortaſſe autem & cum Χίας dicebant, (quod & apud hunc ſcriptorem legimus) δραχμὰς ſubaudiebant, quod hic ad Κορινθίας adiungi videmus. IDEM.

ead. l. 9. Παλλῆς Κεφαλλ.) Παλλῆς cum duplici λ effertur a Thucyd. l. 2. Vid. Var. Lect. ad II, 30. HUDS. Suſpicor, eum, qui vetuſtam ſcripturam Cod. Caſſ. mutavit, voluiſſe facere παλεῖς, quemadmodum hi ſaepe apud alios vocantur; ſed imprudentem reliquiſſe ν. Schol. ibi habet Παλλῆις, ι adſcripto ad ν, quod vulgo ſub eo ſcribitur. Κεφαλήνων idem Cod. perperam pro Κεφαλλήνων. vid. Euſtath. ad Dion. perieg. v. 431, & ad Homer. Odyſſ. ά, pag. 1396.

Pag. 43. *l.* 7. Εἰ δέ τι) In praecedente editione auſus non fueram εἰ δέ τι ſcribere, quam ſcripturam nunc non dubitavi tibi exhibere, utpote in illo vetuſto libro inventam. Neque tamen alteri locum in margine ſaltem dare recuſavi. STEPH.

Pag. 44. *l.* 1. Ἀπάγωσι) Magis placet Marg. C. & alii,

Digitized by Google

qui ἀπαγάγωσι exhibent. ἀγάγωμεν, ἀγάγω & similia apud Homerum. Reduplicationes amat noster, ut ἀντετέπλεον pro ἀντέπλεον c. 50. Sic infra. WASS.

ead. l. 8. Δὲ) Particula δὲ locum hunc depravare videtur, ut ostendent, quae in scholium huc pertinens annotabo. STEPH.

ead. l. 14. Πελλίκου) Scriptura Πελλίχου ex meo exemplari petita est. IDEM.

Pag. 45. *l.* 5. Ἐν Ἀκατίῳ) Scripturam hanc agnovisse videtur Scholiastes, qui etiam ex eo, quod in tali navigio venirent, ostendere voluisse dicit, se de pace cogitare: sive, animos ad pacem inclinatos habere. Altera autem lectio ἐν Ἀκτίῳ plane, ut opinor, ab hoc loco aliena est, & ex alio irrepsit, qui parvo intervallo praecedit, sc. lin. 2. Hinc autem & alia pleraque menda orta esse comperi, voce, quae parvo intervallo praecederet, aut eodem plane, aut eodem fere modo scripta, in alius locum irrepente. At vero tertia illa lectio, ἐναντία ἀπερρῦντα, aut alicuius est male, quod in veteri libro scriptum erat, legentis, aut stulta alicuius παραδιόρθωσις, vocem illam ἀκατίῳ non intelligentis, & interim tamen vestigiis alterius scripturae insistentis. Scio alioqui, talia menda ex eo etiam potuisse nasci, quod librarius, aliquo sibi dictante, soni affinitate deciperetur. Sed hoc de iis potius locis suspicandum est dici, in quibus mendosa lectio magis ad emendatam similitudine soni accedit, quam hic mendosa illa ad alteram accedat. STEPH. Vide Etymol. auctorem in voce ἄκατος, & Schefferum de Militia navali. pag. 70. HUDS.

ead. l. 10. Οὖσαι ἑβδοήκοντα) Diodor. Sic. l. 12: οἱ μὲν οὖν Κορίνθιοι ἔχοντες ναῦς ἑβδομήκοντα &c. HUDS.

ead. l. 11. Ἀνταναγαγόμενοι) Ideo rectius ἀνταναγαγόμενοι scribitur, quod sequatur καὶ παραταξάμενοι: alioqui & illud ἀνταναγόμενοι admitti posset. Talis autem lectionis diversitas & alibi occurret. STEPH.

ead. l. 12. Καὶ ἐν. — παραπολὺ) Schol. Aristoph. Pl. 445, & Suidas in παραπολὺ, qui exp. παντελῶς, & infra πάνυ ex Aristophane & Dexippo exempla adducens. Οἱ abest Schol. Aristoph. WASS. Παρὰ πολὺ (vid. ἐπὶ πολὺ) VIII, 6 C. Sic etiam Isocrates 251, & Hesychius. Cum comparativo fere disiunctim; sed Aristophanes Plut. 445 aliter. Ibi tamen divisim Schol. & παραπολὺ ex Thu-

Digitized by Google

cydide citat, & ex illo Suidas. Dexippus etiam apud Suidam παραπολὺ ἀπελείπετο τοῦ πείθεσθαι. At παρὰ πολὺ bis terque D. Halicarn. Semel Appianus Pun. p. XI, voce πλείους adiuncta. IDEM.

ead. l. 13. Πεντεκαίδεκα) Herodotus bis πεντεκαίδεκα II, 7. Noſter V, 56: Τρίτον καὶ δέκατον ἔτος. V, 81: Τέταρτον καὶ δέκατον. & V, 83: πέμπτον καὶ δέκατον. & III, 79: Τρεῖς δὲ καὶ δέκα ναῦς. Herodot. I, 86: Δὶς ἑπτά. I, 119: ἔτη τρία καὶ δέκα. vid. & Thucydidem V, 84, VI, 93, VII, 18. δέκα δύο Polybius 61. WASS.

Pag. 46. *l.* 3. Τροπαῖον) Τρόπαιον quod Gr. habet, faepiſſime etiam apud alios legitur. Hoc Euſtath. ad Homer. Il. ε', p. 531, & Odyſſ. π', p. 1800. κοινὸν, τροπαῖον autem Ἀττικὸν eſſe dicit. Schol. Ariſtoph. Plut. 453, & ex eo Suid. h. v. τροπαῖον veterum Atticorum, τρόπαιον recentiorum eſſe. Itaque, ſi hos ſequimur, in Thucydide ubique ſcribendum eſt τροπαῖον. Add. Etymol. M. h. v. Leucymnen rurſus, memorat in fin. huius cap. I, 47, & III, 79. De ea vid. Palmer. II Graec. Ant. 10, p. 352 & 361. cuius emendatio loci Plin. IV H. N. 12 etiam Harduino in mentem venit.

ead. l. 6. Κορινθίους δὲ δήσαντες εἶχον) Vide Stephanum in Append. ad Script. al. de Dialect. Att. pag. 165.

ead. l. 13. Μετὰ τὴν ναυμαχίαν) Lectioni margini adſcriptae, nec meum vet. exemplar aſſentitur, nec video, quomodo poſſit admitti. STEPH.

Pag. 47. *l.* 9. Ἐαυτὸν) Pronomine τοῦτον, quod habet margini adſcripta lectio, minime indiget hic locus: ſic tamen ut ferri in eo poſſit. IDEM.

ead. l. 10. Ὀργῇ) Hoc loquendi genus ὀργῇ φέροντες (ne quis de illo dubitet) Scholiaſtes etiam agnoſcit. IDEM.

ead. l. 11. Ἐναυπηγοῦντο &c.) Vide Diod. Sic. l. 12, p. 304 ed. Steph. HUDS.

ead. l. 13. Ἀγείροντες) Alteri lectioni favet Dion. Halicarn. WASS.

Pag. 48. *l.* 7. Αὐτῶν) Alii Ἀττικόν. At I, 41: νεῶν — σπανίσαντες παρὰ Κορινθίων εἴκοσιν ἐλάβετε. Homerus varietatem hanc eandem ita captat Il. β', 258:

Εἴ κ' ἔτι σ' ἀφραίνοντα κιχήσομαι ὡς νύ περ ὧδε,
Μήκετ' ἔπειτ' Ὀδυσῆϊ κάρη ὤμοισιν ἐπείη,
Εἰ μὴ ἐγώ σε λαβὼν &c.

Digitized by Google

Hoc tamen loco retinuerim αὐτῶν. Confer Il. α', 240 & 393. WASS.

ead. l. 12. Προυφειλομένης) Durius est illud προοφειλομένης, sicut & alia verba huiusmodi: ideoque potius cum crasi iis utuntur. (Verum dici potest, Thucydidem vocalium hiatum & dictionis asperitatem ubique fere affectasse.) At vero προσοφειλομένης tam alienum est ab hoc loco, quam προυφειλομένης (positum pro προοφειλομένης) ei convenit: cum προυφείλεσθαι quidem significet *prius deberi*, vel *antea deberi*: at προσοφείλεσθαι *praeterea deberi*, vel *insuper deberi*. STEPH. Quae uncinulis inclusa sunt, non leguntur in Annotat. Stephani, & videntur esse Hudsoni.

Pag. 49. *l.* 3. Σαφὲς) Admitti non potest lectio margini adscripta, σαφῶς: cum alioqui καταστήσουσι non habiturum sit aliud nomen, quocum iungatur, quam μηδέν: & dici non possit μηδὲν τούτων καταστήσουσι σαφῶς, pro eo, quod est, *nihil horum manifestum facient*, sed dicendum sit, μηδὲν τούτων καταστήσουσι σαφὲς, vel σαφὲς καταστήσουσι. Ceterum quod sequitur, καὶ ταῦτα ἔχυρὰ ὑμῖν παρέξεσθαι, quidam putarunt perinde esse, ac si hoc ipso loquendi genere utens diceret, καὶ ταῦτα ὑμῖν σαφῆ καταστήσειν: & ita Melanchthon in huius concionis interpretatione se intellexisse ostendit. Quippe, qui verterit, *Sic igitur miserunt nos Corcyraei ad petendam societatem, ut considerent, haec quoque se vobis declaraturos esse.* Sed potius, ut opinor, dicendum fuerat, *se firmam huius rei fidem vobis facturos esse*. STEPH.

ead. l. 4. Κερκυραῖοι δὲ) Scholiastes δὲ pro γὰρ poni dicit. Sic rursus infra cap. 77, 102, & 132. Stephanus hic & cap. 132 ab eo dissentit. ad cap. 77 & 102 sententiam illius probat. Vide Notas Stephani ad h. l. Scholiastae, & quae scribit in Append. ad Scripta al. de Dialect. Attic. pag. 188.

ead. l. 7. Ὑμᾶς) Partem Annotat. Stephani dedit Hudson. inter var. lect. Addit Steph. Intelligit enim, (meo quidem iudicio) eos institutum ipsorum tanquam inconsultum reprehensuros, & se id damnosum sibi esse experturos.

ead. l. 8. Αὐτῶν) Potius αὐτῶν, quam αὑτῶν scribendum puto, cum praecedat ἡμέτερα. STEPH.

ibid. Ξύμμαχοι) Huc spectat Hermogenis Scholiasta p. 44 ed. Aldinae: σύμμαχοι perperam scribens. WASS. Ste-

Digitized by Google

phanus praeter ea, quae Hudſ. in var. lect. ad lin. 9 ex eo deſcripſit, haec habet: Quamvis fateor illum (dativum) non ſemper ſubaudiendum relinqui.

ead. l. 12. Περιέστηκεν) Dionyſ. Halicarnaſſeus, acris Thucydidis reprehenſor, hunc locum imitatus eſt lib. 6, p. 374. nam in Valerii ad plebem oratione ita clauditur quaedam periodus: Καὶ περιέστηκεν ἡ δοκοῦσα ἡμῶν τοῦ κοινοῦ πρόνοια, ἰδίᾳ πρὸς ἑκάτερον μέρος ἀπέχθεια φερομένη. En! περιέστηκε φερομένη dicit, quod alius diceret, περιέστηκεν εἰς τὸ φέρεσθαι, ſicut a Thucydide dicitur, περιέστηκε φαινομένη, cum dicendum eſſet (uſitatam ſequendo orationis formam) περιέστηκεν εἰς τὸ φαίνεσθαι. Steph. in notis ad Dion. Halic. Huds. Vid. Steph. Operar. in Dion. c. XVI, & II Schediaſm. 4. Vid. & Caſaubonum ad d. l. Dionyſii pag. 26.

ead. l. 14. Ξυγκινδυνεύειν) Revocavi ξυγκινδυνεύειν ex edd. Vaſc. Steph. & Baſ. & Codd. Caſſ. & Gr. pro eo, quod in edd. Porti & Hudſoni erat ξυνκινδυνεύειν. Hoc leve eſt; ſed tamen monendum erat.

ead. l. 15. Τὴν μὲν οὖν &c.) Hunc locum mendi ſuſpectum habere nos vetant ea, quae ſcribit Scholiaſtes, videlicet λείπειν hic praepoſitionem κατά. nam hoc λείπειν ita intelligendum eſt, ut in Proparaſceue docui. Steph.

Pag. 50. *l.* 8. Ἀπραγμοσύνη) Vide Schol. Hermogenis p. 44. Wass.

ead. l. 9. Ξυντυχία) Lectionem margini adſcriptam ξυμμαχία, pro ξυντυχία, Vallae interpretatio agnoſcit: quam tamen adulterinam puto, & ab aliquo profectam, qui annotaſſet, his verbis, ἡ ξυντυχία τῆς ἡμετέρας χρείας, intelligi iſtud, videlicet ξυμμαχία. Vide & quae hoc de loco dicam apud Scholiaſtem. Steph.

ead. l. 13. Μετ' ἀειμνήστου μαρτυρίου) Scholiaſtes ita loquitur, quaſi obſervatione dignum ſit μαρτύριον neutro genere a Thucydide dici. Schol. Roſtg. & Caſſ. addunt, hoc apud ſolum Thucydidem inveniri. Falluntur. etiam e Xenophonte affertur in Lexicis, & eſt apud Plutarchum cum alibi, tum in Public. pag. 195 ed. Steph. Thomas Magiſter haec verba Thucydidis laudans in μαρτύριον, dicit elegantius eſſe μαρτύριον, quam μαρτυρία. Et tamen μαρτυρία multis locis in Demoſthene, Aeſchine, & aliis Atticis ſcriptoribus legitur.

Pag. 51. *l.* 1. Σπανιωτέρα) Verti *magis ſingularis*. No-

Digitized by Google

ſter VII, 68: Κινδύνων οὗτοι ΣΠΑΝΙΩΤΑΤΟΙ, οἳ ἂν ἐλάχιστα ἐκ τοῦ σφαλῆναι βλάπτοντες, πλεῖστα διὰ τὸ εὐτυχῆσαι ὠφελοῦσι. WASS. Theophil. Corydall. § 57 Expoſit. Rhetor. in Fabric. T. XIII Bibl. Gr. male: καὶ σκέψασθε τῆς εὐπραξίας σπανιώτερα.

ead. l. 2. Ἢν ὑμεῖς ἂν πρὸ πολλῶν χρημάτων καὶ χάριτος ἐτιμήσασθε) Huc reſpexiſſe videtur Suidas: Ἐτιμήσασθε, ἀντὶ τοῦ, ἠγοράσατε. Θουκυδίδης· ἣν ὑμεῖς πολλῶν χρημάτων ἐτιμήσασθε.

ead. l. 3. Προσγενέσθαι) Non puto futurum tempus hic locum habere poſſe: ideoque libenter προσγενέσθαι retineo. STEPH.

ead. l. 4. Κινδύνου) Magis Thucydideum eſt ἄνευ κινδύνου καὶ δαπάνης, quam ἀνευ κινδύνων καὶ δαπάνης. IDEM. Κινδύνων euphonia favet, illud a ſermonis proprietate commendatur. Verum praecedit genit. plur. biſque Homerus ἄνευ Διὸς ἥδε γε βουλὴ, & ἄνευ κινδύνου Philopon. in Ariſtot. de Anima. WASS.

ead. l. 5. Ἀρετὴν) pro εὐδοξίαν Harpocrat. vid. Etymol. ita & Andocides. vid. Suidam. IDEM.

ead. l. 7. Παντὶ) Lectio margini adſcripta nullo ferri modo poteſt: hanc vero Valla recte interpretatus eſſe videtur, *quae cuncta perpaucis ex omni memoria pariter contigerunt.* STEPH.

ead. l. 13. Πολεμησείοντας) Agn. Suidas in πολεμησείειν, & expl. πολεμικῶς ἔχειν. vid. Il. ζ', 57. Euſtath. Il. Baſ. ed. 33, 7. & Marcellin. WASS.

ead. l. 15. Ἐπιχείρησιν) Hic quoque merito lectionem, quae in contextu eſt, alteri nos praetuliſſe, alii cum aliorum, tum ipſius etiam Thucydidis, loci oſtendunt. STEPH.

Pag. 52. *l.* 2. Φθάσαι ἁμάρτωσιν) Per Enallagen pro φθάσαντες ἁμάρτωσιν. F. Port. HUDS. Paulo ante δυεῖν pro δυοῖν edi voluit Cl. WASS.

ead. l. 6. Αὐτοῖς) omittit Clar. male. IDEM.

ead. l. 11. Ἐκπέμπονται) Non minus ἐκπέμπονται, quam ἐκπέμπεται, legi poteſt: etiamſi praecedat ἀλλοτριοῦται. Nam ἐκπέμπονται (quod exſtat in meo veteri Codice) ad ἀποικοι, ut ἐκπέμπεται ad ἀποικία referretur. Fateor tamen, alium quam Thucydidem ἐκπέμπεται potius ſcripturum fuiſſe, reſpiciendo ad vicinius nomen ἀποικία, praeſertim cum iam ei verbum ſingularis numeri ἀλλοτριοῦται, non plurale ἀλλοτριοῦνται aptatum fuerit. STEPH.

Digitized by Google

Pag. 54. *l.* 1. Καὶ ἐπιόντων) om. Cl. at fine ſententiae diſpendio abeſſe nequit. WASS.

ead. l. 2. Προσλαβεῖν) Non προσλαβεῖν, ſed προλαβεῖν, Valla legit. Verum etiam pagina 57 illud, non hoc, ſcriptum eſt, & a Scholiaſte agnoſcitur. STEPH.

ead. l. 3. Τοὺς ἐκ τῆς ὑμετέρας μισθοφόρους) Haec ſcriptura, non quae margini adſcripta eſt, in vet. meo exemplari exſtat: quod ſi tamen τὰς μισθοφορίας Thucydides ſcripſiſſe putaretur, ita μισθοφορίας dixiſſe ἀντὶ τῶν μισθοφόρων videri poſſet, ut πρεσβείαν dicere ἀντὶ τῶν πρέσβεων conſuevit. Niſi forte illud durius, quam hoc iudicari debet. IDEM.

ead. l. 7. Ὅτι οἱ αὐτοὶ — βλάψαι) Ulpian. in Argum. Olynth. ά Demoſthenis.

ead. l. 13. Ἐχυρώτατος) In Steph. & al. edd. ὀχυρώτατος. Non minus placet ἐχυρώτατος, praeſertim, cum pag. 64 ἐχυρωτέρα δύναμις ſcriptum ſit, & alibi quoque haec ſcriptura exſtet. STEPH. Ἐχυρὸς non tantum ad loca, ſed & perſonas ſpectat. Plutarch. Solone, ἐχυρὸς ἦν πρὸς τοὺς καλούς. Apud Ioſephum p. 186 pro ὀχυρότατον omnino leg. ἐχυρότατον, cui favet Codex Samb. Noſter pag. 64. vid. Scholiaſt. pag. 462. Voce ὀχυρόω uſi Aelian. V. H. XIII, 1. Xenoph. D. Halicarn. WASS.

Pag. 55. *l.* 7. Ὀσονοὺ) Notam integram Stephani deſcripſit Hudſonus in Var. Lection. Loca, quae affert Stephanus, nihil faciunt pro lectione ὅσον οὔπω. Nam Thucydides non minus ſaepe dicit ὁσονοὺ & ὁσονοὺκ, quam ὅσον οὔπω, & ὅσον οὐδέπω. Vid. Ind. Et utrumque recte dici docet Thom. Mag. Porro ubique varie ſcribitur ὁσονοὺ, ὅσον οὐ, ὁσονοὺκ, & ὅσον οὐκ.

ead. l. 10. Πολεμοῦνται) Convenientius, quam πολεμεῖσθαι, videtur huic loco eſſe πολεμοῦσθαι: quod habes & c. 57 duobus in locis. Pro eodem autem & ἐκπολεμοῦσθαι dicitur. STEPH. Sed Harpocration dicit ἐκπολεμῶσαι eſſe εἰς πόλεμον καταστῆσαι: quod huic loco non convenit.

ibid. Τῆς τε γὰρ Ἰταλίας) Vide Xenophontis Ἑλληνικῶν lib. 6, pag. 585 ed. Leuncl. & Diod. Siculum lib. 12, p. 313 ed. Steph. HUDS.

ead. l. 15. Προέσθαι) Ferri non poteſt illa, quam margo habet, ſcriptura. STEPH.

Pag. 56. *l.* 2. Τούτων δ' εἰ) Ne ea quidem, quae ibidem eſt, tolerari poſſe videtur. IDEM.

Digitized by Google

ead. l. 3. Τὰ δύο) Δύο Etymologus, & Magiſter. Ita, Heſychio teſte, Dores. Neque aliter ſcribendum. Homer. Iliad. α', 16. vid. Euſtathium pag. 20 Il. β', Catalog. v. 238. WASS.

ead. l. 6. Ὑμετέραις) Legitur etiam ἡμετέραις, quae lectio non minus, quam altera, placet: ut ſit ſenſus, *noſtrarum navium adiunctione, plures habebitis, quibus cum illis dimicetis: cum alioqui noſtras adverſum vos dimicantes habituri eſſetis.* STEPH.

ead. l. 9 ſqq. Ἀναγκαῖοι — ἀμφοτέρων) Schol. in Hermogenem p. 80. WASS.

ead. l. 16 ſqq. Ἐπὶ κακουργίᾳ — ἔχειν) Haec laudat Schol. Hermogenis p. 44. IDEM.

Pag. 57. *l.* 3. Ἔχειν, οὔτε παρ.) Pro παρακαλοῦντος, quod habes in marg. e regione interpretationis Vallae, ſcribe παρακαλοῦντα: (annotavit Steph. in marg. ſuae edit. 2, Vallam videri legiſſe παρακαλοῦντος) haec enim eſt ſcriptura, quam eum ſecutum eſſe iſta eius verba oſtendunt, *aut teſtem, a quo verecundiae admonerentur.* Verum hoc quoque animadvertendum, particulam οὔτε ab illo poſt ἔχειν non agnoſci: ſed potius hunc locum perinde verti, ac ſi ſcriptum eſſet, τὸν παρακαλοῦντα αἰσχύνεσθαι. quamquam & abſque articulo fortaſſe effici idem ſenſus poteſt. Sed noſtram ſcripturam longe illi praefero: & intelligo, οὔτε παρακαλοῦντες πρὸς ξυμμαχίαν, αἰσχύνεσθαι εἰ μὴ τυγχάνοιεν, id eſt, *non erubeſcere, ſi repulſam paterentur.* STEPH.

ead. l. 7. Μάλιστα τοὺς ἄλλους) Si μάλιστα δὲ legas, participium ἐκπλέοντας poſitum erit pro ἐκπλέειν. qui participii uſus valde durus eſſet. Alteram autem lectionem retinendo, illa oratio reſolvi in hanc poterit, διὰ τὸ αὐτοὺς, οἳ ἥκιστα ἐπὶ τοὺς πέλας ἐκπλέουσι, μάλιστα τοὺς ἄλλους δέχεσθαι, ἀνάγκη καταίροντας. id eſt, οὓς ἀνάγκη ἐστὶν ἐκεῖσε καταίρειν. Eſt enim apud eum (ne fallaris) dativus ἀνάγκῃ, non nominativus ἀνάγκη. Alius tamen, ſtructura magis uſitata utens, dixiſſet, διὰ τὸ αὐτοὺς ἥκιστα μὲν ἐπὶ τοὺς πέλας ἐκπλέειν, μάλιστα δὲ τοὺς ἄλλους δέχεσθαι, ἅτε δὴ ἀνάγκη ἐκεῖσε καταίροντας. IDEM.

ead. l. 8. Τὸ εὐπρεπὲς ἀσπονδον) Camerarius poſt annotatam varietatem ſcripturae addit: Explicator legiſſe videtur, ἄσπονδον, οὐχ ἵνα μὴ ξυναδικῶσιν ἑτέροις, προβέβληται.

Digitized by Google

ead. l. 13. Ἀληπτότεροι ἦσαν) Particula ἂν cum ἦσαν nihil opus est. STEPH.

ead. l. 15. Δεχομένοις) Hoc participiò λαμβάνουσι expositum ab aliquo fuit illud δεχομένοις. STEPH. Praeterea, λαμβάνουσι παρήχησιν hic aperte captatam tolleret. WASS. In Cass. interpretatio illa λαμβάνουσι scripta erat inter versus super δεχομένοις.

Pag. 58. *l.* 2. Δ' ὄντες) Rectius Cass. δὲ ὄντες, & infra c. 43 τὸ δὲ ἴσον C. Graev. sic παρὰ δὲ ἑτέροις Hippocrates § III, 13. Thucydid. c. 86 πρὸς δὲ ἡμᾶς Cass. III, 13 ἢν δὲ ἐλευθεροῦντες Reg. Cass. Gr. III, 28 δὲ ἀναστήσας Cass. Gr. III, 107 τῇ δὲ ἕκτῃ Reg. Cass. IV, 104 οἱ δὲ ἐναντίοι plerique Mss. & edd. V, 1 δὲ ἐπιγιγνομένου Reg. Cass. V, 18 τὸ δὲ ἱερὸν Reg. V, 72 τῷ δὲ ἄλλῳ Ar. C. Reg. Cass. Gr. V, 103 δὲ ἐς ἅπαν Ar. C. Reg. Cass. Dan. Favent Stobaeus, & D. Halicarn. II, 84 οἱ δὲ Ἀθηναῖοι Reg. Cass. Gr. I, 91 οἷόν τε εἶναι Cass. V, 14 ὥστε ἀδύνατα Reg. bene. V, 49 ποτὲ ἐς Ar. C. Dan. ibid. ὕστε ἐσέπεμψαν Gr. II, 11 ἔπεσθε ὅπῃ ἂν Mss. II, 62 οὔτε ἐγὼ Gr. recte. sequitur statim οὐδ' ἄν. II, 71 οὐδὲ ἄξια. II, 81 οὔτε ἐπέσχον Ar. C. Dan. WASS.

ead. l. 5. Κατοικίσαι) Magis placet altera lectio, quae annotata hic non fuit, ἀποικίσαι, quae cum ἄποικοι & ἀποικίαι conveniet. Alioqui certe μετοικίσαι pro ἀποικίσαι positum dicetur. STEPH. Videtur Stephanus, cum hoc scribebat, alias res egisse, nec satis attente inspexisse Thucydidem, qui non μετοικίσαι, sed κατοικίσαι dicit. Neque enim poterat ignorare, non minus recte de hac re κατοικίσαι, quam ἀποικίσαι dici.

ead. l. 10. Εὐπρεπῶς) Haud scio, an alibi apud hunc scriptorem exstet adverbium ἐκπρεπῶς, quod margini est adscriptum: Valla tamen ita legit, & ἐπιστρατεύομεν. Sed nostra lectio magis placet, repetendo ἀπὸ κοινοῦ particulam ἂν cum ἐπιστρατεύοιμεν: ut perinde sit, ac si dictum foret, οὐδ' ἂν ἐπιστρατεύοιμεν εὐπροσώπως εἰ μὴ καὶ ἀδικοίμεθά τι οὐ μετρίως, ἀλλὰ διαφερόντως. STEPH. Scholiastes ad III, 55, ἐκπρεπέστερον exponit ἔξω τοῦ πρέποντος. Hanc significationem hic quoque secutus Valla vertit, *neque abs re bellum eis intulimus.* Quamquam autem etiam alii bonae notae Codices hanc scripturam exhibent, tamen puto audiendum Stephanum. Nam si ea esset sententia, quam expressit Valla, omittenda fuissent illa μὴ καί.

Digitized by Google

Pag. 59. *l.* 5. Δεῖ τηρεῖν) Verbum τηρεῖν nec in meo veteri est, nec a Scholiaste agnoscitur: sed nec Valla certe illud agnoscit. Potest autem vel abesse, vel adesse, prout participium προῦχοντα exponemus: in cuius tamen expositione constare sibi Scholiastes non videtur. STEPH.

ibid. Ἐς ἴσον) Libentius legerem ἐς τὸ ἴσον. IDEM.

ead. l. 12. Χρῆν) Gu. Cl. ἔχρην. ab editis stat T. Magister. pro ἔπρεπε, καὶ πρέπει Sophocl. Eurip. Aristoph. Verum tam ἔχρην, quam χρῆν, pro χρή. Ceterum in adliterationibus istis frequens noster, quo nomine reprehenditur apud Dion. Halicarn. Anacreon:

Μεθύοντα γάρ με κεῖσθαι
Πολὺ κρεῖσσον ἢ θανόντα.

Noster alibi, χρηματιεῖσθαι ἢ μαχεῖσθαι. WASS.

Pag. 60. *l.* 1. Ἀπογενόμενοι) Si ἀπο γενόμενοι scribere malimus, non carebit exemplo, ut opinor, iste particulae ἄπο usus. STEPH.

ead. l. 3. Κοινώσαντας) Non placet κοινωνήσαντας, quod aliam constructionem postulet: quam & infinitivo κοινωνεῖν statim post dari vides: ex quo tamen subortam esse lectionem illam κοινωνήσαντας credibile est. IDEM.

ead. l. 4. Μόνων) Nec μόνων, nec μόνον, sed μόνους libenter scripserim: ἀμετόχους quidem certe retinens, non autem in ἀμετόχως mutans, cui non video, quomodo locus esse possit. IDEM.

Pag. 61. *l.* 7. Δι' ἀνακωχῆς) Ἀνακωχὴ vox glossematica & obscura, cuius ob usum Thucydidem reprehendit Dionys. Halicarn. in libello περὶ τῶν τοῦ Θουκυδίδου ἰδιωμάτων. HUDS. Locus est pag. 133. Sed fortasse hic quoque, ut alibi, quemadmodum annotarunt viri docti, κριτικώτερος, quam par erat, fuit Dionysius. Nam quomodo aetate Thucydidis obsoletum & obscurum potuit esse nomen ἀνακωχὴ, cum Herodotus, paulo ante eum, & non multo post, Sophocles, usi fuerint verbo ἀνακωχεύειν? Quin & ipse Dionysius suo se gladio iugulat, III Antiq. 16 scribens ἀνακωχὰς δεχημέρους ποιησάμενος. Posset quidem videri non adeo sui oblitus fuisse, ut voce a se damnata uti voluerit, atque ideo hic praeferendum, quod est in Cod. Vatic. ἀνοχάς. Sed hoc firmius esset, nisi etiam alibi usurpasset, quae in Thucydide reprehendit, quorum nonnulla observarunt Sylburgius ad l. d. περὶ τῶν τοῦ Θουκ. ἰδιωμ. & H. Steph. Annotat. in Dionys. Hali-

carn. c. 16. Scholiastae interpretationem descripsit Suidas in ἀναχωχή. Add. Ammon. h. v. ubi pro ἀνοχὴ μακρὰ πολέμου, e Schol. Thuc. Thom. Mag. & Suida, scribendum est μικρά.

ead. l. 8. Πώποτε) Forte ita legendum, hiatu insuper habito. Et sic Thom. Mag. in διαχωχή. WASS.

ibid. Καὶ τὸν νόμον) Scholiastes καὶ κοινὸν νόμον legisse videri queat. STEPH.

ead. l. 12. Ἀμύνειν) Hic quoque Scholiasten descripsit Suidas in ἀμύνασθαι.

ead. l. 14. Φανεῖται) Qui φανεῖτε pro φανεῖται hic legit, miror unde illud habuerit, & quomodo admitti posse existimaverit. STEPH.

Pag. 62. *l.* 2 sqq. Δικαιώματα — τοιάνδε) Dion. Hal. & om. ἱκανὰ, & alia reprehendit immerito. WASS. Est p. 134 περὶ τῶν τοῦ Θουκ. ἰδιωμ.

ead. l. 11. Ἐπικράτησιν) Duriusculum putat IX, 142 Pollux. D. Laërtius, Ψυχὴν δὲ κρᾶμα ὑπάρχειν ἐκ τούτων κατὰ μηδενὸς ΕΠΙΚΡΑΤΗΣΙΝ. WASS.

ead. l. 13. Ἁπάντων) Quidam πάντων. male. Vid. ad c. 143, II, 45, & passim. ἅπαντα apud Platonem, Aeschin. D. Hal. ob vehementiam. WASS. Ἀπερίοπτοι e Thucydid. laudat Poll. II, 58. Imitatus est hunc locum Thucydidis Dion. Halic. II, 11: Καὶ οὐδενὸς τῶν ἀνηκέστων ἀπεχόμενοι παρὰ τὸ νικᾶν. vid. Henr. Steph. ad Dionys. cap. 16, & in Annot. ad illum locum p. 10.

Pag. 63. *l.* 2. Ἀντιστάντα) Ut retineri posset ἀνθιστάντα, (quod habuit praecedens editio, sicut & illa priores) activam eius significationem in neutram, contra Graecae linguae consuetudinem, mutare oporteret. STEPH.

ead. l. 5. Ἀμύνεσθαι) Ita legit Eustath. Il. 546. c. & ἀμείβεσθαι reddit, κολάζειν vero Suidas in ἀμύνασθαι. WASS. Suidae interpretatio est e Scholiaste ad lin. 12 pag. 61, nec ad hunc locum refertur. Potius huc pertinet, quod est in princ. eiusdem articuli apud Suidam; Ἀμύνασθαι. Θουκυδίδης μὲν ἀντὶ τοῦ ἀμείβεσθαι. vid. hic Schol. qui recte censet, ἀμείβεσθαι, quod nonnulli Mss. habent, ex interpretatione esse. Eadem, quae in Suida v. ἀμύνασθαι, etiam in vet. Lexico Biblioth. Coisl. apud Montfaucon. p. 231 leguntur. Add. Thucyd. IV, 63, & ibi Schol.

ead. l. 10. Κελεύουσιν) Κελεύω Suidas δοτικῇ, inquit, καὶ αἰτιατικῇ. dein Scholia exscribit non praeter solitum. Sci-

Digitized by Google

licet, aliquando retinet vim κέλω, hortor, ut ſaepe apud Homerum, unde Euſtath. ad Il. λ', κελεύων ὔμμ' ἅμ' ἕπεσθαι, haud, ait, eſſe vocem δεσποτικήν. Noſter alibi, etiam pro *peto*, *auctor ſum*. Sic Terent. *Iubeo Chremetem*, in familiari ſermone dicere non veritus eſt. Virgil. de petitione & optatis, *Tuus*, *o Regina*, *quid OPTES Explorare Labor*, *mihi IUSSA capeſſere fas eſt*. vid. Epictetum ſent. XVI, & Apollon. Rhod. III, 172 & 195, & Theognidem, quem verſione donavit amicus noſter ἑλληνικώτατος Antonius Blackwall, ſcholae Derbienſis moderator, v. 468. Gr. οἱ Κερκυραῖοι, non male. WASS. In Caſſ. adſcriptum eſt Scholion παραινοῦσιν.

ead. l. 14 ſqq. Ἡ γὰρ — λῦσαι) Plutarch. Mor. 538; ubi, κἂν ἐλάττων ᾖ, καιρὸν ἔχ. WASS.

Pag. 64. *l.* 5. Περιπεπτωκότες οἷς ἐν τῇ) De Thucydidea huius loci brachylogia vide, quae apud Scholiaſten annotavi. STEPH.

ead. l. 8. Καὶ μὴ τῇ &c.) Interpungendum eſt poſt μή, ne haec particula ad ὠφεληθέντας tendere videatur, cum tendat ad βλάψαι. Admonitum autem lectorem volo, non paucos hunc ſcriptorem locos huic ſimiles habere, id eſt, in quibus itidem poſt negativam particulam interpungere oporteat, ne cum viciniore voce iungatur, cum contra cum remotiori iungi debeat. IDEM.

ead. l. 14. Βουλεύσεσθε ὑμῖν &c.) Scripturam margini appoſitam, ἐν ὑμῖν αὐτοῖς, profectam eſſe a quopiam arbitror, qui ὑμῖν αὐτοῖς cum τὰ ἄριστα iungi non animadvertebat. IDEM.

ead. l. 15. Τοιαῦτα δὲ) Non dubito, quin δὲ, non δὲ, a Thucydide ſcriptum hic fuerit: praeſertim cum ſtatim eadem particula δὲ ſequatur. IDEM.

Pag. 65. *l.* 4. Ξυμμαχίαν) Ammonius in συμμαχεῖν: συμμαχίαν μὲν οὐ ποιήσασθαι, quod rotundius; ſed aliter libri. WASS. Oſtendit ibi Ammonius diſcrimen inter συμμαχεῖν & ἐπιμαχεῖν: ſed corruptum eſt, quod editur, ἐπ' αὐτοῖς ἐπίοιεν πολέμιοι, εἶδ' ἕτεροι ἐπιστρατεύοιεν. Forte, εἶδ' ἑτέροις ἐπιστρατεύοιεν αὐτοί. Suidas in συμμαχία Scholiaſten exſcripſit; ſed pro μόνον perperam habet μόνῳ.

ead. l. 8. Τῇ ἀλλήλων) Flor. τῷ ἀλλήλων, quod placet. vid. cap. 34 & 37. WASS. Nihil muto. Deeſt χώρᾳ, γῇ, vel ſimile quiddam: nam mox dicit ἐπὶ Κέρκυραν, ἢ Ἀθήνας. Dionyſ. Halic. III, 34: ἐμβαλόντες εἰς τὴν ἀλλήλων

Digitized by Google

γῆν. Thucyd. infr. c. 50: δείσαντες μὴ ἐς τὴν γῆν σφῶν πειρῶσιν ἀποβαίνειν. Scriptor anonymus apud Suidam in ἐπιμαχεῖν: φιλίαν σφίσιν ἔνσπονδον εἶναι, ἐπὶ τῷ τῇ ἀλλήλων ἐπιμαχεῖν.

Pag. 66. *l.* 2. Ἐν παράπλῳ κεῖσθαι.) Thucydideum plane loquendi genus, quod multi poſtea ſunt imitati, ut videre eſt apud Caſaubonum in notis ad Dionyſ. Hal. pag. 344. HUDS.

ead. l. 5. Δέκα ναῦς αὐτοῖς) Lacedaemonio Cimonis filio in contumeliam tantum decem naves Periclis ſuaſu attributas ſcribit Plutarchus in Pericle. quem vide pag. 167 ed. Francof. IDEM. vid. Diodor. XII, pag. 304. c. WASS.

ead. l. 12. Ἐς τὴν Κέρκυραν) Ἐς Κέρκυραν Gr. ſine articulo, rectius. Pro λύειν Ar. κωλύειν, forte πω λύειν. IDEM.

Pag. 67. *l.* 9. Ἐν τῇ Ἐλαιάτιδι) Aut pars agri Theſprotici Ἐλαιάτις vocabatur, (forſan, ut coniicit Palmerius, a portu Ἐλαίας, quem memorat Ptolemaeus) cuius tamen rei nullum auctorem habeo: aut Ἐλαιάτιδι ſcribendum, & ſignificabit Ephyram in paluſtri loco ſitam, ut diſtinguatur a ceteris, quae eodem nomine vocabantur. F. Port. Ἐλαιούντιδι pro Ἐλαιάτιδι reſcribendum cenſeo; ita enim illa regio appellabatur, ab Elaeunte oppido, quod in confiniis Theſprotiae ſitum erat. Berkelius. Vide Palmerii Graec. antiq. p. 281 &c. & p. 292. HUDS.

ead. l. 10. Ἐφύρη) Deinde, ut Strabo VII, Κίχυρος. pro Ἐλαιάτιδι reſcribit Berkelius Ἐλαιούντιδι. V. Holſtenius. WASS. Holſtenius ad Stephan. v. Ἐλαία retinet ſcripturam vulgatam. Ea ſi recte habet, nihil probabilius eſt ſententia Palmerii, quam etiam ſequitur Cellar. II Geogr. Ant. 13; ubi vitio operarum puto ſcribi, in Graecis exemplaribus Thucydidis eſſe Ἐλεάτιδι. Nam ita legiſſe Vallam, ut qui verterit, *in paluſtribus Theſproditis ſita*, ſuſpicatur Portus. H. Stephanus in marg. ed. ſecundae remittit lectorem ad Annotata ſua; nec tamen in his quidquam de hac voce habet. Ἐφύρη cur caſu tertio ſcribi debeat, non video, & utique cum interpretibus Thucydidis & Palmerio cum πόλις iungendum puto. Nec aſſentior Cellario, aliam eſſe πόλιν, quam memorat Thucydides, aliam Ἐφύρην putanti, ut ex eo patet, quod χειμέριον *portum iuxta promontorium eſſe* ſcribit; *urbis autem nomen quodnam fuerit, dubitari.* Nam ſi Ἐφύρη, quod editur, & Cellarius probare videtur, relinquitur, non alius eſſe poteſt horum ver-

Digitized by Google

borum ſenſus, quam πόλιν illam in Ephyre, urbem ſcilicet in urbe, ſitam eſſe: quod intelligi non poteſt. Strabo Lib. VII, p. 327, de Ephyre ita ſcribit: ὑπέρκειται δὲ τούτου μὲν τοῦ κόλπου Κίχυρος, ἡ πρότερον Ἐφύρα, πόλις Θεσπρωτῶν: quae a Thucydide ſumta eſſe apertum eſt, & monuit Palmerius. In Caſſ. quoque & Graev. eſt Ἐφύρη: in quo tamen non multum praeſidii foret, niſi ſententia alteri ſcripturae repugnaret. Nam in his ι, quod ſubſcriptum vocant Grammatici, plerumque omittitur. De Acheruſio lacu, & Acheronte fluvio, Palmerius II Graec. Ant. 5 & 8.

ead. l. 13. Θύαμις) Vid. Strabon. VII, pag. 324; Cic. Attic. VII, 11; Athenaeum III, 1; Pauſan. I, 11; & Ptolemaeum. Plinio & Athenaeo flumen eſt Theſprotiae. Hodie iuxta Thevetum Calama. Eſt & eiuſdem nominis pagus in Gedroſia. De Thuamia agri Phliaſii adi Xenophont. Hiſt. VII, p. 624. Noſter Θυάμιου ὄρους meminit III, 106. WASS. De Thyami fluv. & Ceſtrine etiam Palmer. II Graec. Ant. 4 & 5. Λευκίμνη, de qua cap. ſeq. ſupra quoque cap. 30, in quibuſdam Mſſ. eſt Λευκίμμη. Vid. Caſaub. ad Strab. VII, 324.

Pag. 68. *l.* 13. Τριῶν ἡμερῶν) Ut hic dicit τριῶν ἡμερῶν σιτία pro εἰς τρεῖς ἡμέρας, ita & alibi loquitur. STEPH.

ibid. Ναυμαχίᾳ) Exempla utriuſque conſtructionis apud hunc ſcriptorem exſtare puto, eius tamen potius, quam in contextu habemus. IDEM. Ὡς abeſt Cl. & mox τῶν etiam Gr. Ar. non bene. WASS.

Pag. 69. *l.* 2. Μετεώρους) Νῆας habebant Suidae exemplaria, quomodo ſemper Herodotus, forma Ionica. Noſter ναῦς, hic & alibi, atque ita D. Halicarn. p. 242, 20, Thucyd. laudans. Ita etiam ipſe in Antiqq. V. II, 543. lin. 8 αἱ non agnoſcunt Gr. Ar. C. recte. IDEM.

ead. l. 13. Ἑκατέροις ἤρθη) Laudat Suidas in σημεῖα. IDEM. Vid. Lipſ. IV de Milit. Rom. Dial. ult. Kuſterus ad Suidam non recte annotat, locum illum e cap. 63 huius libri eſſe.

Pag. 70. *l.* 6. Τοῖς ἐπὶ τοῦ καταστρώματος ὁπλίταις) Vid. Scheffer. II de Re navali 5. Διέκπλους, de quibus mox, rurſus dicit in pugnis navalibus, II, 89, VII, 36 & 70. Et ſic ſaepe alii. Vid. Kuhn. ad Polluc. I, 153; & Scheffer. III de Milit. Nav. 6. eoque etiam pertinent, quae annotavit Freinshem. ad Flor. II, 2 in fin. Suidas

Digitized by Google

in διέκπλοι descripsit scholia ad h. l. sed verba illa καὶ διασχίζειν τὴν τῶν ἐναντίων τάξιν, quae Kusterus in scholiis non legi dicit, sunt e Scholiaste ad II, 89.

ead. l. 11. Ἐν ᾗ αἱ Ἀττικαὶ) Hic Thucydides περὶ τῶν Ἀθηναίων νεῶν τὸν λόγον ποιούμενος, πρὸς τοὺς αὐτῶν στρατηγοὺς μετέβη. Schol. ad Sophocl. p. 219, 225 ed. Steph. HUDS. Ἐν ᾗ — Ἀθηναίων) Haec laudans Schol. Sophoclis ad Antig. 133, ἐκεῖνος, inquit, περὶ τῶν Ἀθήνηθεν νεῶν τὸν λόγον ποιούμενος, ἔτρεψε τὸν λόγον πρὸς τοὺς αὐτῶν στρατηγούς. εἴποι habet pro εἴ πη, hinc corrigendus, & τοῖς ἐναντίοις omittit contra Mss. Idem ad vers. 266 εἴ πη agnoscit, atque etiam τοῖς ἐναντίοις; sed utroque loco παραγενόμεναι perperam exhibet. Supra l. 9 Gr. τε καὶ ῥώμη: ita ter hac in pagina; proinde in textum non recepi. Idem lin. 1 delet copulam. WASS.

Pag. 71. *l.* 5. Ταύτῃ) Huc spectat Libanius Parentatione in Iulianum Imp. p. 252 IDEM. In Cass. est scholion ad supplendam ellipsin, ἐν τῇ μερίδι.

Pag. 72. *l.* 1. Ξυνέπεσον) Non video, qui admitti possit ξυνέπεσεν. STEPH. In Reg. & Cass. adscriptum erat scholion τὰ πράγματα.

ead. l. 4. Ἀναδούμενοι) Vid. Kuhnium ad Pollucem I, 125. Aeschylus Pers. 418: ὑπτιοῦτο δὲ ΣΚΑΦΗ ΝΕΩΝ &c. vid. locum. WASS. Clar. Wasse hic deleverat distinctiones post εἶλκον & καταδύσειαν. Kuhnius ita distinguit: τὰ σκάφη μὲν οὐχ εἶλκον ἀναδούμενοι τῶν νεῶν, ἂς καταδύσειαν πρὸς δὲ τοὺς ἀνθρώπους ἐτράποντο &c. Ut Thucydides dicat, Corinthios non pro more traxisse religatas a suis puppibus scaphas hostium, sed potius ad caedem hominum, demersis navibus, se contulisse. Ita σκάφη νεῶν per periphrasin erunt ναῦς, ut apud Aeschylum quoque exponit Scholiastes. Idque etiam suspicabatur H. Stephanus in Thes. prolato loco Euripidis, in quo σκάφος νεὸς pro navi dicitur: quod verum puto. Nam si hic σκάφη pro alveis navium accipias cum Scholiaste, non facile dictu est, quomodo alvei navium submersarum a puppibus victricium religari potuerint. Scribit ille quidem ad cap. 54, & ex eo Suidas in καταδύσαντες, καταδῦναι hic non esse *deprimere* naves, sed *lacerare*. Verum haec expositio, ut ibi annotat Stephanus, merito in dubium vocari potest, nec facile ullius probati scriptoris testimonio confirmari poterit. Illa autem, quae sequuntur, ἃς καταδύ-

Digitized by Google

σειαν, per ellipſin erunt exponenda, hunc in modum, ut mihi videtur: converſi ad caedem hominum, *qui fuerant in navibus*, quas ſubmerſerant, quique, malis, antennis, tabuliſve arreptis, per mare ferebantur. Sed tota ſtructura orationis valde intricata eſt. Morem religandi puppibus naves captivas ſaepe memorant Thucydides & omnes alii. vid. Xenoph. I Graec. pag. 445. Liv. XXX, 10, 24. DUKER. Vid. Heilman. ad h. l.

ead. l. 14. Ναυάγια) Agn. Suidas in ναυάγιον. Sic noſter lib. VII, c. 23; atque ita laudat D. Halicarn. p. 150. ita loquitur Xenophon. WASS.

Pag. 73. *l.* 1. Οἳ αὐτοῖς) Particula margini adſcripta pro οἳ magis placet, cum motum ad locum ſignificet. STEPH. Debuerat dicere, cum οἳ motum ad locum ſignificet. Sed ſatis apparet, alteram lectionem ei magis placuiſſe, quod etiam Hudſ. annotarat.

ead. l. 8. Ἐπεπαιώνιστο) Habes ἐπεπαιώνιστο apud Scholiaſtem. (etſi alterum verbum frequentius occurrat) quamvis autem ὡς ἐπίπλουν apud eundem legamus, ſcripſiſſe tamen ὡς ἐς ἐπίπλουν ſuſpicor. STEPH. Etſi Graeci non παιῶνα, ſed παιᾶνα ᾄδειν dicunt, tamen promiſcue παιωνίζω & παιανίζω uſurpant. Stanl. ad Aeſchyl. Sept. cont. Theb. v. 274, cui aſſentior. Ita Aeſchyl. l. d. Ariſtoph. Equit. 1315, & Pac. 554, Lucian. Zeux. p. 583, Thucydides IV, 96, & ſaepe alibi. vid. Ind. ſed tamen apud eum omnibus locis ſcriptura variat.

ibid. Ὡς ἐπίπλουν) Suidam, qui haec corrupte citaverat in Παιᾶνας, emendat Kuſterus. confer I, 50, & Spanhem. ad Iuliani Orat. I, pag. 233. WASS. Ubi multis agit de paeane, & rurſus ad Callim. hymn. Apoll. v. 98. Add. Luiſin. II Parerg. 12; Lipſ. IV de Milit. Rom. 11; & Camerar. ad Xenoph. Cyrip. pag. 356.

ead. l. 9. Πρύμναν ἐκρούοντο) De hac phraſi vide Schefferum de Militia Navali, l. 3, c. 4, & Gronovii Obſervat. l. 4, c. 26. HUDS. Poll. I, 125. Suidas in πρύμναν. Salmaſ. Epiſt. CXIII & ſeq.

Pag. 74. *l.* 12. Λεωγόρου) Sic Andocides Orat. I, pag. 246, non Λεογόρου. WASS. Λεωγόρας etiam Ariſtophan. Nubib. v. 109, & ibi apud Schol. Plato Comicus, Athenaeus IX, 9, & Plutarch. Vit. X Rhetor. Item alius apud Lucian. Phalar. 2, p. 737. Eſt hic Andocides rhetor, cuius ſuperſunt Orationes quaedam. Plut. l. d. De Leogo-

Digitized by Google

ra Scholiaſtes Ariſtophanis ad Nub. & ex eo Suidas in φασιανοί.

Pag. 75. *l.* 3. Ἐπὶ τὸν ἐν τοῖς Συβ.) Fuit igitur (ut exiſtimabat Palmerius, reclamante licet Scholiaſte) & Sybota portus in Theſprotiae continente deſertus, & alius in inſula, quae etiam Σύβοτα vocabatur. Vide Gr. antiq. pag. 276. HUDS. Non una, ſed plures erant hoc nomine inſulae, ut conſtat e cap. 47; ubi Schol. tres fuiſſe dicit. Unde autem Hudſonus intelligere potuerit, Scholiaſten negare Sybota portum deſertum in continenti fuiſſe, quod neque Palmerius, neque Holſtenius ad Stephan. v. Σύβοτα obſervarunt, non ſcio. Nam & hic, & ſupra cap. 50, & III, 76 diſertis verbis eum memorat.

ead. l. 5. Ἀπὸ τῆς γῆς) Cl. ἀπὸ γῆς. Mallem ναῦς etiam omiſiſſet, ut Act. XXVII, 13, & noſter non uno in loco. WASS. Τὰς ναῦς ἄραντες mihi non magis ſuſpectum eſt, quam ἄραντες ἀπὸ τῆς γῆς: nam hoc quoque infrequentius eſt, quam ἄραντες ſolum. Schol. ad II, 23, cum dicitur ἄραντες, ſupplet τὰς ναῦς; alii τὰς ἀγκύρας. Thucydides alibi dicit ἄραντες ταῖς ναυσὶ, ſupr. c. 29, & IV, 129. Ἀπὸ γῆς non minus recte dici arbitror, quam ἐν γῇ, & ἐκ γῆς, de quibus Salmaſ. Ep. III.

ead. l. 8. Ἀκριφνεῖς) Vox gloſſematica & obſcura, ut vult Dionyſ. Halicarnaſ. p. 133, qui tamen eadem utitur p. 185. dicit enim, εἰλικρινὴς ἁρμονία καὶ ἀκραιφνὴς χαρακτὴρ κατὰ πᾶν. HUDS.

ead. l. 10. Καὶ ἐπισκευὴν οὐκ οὖσαν τῶν νεῶν) Kuhn. ad Aelian. II Var. Hiſt. 13 putat, Atticam phraſin eſſe, pro ἐπισκευῆς οὐκ οὔσης. ſed ὁρῶντες poteſt repeti ἀπὸ κοινοῦ.

ead. l. 11. Τοῦ δὲ οἴκαδε) Nihil deeſſe puto huic loco, ſed praepoſitionem περὶ cum verbo διεσκόπουν ſubaudiendam relinqui. Fortaſſe autem & cum dicitur ὧν ἐνθυμηθέντες, aliquis illam ſubaudiri exiſtimet. Ceterum ὅποι potius, quam ὅπη, ſcribendum eſt. STEPH. Ὅποι & ὅπη paſſim confunduntur, & idem fere denotant. Mox οἱ abeſt Gr. bene. de inimicis inimicorum erat illa ſollicitudo. Paulo poſt προσπέμψαι mendoſe quidam libri. WASS. Supra cap. 29 προσπέμψαντες κήρυκα πρότερον. Homer. Il. α', 442: πρό μ' ἔπεμψεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων. Ubi eſt pro ſimplici mittere. In ſuperiore loco Thucydidis pro prius mittere: quam ſignificationem cum non omnino requirat hic locus, non plane damnandum videtur προσπέμψαι. Nam

Digitized by Google

& alibi προσπέμπειν κήρυκα dixit Thucydides. vid. Steph. Theſ. Ariſtoph. Equit. 471, προσπέμπων φίλους.

ead. l. 14. Ἀποπλεῖν) Adverbium οἴκαδε margini adiectum, ex hoc, qui parvo intervallo praecedit, loco; τοῦ δὲ οἴκαδε πλοῦ, ſumtum eſſe crediderim. STEPH.

Pag. 76. *l.* 2. Ἄνευ κηρυκίου) Κηρυκείου, quod eſt in Reg. hic etiam legit Suidas, & ſimul Scholiaſten deſcripſit. Κηρύκειον etiam ſaepe apud alios legas. In Pollucis exemplaribus VIII, 138 varia eſt ſcriptura.

ead. l. 9. Πρώτους λαβόντες) Eund. ſenſum utraque lectio efficit. STEPH. De hoc genere loquendi ἡμᾶς τοῦσδε vide, quae idem annotat in Append. ad Scripta de Dial. pag. 173.

Pag. 77. *l.* 12. Καὶ νεκροὺς) Scholiaſtes & τοὺς νεκροὺς & ἐξενεχθέντων, tanquam diverſam lectionem affert: ex qua prius quidem illud (id eſt, additum articulum) libenter ſumo: at hoc poſterius, genitivum videlicet, loco accuſativi, plane reiicio. Fateor tamen, quod ad prius illud attinet, paulo poſt eodem, quo hic, modo poſt τὰ κατὰ σφᾶς αὐτοὺς ναυάγια legi, καὶ νεκροὺς, ſine articulo: ſed quidni & hic deeſſe illum dicamus? STEPH.

ead. l. 14. Καταδύσαντες) Agn. Suidas h. v. & Schol. exſcribit. WASS.

Pag. 78. *l.* 6. Ἐπειδὴ ἦλθον) Nominativus Ἀθηναῖοι, quem habet lectio margini adſcripta, non dubito, quin ſumtus ſit ex his paulo ante praecedentibus, καὶ ἐπειδὴ Ἀθηναῖοι ἦλθον. Undecunque autem ſumtus ſit, ad alium nominativum, videlicet Κερκυραῖοι, hoc verbum ἦλθον referendum conſtat. STEPH. De Anactorio Palmer. III Graec. antiq. 3.

Pag. 79. *l.* 3. Ὄντες) Iugulat Gr. ſed ſine cauſa ſontica; ſic enim auctor ſaepe, & ſententia ſuavius exit. WASS.

ead. l. 10. Τιμωρήσωνται) In vet. eſt quidem τιμωρήσονται, non τιμωρήσωνται, ſed in ſimili loquendi genere illam non hanc ſcripturam habet, c. 57, ὅπως μὴ ἀποστῆσωνται. Et in hoc ipſo cap. ſcriptum eſt in eo quoque, ἔπρασσεν ὅπως πόλεμος γένηται, non ὅπως γενήσεται. Scio tamen eſſe viciſſim quoſdam locos, qui faciant pro illa ſcriptura τιμωρήσονται, in futuro indicativi: nam (ut non longe abeam) c. 65 legitur, ἔπρασσεν ὅπη ὠφέλειά τις γενήσεται, non γένηται. STEPH.

ead. l. 12. Ἐπὶ τῷ ἰσῳμῷ) Vid. Steph. de Urb. in Παλ-

Digitized by Google

λήνη & Ποτίδαια, & quae ibi annotantur. Add. Thucydides IV, 120.

ead. l. 15. Ἐπιδημιουργοὺς) Apud Dorienſes, inquit Heſychius, qui publica negotia reſque civitatis adminiſtrant *Demiurgi* vocantur, qui ſimiles ſunt iis, qui ab Athenienſibus *Demarchi* vocantur, id eſt, *Tribuni*. Peloponneſii autem Dorici ſunt generis: quo factum eſt, ut Achaeorum magiſtratus *Démiurgos* Dorice Livius diceret, l. 38, c. 30. Eoſdem ἐπιδημιουργοὺς appellat Thucyd. Vide Turnebi Adverſar. l. 14, c. 11. HUDS. Suidas in δημιουργός: Καὶ μηκέτι δέχεσθαι τοὺς κατ' ἔτος ἐκπεμπομένους Κορινθίων Ἐπιδημιουργοὺς κελεύοντες, neſcio an huc ſpectans. WASS. Idem, quod Heſychius, de Dorienſibus ſcribit Euſtath. ad Od. ρ', 1825; & de Argivis ac Theſſalis Etym. M. De more magiſtratuum a Metropolibus in colonias mittendorum Spanhem. Diſſertat. IX, pag. 581 de Uſu & Praeſtant. Numiſm.

Pag. 80. *l.* 6. Ταῦτα) Sive ταῦτα, ſive τοιαῦτα legas, perinde eſt: ſed πρὸς τοὺς in περὶ τοὺς mutare haud poſſis. STEPH.

ead. l. 8. Φανερῶς διάφοροι ἦσαν) Recte Cl. φανερῶς ἤδη δ. ν. WASS. Confirmant etiam alii Mſſ. Et ſic Thucydides alibi. vid. Indic.

ead. l. 9. Ὁ Ἀλεξάνδρου) Qui Macedonum imperium conſtituit, fuit alter Alexander: de quo vide Herodot. l. 8, c. 136 &c. HUDS. Herodotus non memorat ibi Alexandrum, qui imperium Macedoniae conſtituerit; nec Alexander ille apud Herodotum l. d. alius eſt ab eo, de quo hic agit Thucydides. Vid. de eo & Perdicca Spanhem. d. lib. Diſſ. VII, p. 372 ſeqq. Ad Alexandrum hunc in Caſſ. referuntur, quae Schol. infr. hoc cap. annotat ad Ἀρχεστράτου Λυκομήδους. Recte. vid. Herodot. IX, 43, 44.

ead. l. 14. Πελοποννησίους) Indigna eſt lectio Ἀθηναίους, quae marginem occupet. Nam αὐτοῖς de illis ipſis intelligitur. STEPH.

Pag. 82. *l.* 4. Τὰ τέλη τῶν Λακεδαιμ.) Ad ea, quae annotat Schol. add. Meurſ. Miſcell. Laconicor. II, 4, & III, 7. Sed non Lacedaemoniorum ſolum, verum etiam aliorum magiſtratus τέλη dicuntur. Xenoph. VI Hiſtor. Graec. 5 princ. τὰ μέγιστα τέλη ἐν ἑκάστῃ πόλει. Eſt enim nomen generale. Schol. parv. Hom. ad Il. κ', 56: τέλος ſignificat καὶ τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰ ἀξιώματα, ὡς ἐνε-

Digitized by Google

ἔτιν εὑρεῖν παρά τε Θουκυδίδη καὶ Ξενοφῶντι. Et Euſtath. ibid. p. 789. Ulpian. ad Demoſth. Leptin. p. 282 ed. Pariſ. τέλος καὶ τὴν τῶν ἀρχόντων τιμὴν ὀνομάζουσιν, ὥσπερ καὶ Θουκυδίδης λέγει, Λακεδαιμονίων τὰ τέλη, τοὺς ἄρχοντας ὀνομάζων αὐτῶν. Ita οἱ ἐν τέλει pro his, qui in magiſtratu ſunt. vid. Leopard. I Emend. 5. Aeſchyl. Sept. contr. Theb. 1032 etiam in ſingulari dicit: Τοιαῦτ' ἔδοξε τῷδε Καδμείων τέλει. Ubi Scholiaſt. β' recte interpretatur ἐξουσίᾳ: nam v. 1014 eoſdem vocat δήμου προβούλους, & v. 1033 Καδμείων προστάτας. Scholiaſt. ά perperam, τῷ τάγματι πάντων τῶν Θηβαίων καὶ πλήθει.

ead. l. 5. Ὑπέσχοντο) Cl. rectius ὑπέσχετο. WASS.

ead. l. 12. Ἐλλείπουσι) Ἐλλιποῦσι quidam Mſſ. mendoſe. Deinde pag. 83 lin. 3 voces τῶν Ἀθηναίων perperam omittit Gr. IDEM.

ead. l. 13. Βολβὴν) Etiam in Scylace p. 63 ed. Gron. Βολβὴ, ὀξυτόνως. At Thucyd. IV, 103, Aeſchyl. Perſ. v. 494, Ariſtot. Hiſt. Anim. II, 17, & Steph. in Βολβαὶ, Βόλβη, ut hic quidam libri. Qui in Cod. Reg. emendavit Βοιβὴν, fortaſſis ante oculos habuit ea, quae leguntur ap. Steph. in Βοίβη. Sed Stephanum in vitioſos Codices inciſiſſe, non ſine ratione ſuſpicatur Voſſius ad Scylacem.

Pag. 83. *l.* 4. Τὰ ἐπὶ Θράκης) Saepe legas apud Thucydidem τὰ ἐπὶ Θράκης, non adiecto illo ſubſtantivo: quod alioqui & ab Ariſtophane additur. STEPH. Χωρία ſine dubio, ex interpretatione eſt. In Caſſ. adſcriptum erat ſcholion, μέρη δηλονότι. Τὰ ἐπὶ Θράκης cap. 68.

ead. l. 8. Ἐφ' ὅπερ) Putet aliquis ſcribendum eſſe ἐφ' ἥπερ, non ἐφ' ὅπερ, cum illud, non hoc, apte ad Μακεδονίαν poſſit referri: ſed a multis (ſpeciatim a Suida in voce Θουκυδίδης) proponitur hic locus ita ſcriptus, ἐφ' ὅπερ, cum exemplum afferre volunt ἀνακολουθίας, quae eſt in generis diverſi uſu. Ego tamen crediderim, ἐφ' ὅπερ non dictum eſſe pro ἐφ' ἥπερ, ſed potius, τρέπονται ἐπὶ τὴν Μακεδονίαν non aliter eſſe accipiendum, quam ſi dictum eſſet, τρέπονται ἐπὶ τὸ ἐν Μακεδονίᾳ ἔργον, aut certe aliquod huiuſmodi nomen, neutrius & ipſum generis, illis verbis, ἐπὶ τὸ ἐν Μακεδονίᾳ, ſubiunctum eſſet. STEPH.

ead. l. 10. Δέρδου) Δέρδα ſecundo caſu in Caſſ. ut Πυθαγόρα, Ἀρχύτα & alia, quae etiam communiter per ου & α efferuntur.

Digitized by Google

Pag. 84. *l.* 6. Ἡμέρᾳ) Non recte abeſt a Gr. Antiqui fere addunt, noſter inprimis. WASS.

ibid. Ὕστερον ἐπὶ Θράκης, ἤ) Malim cum Valla ἢ, quam ἤ, eodem alioqui ſenſu. Iungetur autem ἢ cum ὕστερον. Vide, quae annotavi apud Scholiaſtem. STEPH.

ead. l. 12. Καλλίαν τὸν Καλλ.) Vide Gronovii Obſerv. I. 4, c. 7, p. 107. HUDS.

ibid. Αὐτῶν) Quin genuina ſcriptura ſit ea, quam in margine habes, dubitare te vetabunt multi, quibus hoc loquendi genus adhibetur, loci: quod plane idem eſt cum Gallicò, quo dicitur, *lui cinquieme*, id eſt, *ipſe cum aliis quatuor.* STEPH. Qui Thucydidem ex profeſſo illuſtrare aggreſſi ſunt, tuto εἰς τὸ κείμενον recipere potuiſſent αὐτόν.

ead. l. 14. Θέρμην) Ita libri: Θέρμα Siciliae, Θέρμος Aetoliae oppidum. vid. ad Steph. Berkelius & Holſtenius. At Polyb. p. 57 Θέρμην vocat illud in Sicilia πολίχνιον. Θέρμη ἡ Θεσσαλονίκη, καὶ Ἡμαθία. Schedae Mſ. Angeli Aprotii. Urbs Theſſalonica a Caſſandro aedificata, nomen habet uxoris, quae Philippi Amyntae filia erat. WASS.

Pag. 85. *l.* 4. Ἐκ τῆς Μακεδ.), Ex hoc loco deprehenditur, Macedoniam olim anguſtis limitibus coarctatam fuiſſe, quando Berrhoea cenſebatur fuiſſe extra eius limites. Fuit autem Berrhoea proprie Bottiaeorum civitas. Palmerius. HUDS.

ead. l. 5. Βέρροιαν.) Tria omnino huiuſce nominis oppida memorantur. prima in Emathia Maced. Irenopolis ab Irene dicta, de qua alicubi Anna Comnena. Secunda Syriae, inter Hierapolim & Antiochiam, conditorem agnoſcit Seleucum circa annum mundi 3713, ante Chriſtum 291. Hanc Appianus, Ioſephi Codices, uno Henriciano excepto, Galenus de Aliment. Facult. II, 30, Nicephorus Call. Cinnamus, Nicetas Choniates cum duplici ρ ſcribunt; Annae Comnenae exemplaria variant. Numi Traiani & Antonini Pii aliorumque Βέροια ſervant. *Beroam* & Βερὸν Itinerar. & Notitia Epiſcopat. Veriam Sophianus & Ruffinus Mſ. penes me, in Ioſephi Antiq. XII, p. 547 vocant. Tertia civitas Scylacis tempore maxima, & unde ceteris nomen profluxit; ad radices montis Bermii ponit Strabo. Inter eam & Theſſalonicam medius fluit Aſtraeus, inquit Hiſt. Anim. XV, 1 Aelianus. Verum ibi opinor legendum *Axius*, quem Anna, eadem fere repetens, Nicephorus aliique *Bardarium* dixere. A Pherone, ut vide-

Digitized by Google

tur, conditore Βέροια audit, φ enim in β apud hanc gentem haud raro migrat, uti docent Grammatici veteres, & in Quaeſt. Gr. Plutarchus. Exemplaria Thucydidis ρ geminant: D. Lucas Act. XVIII, 10. Stephani Abbreviator, Nonnus Dionyſ. Lucianus in Aſino, Antipater Sidonius Anthol. III, p. 600, Etymologus, Pliniani Codices, & Strabo cum numis vet. faciunt. Apud Lucam viſitur Βέρροια, ſed in Mſſ. tantum recentioribus, quibuſcum conſentiunt Ptolemaeus, Scylax, Philoſtorgius IX, 8, & inclinantis imperii ſcriptores Latini. Dicitur etiam Βερόη: cuius ſcripturae veſtigia etiamnum ſervant Itin. & Notitiae Epiſc. Gentilia Βεροιεὺς apud Polybium & Steph. &, quomodo numi veteres, Simmias Anthолog. IV, 22, 24. Motraii numus ΒΕΡΟΙΑΙΩΝ, & Procopius, Βεροαῖος. In Thucydide tamen, niſi aliquo Codice praeeunte, nihil immutandum cenſemus. WASS.

ead. l. 6. Τοῦ χωρίου) Sic Thom. Mag. in πειρῶ, & Moeris v. πειράσαντες.

ead. l. 12. Γίγωνον) Γεργωνίδα appellat Artemidorus Epheſius: χωρίον Schol. Auctor Etymol. Γίγωνις Ἄκρα μεταξὺ Μακεδονίας καὶ Πελλήνης, inde Γιγὼν ὁ Διόνυσος, inquit. pro navium tutela apud Phoenices Heſychius v. accipit. Aethiopum regem fuiſſe ait Steph. Gigonem. Indigitamenta Orphei in Baccho hunc titulum minime agnoſcunt. Ibi pro Πρωτογόν' ἥρικε παιὲ, ubi merito haeret Scaliger, fortaſſe legendum Εὐρεσιπαιέ: ſupra dixerat πολυόργιον, εὕρηκε Παιάν. vel potius, εὕρετο. Meminit Γιγωνίας πέτρας, ſed iuxta oceanum, Apollodor. III, 3. vid. Herodot. VII, 123. WASS.

ead. l. 15. Πρὸς Ὀλύνθῳ) Non πρὸς Ὀλύνθῳ, ſed πρὸ Ὀλύνθου legit Valla, ut e regione interpretationis illius annotavi. STEPH.

ead. l. 16. Στρατηγὸν) Lectionis margini adſcriptae potius, quam alterius exempla occurrunt: ſed tamen ne hanc quidem a Thucydidis ſtilo alienam dixerim. IDEM.

Pag. 87. *l.* 13. Ὡς εἰς) Verba haec ὡς εἰς ἐλάχιστον χωρίον ad praecedentia, non ad ſequentia pertinent: ideoque ita interpungendus eſt hic locus, ἔδοξε γοῦν ξυναγαγόντι τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ ὡς εἰς ἐλάχιστον χωρίον, δρόμῳ βιάσασθαι ἐς τὴν Ποτ. Admonet vero & Scholiaſtes, ὡς ἐλάχιστον ſequentibus annecti oportere: ſed debuit etiam admonere, particulam ὡς vel ὅτι, ſuperlativo iunctam, in-

Digitized by Google

terdum apud hunc ſcriptorem ab illo ita divelli. STEPH.

Pag. 88. *l.* 2. Σώσας) Ita Mſſ. ſed Marg. διασώσας, quomodo Iſocrates, Demoſthenes, Xenoph. Plato. Noſter διασώζομαι bis terque. Dionyſ. Halicarn. qui noſtrum fere ſequitur, pag. 418: διασῶσαι τὸ σῶμα. & quidem ipſe Thucyd. II, 62. hoc ergo reponendum. WASS. Sed Thucydidem alibi quoque verbo ſimplici in re ſimili uti, docet Index. Nec pauca illius apud alios ſunt exempla. Neque tamen diffiteor, non tam probabile eſſe, ſcribas διὰ de ſuo addidiſſe, quam de compoſito detraxiſſe. De voce χηλὴ vid. quae ad VII, 53 inter Var. Lect. annotat Hudſ. Add. Kuhn. ad Poll. I, 99. Suidas in χηλαὶ deſcripſit Scholiaſten.

ead. l. 5. Καὶ τὰ σημεῖα) Vide Lipſium de Militia Rom. I. 4. HUDS. Suidas in σημεῖα ἀρθῆναι neſcio an huc referri debeat. Confer Platonem 462. WASS. Vid. ſupra ad cap. 49.

ead. l. 12. Καὶ τοὺς νεκροὺς ὑποσπόνδους ἀπέδοσαν) Vid. Turneb. V Adverſ. 7; Herald. I Adverſ. 9; &, qui Heraldo quaedam debet, Kirchmann. de Funerib. Append. cap. IV. Add. quae annotantur ad Aelian. XII Var. Hiſt. 27. Liv. XXXI, 38: *Caduceatore ad Conſulem miſſo, qui inducias ad ſepeliendos equites peteret.* Et XXXIII, 11. Idem XXIII, 46 tacitas inducias eius rei cauſa memorat: *Poſterum diem induciis tacitis, ſepeliendo utrinque caeſos in acie, conſumſerunt.*

Pag. 89. *l.* 4. Ἀποτειχίσαντες) Harpocrat. in ἀποτειχίσαι, & ex eo Suidas: qui etiam ἀποτείχισιν exponit τὴν τῶν τειχῶν ἀφαίρεσιν. ſed alia eſt ſignificatio huius vocis cap. 65.

ead. l. 12. Ἀφύτιος) Agn. Stephan. Strabonis Ep. 330, Scylax 26, Herodot. VII, 123. oppugnaſſe Lyſandrum, ait Pauſanias III, pag. 253. Rem narrat Plutarchus Lyſand. 444, ubi legendum Ἀφυταίων. vid. Ariſtot. Pol. 173, 8. An huc pertineat ἡ Ἀφυταῖος ἄμπελος apud Theophraſt. Cauſ. Pl. III, 20, neſcio. WASS.

Pag. 90. *l.* 14. Ἐπολέμει) Valla interpretari voluit, quod in margine habes verbum ξυνεπολέμει: vertit enim, *illis ſociis cum alia proelia fecit, tum permultos Sermylior.* STEPH. Mſſ. quidam ξυνεπολέμει, qua voce utitur in Ep. Plato. Bellum una cum ſociis, quorum dux erat, cap. 62 adminiſtravit. Hac forma apud noſtrum ξυμπροθυμεῖν, ξυμ-

Digitized by Google

πέμπειν, ξυμπράσσειν, ξυμπολιτεύειν. Nihil tamen immuto, quia ſingulariter effertur. poteſt etiam habere vim ſimplicis. WASS.

ibid. Σερμυλίων) Quod in Reg. & Caſſ. eſt Ἐρμυλίων, id eo pertinere puto, quod Caſaub. ad Strab. l. p. 50 annotat, multorum nominum initiis modo Σ, modo adſpirationem praeponi. Add. Holſten. ad Steph. v. Ἡράκλεια, & Reland. I Diſſert. 4 § 5. Schol. Reg. hic, Ἐρμυλίων ἢ Σερμυλίων, Ἐρμυλὶς ἢ Σερμυλίς. Urbem Stephanus vocat Σερμυλίαν. ubi vid. Holſten.

Pag. 91. *l.* 4. Βοττικὴν) Regio eſt inter Axii & Ludiae oſtia. vid. Herodotum VII, 123, 127, qui Βοττιαιίδα; Livium XXVI, 25. Plin. IV, 11 trans Strymonem perperam locat. Mſſ. & auctores univerſi τ geminant, ut a Botyaeo vel Botyeio Phrygiae diſtinguatur. vid. & Dionyſ. Halicarn. p. 196. Immani errore Diodorus XII, p. 311, εἰς Παικτωλὸν τῆς Βοττικῆς exhibet: ubi meo periculo legas Σπαρτωλὸν, ut ipſe alicubi Thucydides, & Suidas. De gentis origine Ariſtot. apud Plutarchum in Theſeo p. 7, & Quaeſt. Rom. p. 298, ubi μυθὲν ex Mſ. P. legendum. In hac regione civitas Caſtoria. auctor Cantacuzenus 275. illam denique & totam provinciam a Barbaris exciſam narrat p. 303. Adi Suidam v. Νίκαια. WASS.

ead. l. 7. Ἐς ἀλλήλους) Non male Marg. πρὸς ἀλλήλους, ſi libri accederent. Αἰτία, quod paulo poſt repetitur in Gr. ex praecedentibus ſatis intelligitur, ut alibi paſſim. IDEM.

Pag. 92. *l.* 12. Ἄλλοι) Non dubium eſt, quin ἄλλοι τε, non ἄλλα τε, ſcribendum ſit, cum ſequatur οἱ Μεγαρεῖς, quod cum ἄλλοι τε, non cum ἄλλα τε cohaeret: ut ſi Latine dicas, *cum alii, tum vero Megarenſes.* STEPH.

ead. l. 13. Μεγαρεῖς) Semel de diverſa ſcriptura horum nominum, quale hic unum habes, te monebo, eam in meo veteri exemplari eſſe potius per η, ut hic in Marg. habes Μεγαρῆς, cum in textu (ut vulgo vocant) ſit Μεγαρεῖς. Sic Πλαταιεῖς & Πλαταιῆς (ut alia pleraque huiuſmodi omittam) legitur. Sed hoc ἀττικώτερον: ſicut & ἱππῆς, quod apud Ariſtophanem quoque invenies. IDEM. Etiam Hudſonus verbo monet, ſcripturam huiuſmodi nominum in Codicibus vetuſtis, tam per εις, quam ης eſſe. Inane eſt diſcrimen, quod inter propria & appellativa e Choeroboſco affertur in Etymol. M. v. ἱππῆς. Ὡς ἕκαστοι ſaepe di-

Digitized by Google

cit Thucyd. Vid. Indic. In qua formula περισσῶς poni τὸ ὡς annotatum est in Reg. & Cass. ad cap. 15. vid. Gronov. ad Lucian. I var. Hist. p. 648, τὸ μέσον δὲ οἱ σύμμαχοι, ὡς ἕκαστοι. Ubi imitatus est Thucydidem I, 48.

Pag. 93. *l.* 1. Εἴργεσθαι) De hoc Periclis decreto vid. Aristoph. B. 1337; A. 531; & Tzetzen Chil. XI, 955. versum 961 ex Mss. ita suppleas, τὴν Ἀσπασίας οὖσαν γὰρ Μεγαρικὴν ἑταίραν, & legendum συνευνέτιν. WASS.

ead. l. 6. Ὑμᾶς) Haec repetitio ferri potest, nec exemplo caret. Mox quidam Codd. πλέονι poëtice. IDEM.

Pag. 94. *l.* 9. Εἴποτε ἄρα) Non indignum hoc censuit Scholiastes, de quo admoneret, in uno exemplari illud ἄρα non legi: sed cum taceat, utram lectionem praeferat, ego non itidem tacebo, verum εἴποτε ἄρα magis mihi placere dicam, quod aliis in locis ita loqui hunc scriptorem observarim. Ex iis autem unum habet III, 10 εἴποτε ἄρα ἐδυνήθησαν. Ceterum de participio ὑπολαβόντες, quod statim sequitur, id est, de eius significatione, a Budaeo dissentio. Nihilo enim magis hic ὑπολαβεῖν habere τοῦ προλαβεῖν significationem puto, quam in quibusdam aliis huius scriptoris locis, quos cum hoc contuli. STEPH. Vide eius Append. ad Script. al. de Dial. Att. p. 185. HUDS. Budaeus in Commentar. p. 193 sequitur Th. Mag. in ὑπάγω, ubi h. l. afferens itidem τε omittit, ut Gr. In Cass. est interpretatio δεξάμενοι. Eodem modo ὑπολαβόντες exponit Scholiastes vulgatus VIII, 105, & I, 121. ὑπολαβεῖν, δέξασθαι. Stephan. putat, praepositione ὑπὸ hic indicari, Athenienses Corcyram clam & per insidias partibus suis adiunxisse, non aperto Marte occupasse: nam & eandem vim habere in hoc verbo VI, 78 τοῖς ἐπικούροις φράσας τὰ ὅπλα ὑπολαβεῖν. Habet omnino significationem occultae & clandestinae molitionis. I, 143: Εἴ τε μισθῷ μείζονι πειρῷντο ἡμῶν ὑπολαβεῖν τοὺς ξένους τῶν ναυτῶν, id est, ut Scholiastes, ὑποκλέπτειν.

ead. l. 12. Ἐπιχρῆσθαι) Ἀποχρῆσθαι est ex interpretatione. WASS. Stephanus in Thes. scribit, in vulg. Lexicis citari ἀποχρῆσθαι τὰ ἐπὶ Θρᾴκης, pro *obtinere Thraciam*: sed sine nomine auctoris, cuius si non auctoritas, at certe fides exemplarium desiderari possit. Apparet, auctores Lexicorum ante oculos habuisse haec verba Thucydidis: sed iidem perperam omiserunt praepositionem πρὸς, qua addita plane alia est syntaxis. Utrum autem legendum sit ἐπι-

Digitized by Google

χρῆσθαι, an ἀποχρῆσθαι, non definio. Hoc plurium Mſſ. & edd. auctoritate nititur, quam ἐπιχρῆσθαι, & videtur illi hic accommodari poſſe ea ſignificatio, quam in Plutarchi & Luciani locis apud Stephanum habet. Scholiaſtes Caſſ. non habet ſcholion illud, quod eſt in edito. Suidas dicit, ἐπιχρῆσθαι apud Thucydidem eſſe τὸ πολλάκις κεχρῆσθαι.

ead. l. 14. Τῶνδε ὑμεῖς αἴτιοι — κρατῦναι) Inter exempla σφοδρότητος in oratione refert Ariſtid. Rhetor, in lib. de Dict. civ. cap. 5; item quod mox ſequitur, ἠσυχάζετε γὰρ μόνοι Ἑλλήνων. pro quo habet ἧσ. δὲ μόνοι τῶν Ἑλλ. Pro κρατῆσαι τὴν πόλιν ibi recte emendatum eſt κρατῦναι.

Pag. 95. *l.* 3. Οὐ γάρ ὁ δουλ. — δρᾷ) Stobaeus pag. 311, & Hermogenes Aldi, qui minus recte ὁ μὲν δουλ. WASS. Δεδουλωμένος e Thucydide laudat Pollux III, 75.

ead. l. 5. Ἀξίωσιν — φέρεται) Cit. T. Mag. in ἀξιῶ. Si μόλις cum Mſſ. intellige βραδέως. Si μόγις, μετὰ βίας, quomodo utrumque Atticis in uſu eſſe ait Th. Magiſter. At certe apud Homerum confunduntur. denique μόγος & μόλος idem ſonant. WASS.

ead. l. 10. Μέλλοντες) Μέλλοντας ex emend. Gr. at recte Mſſ. & Scholiaſt. Mox lin. 14 μὲν γὰρ Cl. quod idem ſignificat. IDEM.

ibid. Καὶ ἐπιστάμεθα οἵᾳ ὁδῷ) Ulpian. in Prolegom. ad Demoſth. Olynthiacas obſervat imitationem Demoſtheneam huius loci; ſed e memoria laudat, καὶ ἴσμεν οἵᾳ ὁδῷ χωροῦσιν οἱ Ἀθηναῖοι ἐπὶ τοὺς πέλας.

Pag. 96. *l.* 3. Αὔξησιν) Quidam Mſſ. δύναμιν, ſed ex interprete. Firmat Diodorus, ubi Thucydid. fere exſcribit, p. 262, d. 268, & alibi. WASS.

ead. l. 7. Καὶ νῦν τοὺς) Al. Καὶ τοὺς νῦν. bene. IDEM.

ead. l. 14. Ἀφ' ὑμῶν) Cum praecedat ἡμᾶς, non dubium, quin hic itidem ἡμῶν ſcribendum ſit: alioqui certe ὑμᾶς & ὑμῶν ſcribi oporteret. De his autem verbis πρὸς αὐτοὺς τοὺς Ἀθηναίους vide, quae apud Scholiaſtem annotavi. STEPH.

Pag. 97. *l.* 4. Αἰτία μὲν) Confer Iſocratem Paneg. p. 98, 20. WASS.

ead. l. 7. Ἄξιοι — ἐπενεγκεῖν) Plutarch. de Adul. 71, ubi pro τοῖς πέλας legit ἑτέροις. Ibi pro ὑπερείδει lege ὑπερείπει καὶ διεργάζεται τὴν κακίαν. Supra ἐπ' ἔχθρᾳ. vid. Euripidem Hec. 1237. IDEM.

Digitized by Google

μιμα μόνιμα, & ἀναγκαζομένους corrupte. at pro δ' rectius utroque loco δὲ exhibet. WASS.

ead. l. 8. Ἀνάγκη &c.) Ausim propemodum contendere, scripsisse Thucydidem κρατεῖ, non κρατεῖν: & vice versa in fine periodi δεῖν, non δεῖ: ac non secus intelligendum esse hunc locum, quam si ita scriptum haberemus, ἀνάγκη δὲ, ὥσπερ τέχνης ἀεὶ τὰ ἐπιγιγνόμενα κρατεῖ, οὕτω καὶ ἡσυχαζούσῃ μὲν πόλει τὰ ἀκίνητα νόμιμα ἄριστα εἶναι, πρὸς πολλὰ δὲ ἀναγκ. ἰέναι, πολλῆς καὶ τῆς ἐπιτεχνήσεως δεῖν. STEPH.

ead. l. 9. Τὰ ἐπιγιγνόμενα) Huc spectat Antiphanes Alcestide: τοῦτο γινώσκων, ὅτι ΕΝ ΚΑΙΝΟΝ ΕΓΧΕΙΡΗΜΑ, κἂν τολμηρὸν ᾖ, Πολλῶν ΠΑΛΑΙΩΝ ἐστὶ χρησιμώτερον. WASS.

ead. l. 13. Μέχρι μὲν οὖν τοῦδε) Inter exempla βαρύτητος ponit Aristides, de Dictione civ. cap. II. sed habet μέχρις οὗ, & διωρίσθω.

Pag. 101, *l.* 6. Αἰσθανομένων) Hunc locum non recte capiunt interpp. & Scholiasta alludit ad τὸ ἀναίσθητον Lacedaem. cap. 69, qui nempe ad sociorum iniurias occalluerant. Vide infra cap. 82 lin. 1. WASS.

ead. l. 11. Πρὸς τάδε — παρέδοσαν) Dion. Halicarn. ubi ἔλαττον, male. IDEM.

ibid. Τὴν Πελοπόννησον) Lectionem margini adscriptam non dubito, quin amplecti oporteat, ut verbum ἐξηγεῖσθαι suum genitivum habeat. STEPH. Dionys. Halicarn. tamen p. 135 habet τὴν Πελοπόννησον, & ἐξηγεῖσθαι hic pro προάγειν ἔξω τὴν Πελοπόννησον ἡγουμένους αὐτῆς ponit scribit: quae interpretatio mihi satis obscura est.

ead. l. 14. Τῶν δὲ Ἀθ.) Vide Triclinii Schol. ad Sophoclis Antigonem. HUDS. p. 218 ed. H. Steph. ubi Triclin. dicit, illud τῶν Ἀθηναίων esse ἀναπόδοτον. DUKER. Cf. Heilman. ad h. l.

Pag. 102. *l.* 5. Περὶ τοῦ παντὸς) Verba haec περὶ τοῦ παντὸς sequentibus iungo, ita locum hunc interpungens, δηλῶσαι δὲ, περὶ τοῦ παντὸς ὡς οὐ ταχέως αὐτοῖς βουλευτέον εἴη. cum tamen vulgo recepta structura sit huiusmodi, δηλῶσαι δὲ ὡς οὐ ταχέως αὐτοῖς βουλευτέον εἴη περὶ τοῦ παντός. STEPH.

ead. l. 10. Μᾶλλον) Quomodo τραπέσθαι futuri significationem absente particula ἄν accipere potest? & tamen hanc accipere necesse foret. Coniecturam itaque meam,

Digitized by Google

veteris libri auctoritate confirmatam, ſequens, ſcribe, μᾶλλον ἂν αὐτοὺς ἐκ τῶν λόγων πρὸς τὸ ἡσυχ. IDEM.

Pag. 103. *l.* 2. Πρέσβευσις) Ex his vocibus, quae a Dionyſio Halicarnaſſeo in Thucydide velut poëticae notantur, (e quibus una eſt vox πρέσβευσις) nonnullae ab ipſo Dionyſio in Antiq. Rom. uſurpari ſolent. HUDS.

ead. l. 4. Καταβοὴν) Reprehendit ut nimis poëticum Dionyſius acerbus cenſor, quando ita ipſe loquitur, αὐτοκατάκριτος. κραυγὴ explicat Heſychius. Adi Ariſtophanem Acharn. 711; Suidam I, 50; Corinthum p. 3; eruditiſſimi Hemſterhuſii Pollucem II, 126. Noſtrum ſecuti Philo, Plutarchus, Appianus, Ioſephus, alii. Denique oratorem agit Thucydides. Paulo ſupra, D. Halicarn. πρεσβευσία, ſed corrupte. vid. Pollucem IV, 26, VIII, 137. καταβάσεις convitium Gloſſae. WASS. Dionyſ. Halicarn. p. 133 in Thucydide reprehendit καταβολὴ, tanquam poëticum. Sed cl. Waſſ. pro eo haud dubie recte cum Sylburgio legit καταβοή. Pro πρεσβευσία etiam quidam Mſſ. Dionyſ. habent πρέσβευσις.

ead. l. 5. Παρήλθομεν) Huc ſpectant verba Suidae v. παρελθεῖν pro αὐτίκα, ἐπελθεῖν, inquit, τὸ ἀναβαλλόμενον χρόνῳ τοῦτο διαπράξασθαι. Haec interpretatio huic loco minus convenit. Heſych. παρ. εἰσελθόντων. WASS. Suidas locum illum deſcripſit e Scholiaſta Thucyd. ad I, 90.

ead. l. 14. Τὰ δὲ M. — προβαλλομένοις) Suidas in προβάλλεσθαι, qui etiam αὐτοῖ cum quibuſdam Mſſ. & Valla, εἰ vero omittit. WASS. Dion. Halicarn. p. 134 inter ἰδιώματα Thucydidis ait eſſe commutationes maſculinorum & femininorum a communi forma loquendi remotas, & pro exemplo affert ὄχλον pro ὄχλησιν. Sed tamen etiam alii, iique probatiſſimi, ſcriptores ita utuntur voce ὄχλος. Et Grammatici hac ſignificatione ὄχλον potius, quam ὄχλησιν, dicendum eſſe praecipiunt. Vid. Ammon. & Th. Mag. Quae ſequuntur ita ordinat Perizon. ad Sanct. Minerv. I, 6: ἀνάγκη ἡμῖν ἀεὶ προβαλλομένοις λόγειν; & locum vertit: *neceſſe eſt, nos, qui ſemper ea proferimus, apud vos quoque illa dicere, licet minus gratâ vobis futura.* In Porti verſione Latina recte eſt, *quod haec ſemper proferamus*, non *quae*, ut hic.

Pag. 104. *l.* 2. Καὶ γὰρ ὅτε ἐδρῶμεν &c.) Hunc locum imitatus eſt Demoſthenes in oratione pro Corona: ὃ πολλῶν μὲν ἕνεκα, εἰκότως ἀκούσατέ μου, μάλιστα δὲ αἰ-

Digitized by Google

σχρὸν ἐστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰ ἐγὼ μὲν τὰ ἔργα τῶν ὑπὲρ ὑμῶν πόνων ὑπέμεινα, ὑμεῖς δὲ μηδὲ τοὺς λόγους αὐτῶν ἀνέξεσθε. HUDS.

ead. l. 4. Στερισκόμεθα) Cum iam olim annotaſſem στερισκώμεθα in margine, e regione interpretationis Vallae, quod is ſcripturam hanc ſecutus eſſe videatur: poſtea & meum vetus exemplar ei aſſentiri comperi. STEPH. Id eſt, *nos autem omni commemoratione, ſi quid proſit, ne privemur*, ut Steph. in marg. ed. 2.

ead. l. 7. Μαραθῶνι) In Clem. Alex. VI Strom. p. 626 perperam Μαραθωνῖται μόνον προκινδυνεῦσαι, ταῖς pro τε, errore obvio. Sylburgio ibi non venit in mentem locus Thucydidis.

ead. l. 8. Προκινδυνεῦσαι) Hinc decantatum illud mutuatus eſt iusiurandum Demoſthenes: Οὐκ ἔστιν ὅπως ἡμάρτετε; οὐ ΜΑ τοὺς ἐν Μαραθῶνι ΠΡΟΚΙΝΔΥΝΕΥΣΑΝΤΑΣ &c. Vid. Plutarch. de Gloria Athen. Quintilian. XII, 10. Lucian. in Demoſth. Encom. & Longinum cap. XVI. mox lin. 12 ἂν ὄντων Mſſ. ut pag. 102 lin. 11. WASS.

Pag. 105. *l.* 4. Τούτου ξυμβάντος) Ξυμβάντος τούτου cum Reg. Caſſ. & pag. 123 lin. 1 pro λελύσθαι αἰ σπονδαὶ leg. cum Reg. λελύσθαι δοκοῦσι &c. ordine meliore.

ead. l. 9. Τετρακοσίας) Ar. C. τριακοσίας. Numerus totius claſſis πάρεξ τῶν πεντηκοντέρων, erant, inquit Herodotus, διηκοσίαι, καὶ ἑβδομήκοντα καὶ μία. vid. Nepotem Themiſt. p. 43. WASS. Cf. Herodot. l. 8, c. 44. & vid. Heilman. ad h. l.

ead. l. 12. Ὑμεῖς ἐτιμήσατε) Themiſtoclem ſapientiae ergo oleae ramo donarunt Lacedaemonii, & curru, qui Spartae ceteris praeſtabat. Plutarchus in Themiſt. HUDS.

Pag. 106. *l.* 8. Ἐπειδὴ ἐδείσατε) Poteſt etiam interpungi poſt ἐδείσατε, tollendo &c. ut in Var. lect. STEPH.

Pag. 107. *l.* 2. Ἢ) Gr. οἳ, ut c. 136. WASS.

ead. l. 3. Ἀρ' ἄξιοι ἐσμὲν) Hermog. lib. II περὶ ἰδεῶν cap. 8, e memoria, ut puto, ἆρα, ἄξιοι δοκοῦμεν ὑμῖν, ὦ Λακεδαιμόνιοι; & inter exempla βαρύτητος orationis ponit.

ead. l. 4. Ξυνέσεως) Cl. male καὶ ξυνέσεως. vid. Indicem. WASS. & Heilm. ad h. l.

Pag. 108. *l.* 6. Ἐξηγεῖσθε) Hic quoque ἐξηγεῖσθε primo aſpectu videri poſſit accuſativo iunctum: ſed non dubium eſt, quin hic ad participium καταστησάμενοι feratur; ut poſt ἐξηγεῖσθε ſubaudiatur αὐτῶν. Ad pronomen

Digitized by Google

autem quod attinet, si ὑμῶν scribatur, cum nomine ὠφέλεμον iunctum erit, tanquam naturam substantivi ὠφέλειαν accipiente. STEPH. Puto legendum ὑμῶν. WASS.

ead. l. 12. Διαδιδομένην) Quidam Mss. δεδομένην. sed recte διαδιδομένην, quod *per manus traditum* interpretatur Salluſtius. IDEM. Magis probo δεδομένην, nec illud *per manus traditum* huc convenire puto. *Accepimus*, ait, *imperium dantibus & deferentibus ſociis*, ἐλάβομεν τὴν ἀρχὴν ἡμῖν προσελθόντων τῶν ξυμμάχων, καὶ αὐτῶν δεηθέντων ἡγεμόνας καταστῆναι, cap. praeced. cui ſententiae magis congruit δεδομένην, quam διαδιδομένην.

Pag. 109. *l.* 11. Τοπλεόν) Πλεόνων p. 113 lin. 3. WASS. Sed ibi alii quoque πλειόνων. Τοπλέον, vel τὸ πλέον, obvium eſt in Thucydide.

ead. l. 12. Ἐν ταῖς ξυμβολαίαις δίκαις) Sigonius l. 3 de Rep. Athen. ait συμβόλαια pacta fuiſſe, tum inter privatos de ratione pecuniarum, tum inter civitates de dando & accipiendo iure inter privatos. HUDS. Συμβόλαια in univerſum ſunt pacta, conventa, contractus, & συμβόλαιος δίκη controverſia, iudicium de pacto & contractu. vid. Bud. Comm. L. Gr. & Salmaſ. de Modo Uſurar. p. 425. Τὸ φιλόδικον Athenienſium multis locis perſtringit Ariſtophanes, praeſertim in Veſpis; quod iam annotavit Stephanus in Append. ad Scripta al. de Dialect. Attic. pag. 197. De eo hic etiam monet Schol. apud quem paulo poſt ad verba καὶ παρ' ἡμῖν Reg. Caſſ. pro φιλονικεῖν rectius, ut puto, habent φιλοδικεῖν.

Pag. 110. *l.* 2. Τοῖς καὶ) Si τοῖσδε legas, quod erit pro τούτοις, neceſſe erit hoc tanquam δεικτικῶς poni: cum tamen dicere non poſſimus, certos quoſdam ab illo δείκνυσθαι: ideoque alteri lectioni acquieſcendum eſt. Sed in utraque animadvertendum eſt, dativos ad verbum ὀνειδίζεται tendere: non ſecus, quam ſi ſcriptum foret, καὶ σὺ δὲ εἰς σκοπεῖ αὐτῶν διότι τοῦτο οὐκ ὀνειδίζεται τοῖς καὶ ἀλλοθί που ἔχουσιν ἀρχ. &c. STEPH.

ead. l. 4. Διότι) Rectius fortaſſe δι' ὅ, τι ſcriberetur, ne διότι pro ὅτι poſitum videatur, tanquam dictum ſit διότι τοῦτο οὐκ ὀνειδίζεται, pro τοῦτο οὐκ ὀνειδίζεσθαι. Potius enim intelligit, διά τινα αἰτίαν τοῦτο οὐκ ὀνειδίζεται. Fateor tamen, me in iis, quas e regione interpretationis Vallae adſcripſi, emendationibus illud διότι non hoc, ſed illo modo expoſuiſſe. Ita enim ibi, *Nemoque eorum conſide-*

Digitized by Google

rat, iſtud crimen non obiectari iis, qui uſquam alibi imperium habent, etiamſi alioqui minus in ſubd. At vero, ſi διότι, τι ſcribamus, aut certe διότι retinentes, eo, quo dixi, modo exponamus, ita interpretandus erit hic locus, *Nemoque eorum conſiderat, quamobrem iſtud non obiectetur iis, qui uſquam* &c. Verum & aliud hic animadvertendum eſt, ante verba haec βιάζεσθαι γὰρ οἷς ἂν ἐξῇ, ſubaudiendum nobis eſſe βιάζονται γάρ. ut totius loci haec ſententia ſit, *Nemoque eorum conſiderat, cur iſtud non obiect.* &c. *atque iſtam huius rei cauſam eſſe, quod illi vim faciant. At illi, quibus eſt vim faciendi poteſtas, iudiciis nihil inſuper opus habent.* Ceterum de διότι ſignificante *cur*, ſive, *quamobrem*, (niſi potius ſcribendum eſt δι' ὅ, τι) dictum a me fuit ad c. 23. STEPH.

Pag. 111. *l.* 2. Ὑπὸ γοῦν — ὑπηκόοις) Stobaeus p. 244. ubi ἀεὶ, non αἰεὶ, quomodo & Mſſ. WASS.

ead. l. 9. Ἄμικτα γὰρ τάτε &c.) Sc. *veſtra enim iura cum aliis non communicatis.* Tanti civitatis ius Spartanis fuit, ut id ipſum nemini communicarint, niſi extrema urgente neceſſitate. Vide Meurſii Miſcell. Lacon. l. 4, c. 10, pag. 288. HUDS.

ead. l. 14. Τοῦ δὲ πολέμου — περιίστασθαι) Stobaeus p. 352. ubi & τὸ παράλογον, ὅσον. ſed non ita Attici. vid. Th. Magiſtrum. Τὸν παράλογον habet Schol. & noſter alibi, notantibus Gramm. vett. Philo, Plutarch. D. Hal. Ioſeph. utraque forma. παράλογος πολὺς Pollux II, 119. Diodor. & Ioſ. τὰ παράλογα. Προδιάγνωτε recte ſervat Stobaeus. WASS. Etiam Suidas, & ex eo Scholiaſt. Luciani ad Abdicat. ex h. l. afferunt τοῦ πολέμου τὸν παράλογον: quod ita dictum eſt, ut ſupr. cap. 5 τὸν πλεῖστον τοῦ βίου. H. Steph. in Append. Theſ. p. 157 ſcribit, Th. Magiſtrum potius debuiſſe dicere ὁ παράλογος eſſe Thucydideum, quam Atticum: quia Pollux hunc uſum non alii tribuat, quam Thucydidi; quod minime facturus fuiſſe videatur, ſi ceteris Atticis cum Thucydide communis fuiſſet. Mihi non accurate ratiocinari videtur Stephanus. Nam ex eo, quod Pollux Thucydidi hunc uſum tribuit, non magis confici poteſt, eum ſolum ſic locutum, quam Ariſtophani, Platoni, Menandro, & multis aliis propria fuiſſe omnia vocabula & loquendi genera, quibus eos uſos fuiſſe ſaepe dicit Pollux.

Pag. 112. *l.* 5. Τῶν ἔργων) Vide nos ad Salluſtium in oratione Marii. WASS.

Digitized by Google

ead. l. 6. Τῶν λόγων) Intelligi velim, περὶ τῶν ξυμβατηρίων λόγων. STEPH.

ead. l. 7. Ἐν οὐδεμ.) Alius ita locutus esset, ἐν οὐδεμιᾷ πω τοιαύτῃ ἁμαρτίᾳ οὔτε αὐτοὶ ὄντες, οὔτ' ὑμᾶς ὄντας ὁρῶντες. IDEM.

ead. l. 11. Ἢ θεοὺς) Fortasse aliquis εἰ δὲ μὴ margini adscripserat ad voculae ἢ expositionem. IDEM. Lib. V, cap. 36, ἢ τότε ποιεῖν αὐτούς —. Plato Phaedro, πᾶσα ψυχὴ φύσει θεᾶται τὰ ὄντα, Ἢ alioqui οὐκ ἂν ἦλθεν εἰς τόδε τὸ ζῷον. Demosth. Lysias, alii. Sed cap. seq. ἢν δὲ μὴ ἐπακούσωσι. WASS.

ead. l. 13. Ταύτῃ ᾗ ἂν ὑφηγῆσθε) *Eandem, qua vos praeiveritis, viam tenentes*, vel *exemplum vestrum sequentes*, vertit Stephanus. Ὑπὸ in compositis saepe habere vim τῆς πρὸ, multis exemplis ostendunt Budaeus in Commentar. Ling. Gr. pag. 192, & Stephanus in Append. ad Script. de Dial. pag. 185.

ead. l. 14. Τοιαῦτα μὲν) Pro δὲ, quod est in Reg. & Cass. fortassis scribendum est δὴ, ut in illo, quod est supra cap. 43, Τοιαῦτα δὲ καὶ οἱ Κορίνθιοι εἶπον, placebat Stephano. Sic cap. 53: Οἱ μὲν δὴ τοιαῦτα εἶπον. Vid. Var. lect. ad c. 87.

Pag. 113. *l.* 5. Πολεμητέα) Schol. Aristoph. ad Acharn. 393 πολεμιστέα legisse videtur. utroque noster modo. Articulum, quem ante Ἀρχίδαμος quidam Codd. habent, etiam alibi addit Thucyd. WASS. Demosthenem ἐν τῷ περὶ συμμοριῶν eodem artificio uti, in reprimendis Atheniensibus, ad bellum adversus regem Persarum inflammatis, quo hic Archidamum in Lacedaemoniis, cupiditate bellandi cum Atheniensibus flagrantibus, observat Dion. Hal. in Art. Rhetor. p. 46 & 56.

ibid. Ἀρχίδαμος) Sc. Archidamus II, Leotychidae successor, & eius e Zeuxidamo filio nepos, nam Zeuxidamus diem ante patrem obiit. Eius res gestas, & sub ipso concitatum bellum Pelop. (a quo primum eius decennium Ἀρχιδάμιος πόλεμος denominatum teste Harpocr.) breviter refert Pausan. Vide Meursium de Regno Laced. c. 17. HUDS.

ead. l. 10. Μήτε ἀπειρίᾳ) Videndum, ne vera lectio sit μήγε. neque enim huic μήτε potest ἀνταποδίδοσθαι illud, quod est ante ἀγαθόν. Atque ut libere, quod de totius loci scriptura sentio, dicam, vel ita scribendum fuisse vi-

Digitized by Google

detur, ὥστε μήγε ἀπειρίᾳ ἐπιθ. τινὰ τοῦ ἔργου (ὅπερ ἂν οἱ π. πάθοιεν) μήτε ἀγαθὸν μήτε ἀσφ. &c. aut certe retinendo quidem καὶ ἀσφαλὲς, sed non ponendo μήτε ante ἀγαθόν. Cur minime ἐπιθυμήσαι aliquis? διὰ τὸ μήτε ἀγαθὸν μήτε ἀσφαλὲς νομίσαι. Quod si ἀγαθὸν (particula μήτε illi non praefixa) & καὶ ἀσφαλὲς scriberetur, ista ad ἀπειρίαν referrentur. hoc enim ἀπειρίας esset, ἀγαθὸν καὶ ἀσφαλὲς illud νομίσαι. Addo autem & hoc, posse quidem retineri μήτε ἀπειρίᾳ ἐπιθ. itidemque μήτε ἀγαθὸν καὶ ἀσφαλὲς, sed mutando νομίσαντα in νομίσαι: ut μήτε posterius cum hoc νομίσαι iungatur, sicut μήτε prius cum illo ἐπιθυμῆσαι iungitur, id est, ad illud refertur. STEPH.

cad. l. 12. Τὸν πόλεμον) Haec in aliis Mss. desunt; in aliis sedem mutant. Possunt abesse. WASS.

Pag. 114. *l.* 15. Θαρσοίη.) Θαῤῥοίη Gr. Ar. C. sed illud sanius est. WASS. Quod paulo ante in optimis quibusdam Mss. est, ἀντιπαρασκευασόμεθα, id minime reiiciendum arbitror. Et potest suspicio esse, alteram scripturam ab illis ortam, qui nesciebant, vel non cogitabant, non infrequentem esse in hoc scriptore unius futuri pro altero usum: de quo monet H. Stephanus ad Dionys. Halicarn. cap. 16.

Pag. 115. *l.* 8. Ταπλέω) Τὰ πλέω Cass. Reg. Gr. recte. VI, 2 τὰ πλείω Reg. & VII, 81 & I, 83 Mss. Ita Herodotus I, 176, IV, 168. Sic τὰ πλεῖστον Xenophon Hell. VI, 589. Hippocrates de Natura hominis, pag. 8. Polybius 293.

cad. l. 13. Οὕτως εἰκὸς) Quomodo hunc locum legisse Scholiastem dicemus, vel saltem suspicabimur? Ἀθηναίων certe lectum ab eo fuisse, testari videtur eius expositio: sed an negativam particulam ante εἰκὸς scriptam invenerit, an de suo adiecerit, dubitari potest. Utrocunque autem modo se res habeat, eius expositio istam prae se fert lectionem, οὕτως οὐκ εἰκὸς Ἀθηναίων φρονήματι. Quod autem ad ea, quae proxime sequuntur, attinet, praeterquam quod μήτε non videtur agnoscere ante δουλεῦσαι, etiam pro dativo τῇ γῇ alium affert, videlicet ἡμῖν. Sed fieri potest, ut negativam voculam de suo posuerit ante εἰκὸς (expositionis gratia) ex illo μήτε sumtam, & post ἡμῖν adiecerit διὰ τὴν γῆν, aut aliquid huiusmodi. Eum denique aliter locum hunc legisse persuasum habeo, sed non tamen tam diversam, quam prae se fert eius expositio, le-

Digitized by Google

ctionem eius fuisse. Ut autem illum missum faciens, ad sensum veniam, quem ei, quam habemus, lectioni subesse puto, primum quidem οὕτως sonare arbitror *usque adeo:* atque haec velut epiphonema esse, οὕτως εἰκὸς Ἀθην. &c. deinde φρονήματι esse dictum pro ὑπὸ φρονήματος, *prae animi magnitudine.* Postremo, his verbis τῇ γῇ δουλεῦσαι (si ita scripsit Thucydides) significari, δουλικόν τι vel δουλοπρεπές τι διὰ τὴν γῆν ποιῆσαι. id est, τῷ περὶ τῆς δηώσεως τῆς γῆς φόβῳ. STEPH.

Pag. 116. *l.* 12. Ἐπακούσωσι) Verbum ἐσακούειν, quod in margine habes, a Thucydide huiusmodi locis adhibetur potius, quam alterum. IDEM. Recte Stephanus. Firmant & alii Mss. vid. Indicem. WASS.

Pag. 117. *l.* 5. Ὄμπρον) Agnoscit & explicat Suidas in ὄμπρον. ἐνέχυρον, τὸ εἰς εἰρήνην δεδόμενον ἐπὶ συνθήκαις. Confer Harpocr. & Hesych. v. ὀμπρεῖν. Etymol. p. 335, 20. WASS.

ead. l. 11. Μὲν γὰρ πόλεων) Gr. Cl. male. Copulam saepe geminat noster. IDEM.

ead. l. 12. Ξύμπαντας) Ξύμπαντας ἡμᾶς ἀφ. Gr. sed solus. v. paulo ante, & c. 80. IDEM.

ead. l. 14. Οὐ ῥᾴδιον εὐπρεπῶς δέεσθαι) Vide nos ad Sallustii Iug. cap. 85. IDEM.

Pag. 118. *l.* 3. Τοπλέον) Τὸ πλέον recte Cass. Gr. III, 12 Ar. C. Cass. II, 39 Mss. & in contextu III, 108. Confer item V. L. ad IV, 27. I, 81. τὰ πλέω Reg. Cass. Gr. Hippocrates § V, 184 ὡς ἐπὶ τὸ πλέον, & Polybius 293. Sic ἐπὶ τὸ πλεῖστον Herodotus VI, 46. & τὸ πλεῖστον VII, 57 Thucydidis Mss. Ar. C. Reg. Cass. Gr. & II, 39 Steph. 1. Cass. Gr. &c.

ead. l. 9. Μάλιστα) Non pertinet μάλιστα ad ἡμῶν, sed ad ὃ, quod est ante verbum μέμφονται, id est, cunctatio, de qua magis, quam de alia re ulla, nos accusant. STEPH.

ead. l. 12. Καὶ ἅμα — διαπαντὸς) T. Magister. WASS. Est apud Thomam in ἐπίδοξος, ubi variam lectionem indicat: ἔνδοξος μέντοι, καὶ εὔδοξος γράφεται παρὰ Θουκυδίδῃ· καὶ ἅμα — διαπαντός.

Pag. 119. *l.* 4. Ἀνεπείσθημεν) In meo veteri libro scriptum est ἀνεπείσθημεν, & recte: quia nullum hic locum vocula ἂν habere potest, quae in altera est lectione. STEPH.

ead. l. 6. Πλεῖστον) Gr. πλέον. Vid. c. 5, & II, 11,

Digitized by Google

41, 89. Utroque modo noſter, ſed recepta lectio huic loco accommodatiſſima. ἀμαθέστερον quidam Mſſ. perperam. WASS.

ead. l. 11. Τάς τε) Marg. τάς τε τῶν πέλας δ. ordine opinor venuſtiore. IDEM.

ead. l. 14. Παρασκευαζόμεθα) Scribendum potius παρασκευαζώμεθα: quod perinde ſit, ac ſi dixiſſet παρασκευάζεσθαι δεῖ, ut ſequitur ἔχειν δεῖ. STEPH.

Pag. 120. *l.* 11. Περὶ τῆς) Τῆς omittunt alii libri, uti paſſim noſter. WASS.

Pag. 121. *l.* 3. Ἔλεξε τοῖς) Malo ἔλεξεν ἐν τοῖς Λακ. Quo dictum modo fuit c. 68, ἐν οἷς προσήκει ἡμᾶς οὐχ ἥκιστα εἰπεῖν. STEPH.

ead. l. 5. Λόγους τοὺς πολλοὺς) Non abſimiliter ille apud Plutarchum p. 216 cuidam non abs re, ſed pluribus agenti, Ὦ ξένε, οὐκ ἐν δέοντι τῷ δέοντι χρῇ. & ſupra alius, interroganti Perinthiorum legato multum loquaci, quid reſponſi ferret, Τί δ' ἄλλο, ἔφη, ἢ ὅτι σὺ μόλις ἐπαύσω λέγων, ἐγὼ δὲ σιωπῶν. Ita legendum ex Mſ. Denique ſimili in cauſa Cleomenes: Ὧν εἰρήκατε, ἔφη, τὰ μὲν ἐξ ἀρχῆς οὐ μέμνημαι, διὰ τοῦτο δὲ καὶ τὰ μέσα οὐ συνίημι· τὰ δ' ἐπὶ πᾶσιν οὐ δοκιμάζω. vide Euripid. Oreſt. v. 639, & Herodot. III, 46. Ion Grammaticus:

Οὐ γὰρ λόγοις Λάκαινα πυργοῦται πόλις.
Ἀλλ' εὖτ' ἂν Ἄρης νεοχμὸς ἐμπέσῃ στρατῷ
Βουλὴ μὲν ἀρχεῖ, χεὶρ δ' ἐπεξεργάζεται.

WASS.

ead. l. 15. Πολλὰ) Abeſt a nonnullis libris. non recte; ſequitur ἀγαθοί. IDEM.

Pag. 122. *l.* 12. Κρίνουσι γὰρ &c.) De ſuffragiorum ratione apud Laced. vide Plutarchi Lycurgum, & Cragium de Repub. Laced. l. 1, c. 8. Ex totius huius loci ſerie patet, Lacedaemonem pura Ariſtocratia non uſam fuiſſe, ut plures credunt: ſed & Democraticum temperamentum in magnis negotiis uſurpaſſe, ut docet Iſocrates in Areopagitico. Palmerius. HUDS. Eſt in Exercit. Palmer. pag. 45. De varia ſignificatione τοῦ ἐπιψηφίζειν vid. Bud. Comment. p. 167, & Valeſ. ad Harpocrat. h. v.

Pag. 123. *l.* 8. Ψῆφον ἐπαγαγεῖν) Vid. infr. cap. 119. WASS.

ead. l. 10. Ἀπεχώρησαν) Partem annotationis Stephanianae deſcripſit Hudſ. in Var. Lect. Addit porro Stepha-

Digitized by Google

mus: sed te semel monitum velim, saepe hanc diversam lectionem, absque ulla sensus differentia, occurrere.

ead. l. 11. Χρηματίσαντες) Suidas v. χρηματισάμενοι hic Schol. exscribit. πραγματεύσασθαι Hesychio, ut hoc in loco. Dion. Halicarn. XI, 28: Ἐκάθητο ἐπὶ τοῦ βήματος ΧΡΗΜΑΤΙΖΩΝ τε καὶ δικάζων τοῖς δεομένοις, & Ios. Ant. VIII, 12, 2. Demosth. ὁ δὲ τοῦτο ἐκ παντὸς τοῦ χρόνου ΕΠΡΑΓΜΑΤΕΥΕΤΟ. WASS.

ead. l. 12. Διαγνώμη) T. Magist. & Suidas hac voc. IDEM. Pro δευτέρᾳ διασκήψει est infra III, 42. SPANHEM.

ead. l. 14. Τῶν τριακοντουτίδων σπονδῶν) Hinc emendandus est locus Etymol. M. in τριακοντούτης: ὡς παρὰ τῷ συγγραφεῖ, τῶν τριακοντουτίδων νεῶν. Ὁ συγγραφεὺς alibi quoque apud eundem & alios κατ' ἐξοχὴν est Thucydides.

ead. l. 16. Ἐψηφίσαντο — πύξιδησαν) D. Halic. pag. 141. IDEM.

Pag. 124. *l.* 2. Φοβούμενοι τοὺς Ἀθηναίους) Non necesse videtur poni hypostigmen post Ἀθηναίους, quod haec φοβούμενοι τοὺς Ἀθηναίους separari a sequentibus non debeant: cum perinde sit, ac si dictum foret, φοβούμενοι μὴ οἱ Ἀθηναῖοι ἐπὶ μείζων δυνηθῶσιν. Conferendus est autem hic locus cum iis, quae eadem de re dicit supr. c. 23 in fine prooemii. STEPH.

ead. l. 9. Λεωτυχίδης) Res ab eo gestae a Pausania commemorantur, & Herodoto, l. 7. Vide Meursium de Regno Laced. cap. 17. HUDS.

ead. l. 13. Ἀφεστηκότες ἀπὸ βασιλέως) Ἀπὸ non agnoscunt quidam libri: quia praecesserat. Noster praepos. non adhibet VIII, 2, VII, 7, quam alibi retinet. Utroque modo loquitur D. Hal. & Demosth. vid. Diodorum 263 a. WASS. Supra c. 18: Οἵτε ἀποστάντες βασιλέως Ἕλληνες.

ead. l. 14. Ὑπομείναντες) Aliquis fortasse malit παραμείναντες: sicut τῷ παραμεῖναι utitur, eadem de re loquens supr. c. 75. Fateor tamen, ibi non uti verbo illo sine adiectione, sed dicere παραμεῖναι πρὸς τὰ ὑπόλοιπα τοῦ βαρβάρου. hoc enim Lacedaemonios facere noluisse ibi dicit, quod hic scribit ab Athenienses factum fuisse. STEPH.

Pag. 125. *l.* 2. Ὡς ἕκαστοι) Pro ὡς ἑκάστοις συνέβη. concisum & eloquens loquendi genus, Thucydidi familiare. HUDS.

ead. l. 10. Ἦλθον ἐς πρεσβείαν) Dubitari possit de le-

Digitized by Google

ctione margini adscripta, an πρεσβεία nominandi casu, an πρεσβείᾳ dandi casu, scribendum in ea sit: sed magis hic, quam ille placet. STEPH. Πρεσβείᾳ aliquot Mss. vid. IV, 118. Aristoteles Pol. εἰς π. sed potior lectio ἦλθον πρεσβείᾳ. WASS.

cad. l. 14. Πρώην) Πρὶν Cl. Marg. Cam. pessime. Πρώην ex πρωΐαν eleganter. vid. Aeschinem. Demosth. pag. 37. Mox ξυγκαθελεῖν, pro quo alii ξυγκαταβάλλειν, etiam alibi noster. IDEM.

Pag. 126. *l.* 3. Τὸ μὲν βουλόμενον) D. Halicarn. in Epist. II ad Ammaeum § 10, inter idiotismos Thucyd. & hoc recenset, neque propterea in Antiqq. non adhibet. ut VII, 24, πολέμιον μὲν τὸ βουλόμενον ὑμῶν ἡγούμενος, δειλὸν δὲ τὸ δυνάμενον; IX, 9, & alibi. Quod ad historiam spectat, adi Diodorum XI, p. 262 d. Nepotem Themistoc. p. 48. IDEM. Dionys. Halic. non abstinuisse ab imitando hoc genere loquendi Thucydidis, observat etiam H. Steph. Operar. in Dionys. cap. 16.

cad. l. 7. Ἀφορμὴν ἱκανὴν) Ἀφορμὴ, viaticum. Euripides Medea v. 342: Παισίν τ' ἀφορμὴν τοῖς ἐμοῖς. Scholiastes: ἣν ἡμεῖς προβολὴν καλοῦμεν εἰς τὸ ζῆν, οἱ Ἀττικοὶ προβολὴν καλοῦσι. SPANHEM. Adde Casaubonum ad Theophr. Charact. cap. 3.

Pag. 127. *l.* 10. Ὅτι οὐκ) Aliquis fortasse διότι scribere hic malit, aut δι' ὅ, τι, ut in duobus locis, quorum antea facta mentio fuit: at ego nihilo magis istud ὅτι suspectum habeo, quam mox ὡς, in his θαυμάζειν ὡς οὕτω πάρεσιν. STEPH. Ὅτι pro διότι etiam in interrogatione poni, dudum ex Homero, Herodoto, Aristophane, aliisque annotarunt viri docti. Quaeri tamen potest, cur tam inconstanter modo ὅτι, modo ὅ, τι scribatur. Herodot. I, 47: Ἐπηρώτεόντας ὅ, τι ποιέων τυγχάνει ὁ Λυδῶν βασιλεὺς Κροῖσος. Ibid. 111: Εἴρετο πρότερη ὅτι μὲν οὕτω προθύμως Ἅρπαγος μετεπέμψατο. Et sic saepe apud alios. Schol. Aristoph. ad Vesp. v. 22 scribit in ὅ, τι pro *quare*, abundare ὁ, Ἀττικῶς, nec aliud esse, quam τί. τί autem dicitur per ellipsin τοῦ διὰ, *quid*, id est, *propter quid*. Itaque ex illius sententia, cum hanc significationem habet, semper scribendum est ὅ, τι. Διΐγε Thom. Magister, cuius locum hic adscripserat cl. Wasse, in διάγω exponit ἐβράδυνε. Interpres non male, *rem trahebat*. Vid. Suid. in διάγειν & διΐγε. Quae hic Schol. de significatione ver-

Digitized by Google

borum παρελθεῖν & ἐπελθεῖν ſcribit, etiam ap. Ulpian. ad Demoſth. περὶ τῶν ἐν Χερρονήσῳ p. 58, & Suidam in παρελθεῖν leguntur. Sed vid. hic Steph. ad Schol. add. quae ſupr. ad cap. 73 annotantur.

Pag. 128. *l.* 3. Ὕλος) Alii πέρας. ſed receptum egregie tuetur Nepos huc reſpiciens, *non multum ſupereſſe munitionis*; ſed & noſter p. 132 lin. 5. WASS.

ead. l. 4. Παράγεσθαι) Suidas h. v. λεγ. μόνοις παραγ. Quod merito Kuſtero diſplicet. IDEM.

Pag. 129. *l.* 4. Σφῶν) Gr. Marg. habent αὐτῶν. Noſter alibi σφῶν αὐτῶν. Vid. T. Magiſtrum in Σφὲ, & Indicem Thucyd. IDEM.

ead. l. 6. Ὡς πρὸς διαγ.) Obſervandum hic invertiſſe illum (ſuo more) verborum ordinem, cum dicendum eſſet, τολοιπὸν ἰέναι ὡς πρὸς διαγιγνώσκοντας τά τε σφίσιν αὐτοῖς ξυμφ. &c. STEPH.

ead. l. 8. Κοινὰ) Κοινῇ mavult Steph. At κοινὰ ob varietatem gratius. lin. 9 ἐς omittit Cl. male. WASS.

ead. l. 10. Ἄνευ ἐκείνων) Quidam Mſſ. ἔξω. utroque modo noſter. Lib. III, 61, ἔξω τῶν ἄλλων, & V, ἔξω τούτων. ubi Schol. ἄνευ. quomodo etiam ἐκτός. IDEM.

ead. l. 11. Μετ' ἐκείνων βουλεύεσθαι) Non video, unde hic infinitivus βουλεύεσθαι pendere dici poſſit: (nam φανῆναι quidem, ſed non ille quoque, ad ἔφασαν referri poteſt) quid ſi igitur illum ſcripſiſſe, μετ' ἐκείνων ἔδει βουλεύεσθαι, ſuſpicari me dicam? STEPH. Sed vid. Heilm. ad h. l.

ead. l. 12. Δοκεῖν) Legendum δοκεῖν, non δοκεῖ. IDEM.

Pag. 130. *l.* 8. Μάλιστα) Codd. omnes τὰ μάλιστα. quomodo noſter alibi, Demoſthenes, Ariſtot. D. Halic. 747, 23. WASS. Προσφιλεῖς e Thucydide laudat Pollux III, 63. Vid. ibi Iungerm. Utuntur eo ſaepe etiam alii.

ead. l. 11. Ἀνεπικλήτως) Agnoſcit Pollux VIII, 68. & ex Xenoph. Κυρ. ἀνεπίκλητον. Ioſephus, ἀνεπίκλητόν σοι παρασχόμενος τὴν ἐμαυτοῦ πίστιν. Aelian. III Var. Hiſt. 15, ἐπίκλημα προσειλήφασι. Xenophontis Codd. ad oram habent ἀνεπίπληκτον, quomodo locutus olim Eupolis. vide & Heſychium. Ceterum οἵ τε π. — ἀνεπικλήτως habentur apud Suidam in ἀνεπικλήτως. WASS. De loco Xenophontis vid. Iungerm. ad Pollucem. Verba Ioſephi apud Suidam ſunt ex Archaeolog. XVIII, 4.

Pag. 131. *l.* 6. Ἔπεισε δὲ καὶ &c.) Vide Pauſaniam in initio Atticorum, & Meurſii Pyraeeum c. 2. HUDS.

Digitized by Google

ead. l. 7. Ὑπῆρκτο) Notis parenthesis libenter inclusserim haec verba, ὑπῆρκτο δ' αὐτοῦ &c. ut ultimum sit ἦρξε. impersonaliter enim illud ὑπῆρκτο dicitur: quod tamen non animadvertit Schol. ut apud eum admonui. STEPH.

ead. l. 12. Πρῶτος ἑτοίμ.) Scholiastae verba, locum hunc exponentia, suspicionem aliquam movere possunt, eum aliquod verbum, aut aliqua verba, hic in suo exemplari invenisse ultra ea, quae habemus. Nam haec, τῆς θαλάσσης ὡς ἀνθεκτέα ἐστὶ, exponit, ὅτι δεῖ πάσῃ δυνάμει ἀντέχεσθαι τῆς θαλάσσης. cum tamen in lectione illa nihil, quod verbis illis πάσῃ δυνάμει respondeat, habeamus. Nam ἀνθεκτέα ἐστὶ, dictum pro ἀνθεκτέον ἐστὶ, (sicut ἐπιχειρητέα pro ἐπιχειρητέον, aliaque huiusmodi multa dicit) non plus significat, quam ἀντέχεσθαι δεῖ. IDEM. Mox pro συγκατεσκεύαζε, quod in tribus postremis edd. erat, revocavi ξυγκατ. e Reg. Cass. Gr. Vasc. & Bas. Et sic in aliis melioris notae Mss. & edd. esse mihi persuadeo.

Pag. 132. *l.* 5. Μολύβδῳ) Μολίβδῳ quidam scripti. & sic apud Aristot. & Dioscor. Moeris, Μόλυβδος Ἀττικῶς. μόλυβος Ἑλληνικῶς. Cl. Hudс. μόλυβος Ἀττικῶς. at potius μόλιβος. nam illud Homeri & poëtarum. μόλιβδος tamen passim apud LXX. & μόλιβος in quibusdam Mss. uti & Alex. Iob. XIX, 24. Ezek. XXII, 37. μολίβου & μολίβδου Alex. nunquam μολύβου aut μολύβδου. Ios. 1232 μολίβδις. Utroque modo Glossae, Suidas, Hesych. In Clem. Alex. Mss. variant. 206, 12. puto μολίβ. a recentioribus. Corrige obiter Oppianum in Halieut. IV, 302:

. . . . . θαλλοὺς γὰρ ὁμοῦ δήσαντες ἐλαίης,
Ὅττι μάλ' εὐφυέας, μόλιβδον μέσον ἐγκατέθηκαν.

Ibi Pal. 1 μόλυβον recte. WASS. De structura murorum apud veteres vid. Lips. III Poliorcet. 5.

ead. l. 7. Ἐπιβολὰς) Cum aliunde, tum vero ex Scholiastae expositione ἐπιβολὰς scribendum esse constat. STEPH.

ead. l. 10. Προσέκειτο) Suidas, Προσέκειτο, προσεῖχε. Θουκυδ. ά.

Pag. 133. *l.* 1. Ἐς αὐτὸν, ταῖς ναυσὶ) Ita potius interpunge, ut post αὐτὸν, non post ναυσὶ ponatur hypostigme. STEPH. E praecedentibus edd. aliae nullam distinctionem habebant, aliae perperam post ναυσὶ eam locabant.

ead. l. 5. Παυσανίας) Confer Diodorum XI, 265 a. qui pro XX navibus, L habet; & nostrum I, 128; Plutarch. Cimon. 482 b. WASS.

Digitized by Google

ead. l. 11. Ἐν τῇδε τῇ ἡγεμονίᾳ) Stephanus hinc orditur novam periodum, & sine distinctione legit, Ἐν τῇδε τῇ ἡγεμονίᾳ ἤδη καὶ βιαίου ὄντος αὐτοῦ. Addit: quod autem ἡγεμονίαν hic vocat, aliquanto post στρατηγίαν appellat.

ead. l. 12. Δὲ καὶ) Copula male abest a Cl. & aliis. Pag. seq. lin. 1 leg. γίγνεσθαι cum Gr. Ar. C. Vid. Indicem. WASS. Probo sententiam Stephani, & utramque particulam abesse malim, ut in Reg.

Pag 134. *l.* 2. Κατὰ τὸ ξυγγενὲς) Vid. Spanhem. Dissert. IX de Usu & Praest. Numism. pag. 582.

ead. l. 4. Προσεῖχον τὴν γνώμην) Quamvis προσέχειν τὴν γνώμην, non τῇ γνώμῃ, dici soleat, tamen hic dativus, non ille accusativus, in meo veteri libro exstat. STEPH.

ead. l. 5. Καταστησόμενοι) Lectionem margini appositam omnino reiiciendam censeo. IDEM. Valla vertit, *Ubi cetera constituissent.* Hinc Stephanus ad marg. editionis suae secundae colligit, eum legisse καταστησάμενοι, omissa particula τε.

ead. l. 9. Ἡ στρατηγία) Admonet Scholiastes, alios velle, particulam nomini στρατηγία praefixam esse σύνδεσμον, id est, coniunctionem: aliis autem placere, esse ἄρθρον, id est, articulum. Hic certe ita scriptam habemus, ut sit coniunctio: & hanc scripturam agnoscit Valla, cum vertit, *potius eum videri tyrannum agere, quam ducem.* Ad sensum quidem certe quod attinet, parum interest, an hanc, an illam scripturam, sequaris. Fortasse tamen aliquis, scribendo ἤ (id est, *quam*) aliquid amplius, quam cum articulo ἡ dici existimet. STEPH.

ead. l. 11. Ἔχθει) Ar. C. ἄχθει. At vide c. 96. WASS.

Pag. 135. *l.* 9. Ἀπαλλαξείοντες — πολέμου) Thom. Mag. IDEM. In ἀπήλλαξεν. Et Suidas in ἀπαλλάξειεν.

ead. l. 14. Ἑκόντων τῶν ξυμμ.) Omittit Ar. male. agnoscit Sallustius. Herodotus VII, 144: ἅμα Ἑλλήνων τοῖσι βουλομένοισι. WASS. Habet etiam Suidas in Ἑλληνοταμίαι.

Pag. 136. *l.* 3. Ἑλληνοταμίαι) Vid. Suidam, Schol. & Thucyd. perperam exscribentem in Ἑλληνοταμίαι, & Harpocrat. ead. voc. Confer Plutarch. Aristide 333. πεντακοσίων καὶ ἑξήκοντα male Diodor. vid. Nepotem in Aristide. WASS. De Ἑλληνοταμίαις habet etiam Andocides Orat. III in fin. & Pollux VIII, 114. ubi vid. Iungerman. Suidas in Ἑλληνοταμίαι hunc locum Thucydidis descripsit a

Digitized by Google

παραλαβόντες usque ad ἀρχὴ, omissis tantum verbis τούτῳ τῷ τρόπῳ: sed perperam apud eum est, κατέστη τοῖς Ἀθηναίοις πρώτη ἀρχή. Ceterum, quia φόρου nomen grave & odiosum erat Graecis, pro eo deinde coepit dici σύνταξις. Harpocrat. in σύνταξις, & Spanhem. ad Iulian. Orat. I, p. 166.

ead. l. 5. Ἦν δ' ὁ πρῶτος (&c.) *Ad classes aedificandas exercitusque comparandos, quantum pecuniae quaeque civitas daret, Aristides delectus est, qui constitueret. Eius arbitrio quadringenta & sexaginta talenta quotannis Delum sunt collata.* Corn. Nepos. Vide etiam Plutarchum in Aristide. HUDS.

ead. l. 6. Ταμιεῖόν τε Δῆλος ἦν.) Id enim, ut inquit Nepos, commune aerarium esse voluerunt. Scil. vel quia locus erat munitissimus & nulli suspectus, vel quia Delii templum in magna veneratione nedum Graecis, sed exteris etiam gentibus erat. solebant enim antiqui thesauros privatos & publicos in Deorum templis ac fanis deponere, ut eorum religione & metu securitas pararetur: ut patet ex Cicer. de Legibus I, 2, & Plauti Bacch. Vide Brodaei Miscell. 4, 17. IDEM. Ταμιεῖον) Gr. Flor. Ταμεῖον. at fere poëtarum, aut pro cella penuaria. Ab editis stat D. Halic. 541, 572; Ioseph. 1179. Apud Isocratem tamen ταμιεῖον pro cella privata, sed figurate. WASS. Ταμεῖον quidem non raro pro aerario publico legitur in prosae scriptoribus, ut Plutarch. Quaest. Rom. 41 & 42; Dion. Lib. LV, p. 565; Herodian. I, 6, & VII, 4. Sed haec & alia huiusmodi loca suspecta esse possunt propter varietatem scripturae in quibusdam. Ita, quod in Dionys. Hal. pag. 541 in vulgatis est ταμείου, Mſ. Vat. habet ταμιείου. Et in Excerptis ejusd. p. 747 Pacii Codex ταμιεῖον pro ταμεῖον. In Plut. quoque quod l. d. est ταμεῖον, rursum in Publicolae vita in Stephani ed. & his, quae post eam prodierunt, est ταμιεῖον. Ταμεῖον pro *cella penuaria* est in Theophr. Char. c. IV, & Menandro apud Harpocrat. v. Κτησίου Διὸς, qui locus fortassis non eget emendatione. Nam ibi sermo est de cella promtuaria. Et sic Gloss. Ταμεῖον, τὸ ἰδιωτικὸν, *cellarium, cella*, &, Ταμιεῖον, τὸ δημόσιον, *fiscus, aerarium.* Diodor. Sic. XI, 266 de hoc communi aerario Graecorum & conventibus in Delo: Εὐθὺς οὖν ὁ μὲν Ἀριστείδης συνεβούλευσε τοῖς συμμάχοις ἅπασι, κοινὴν ἄγουσι σύνοδον ἀποδέξαι τὴν Δῆλον κοινὸν ταμιεῖον. Videndum etiam, an huc pertineant verba

Digitized by Google

Etymol. M. Σύνοδος, ἡ ἐκ πολλῶν συναγωγὴ ἐπί τινι, ὡς Θουκυδίδης, ἀεὶ σύνοδοι ἐπὶ τὸ ἱερὸν ἠγέροντο.

ead. l. 10. Διαχειρίσει) Thom. Mag. ἐν πολέμῳ τε καὶ διαχειρήσει πραγμάτων. WASS. Est apud Thom. in διαχρῶμαι. Sed non est habenda illius ratio. Nec dubito, quin in Poll. v. 156 pro διαχείρησις sit legendum διαχείρισις. Nam a διαχειρίζω, unde ibi nomen deductum refert, non potest esse διαχείρησις.

Pag. 137. *l.* 1. Ἐκβολὴν) Cicer. VII ad Attic. 1. Sed haec fuerit, ut ait Thucydid. ἐκβολὴ λόγου non inutilis. WASS. Add. Thom. Mag. h. v.

ead. l. 2. Ἑλλιπὲς) Scribendum potius ἐλλιπὲς, ut habes in margine: utitur autem hoc vocabulo & alibi. Ceterum apud Vallam deest vox *Graecas* (quae respondeat Thucydideae Ἑλληνικὰ) hoc in loco, *scribentibus aut res ante Medicum bellum gestas.* Scribendum est enim, *aut res Graecas.* STEPH. Descripsit hunc locum Dionys. Halicarn. p. 141 ab ἔγραψα usque ad κατέστη. ubi etiam est ἐκλιπές. Vid. Indicem. WASS. Dionysium de ἐλλιπὲς, quod praefert Stephanus, non cogitasse, apparet ex his illius verbis, αὐτὸς γὰρ ὡς ΕΚΛΕΙΦΘΕΝΤΑ τὸν τόπον τοῦτον ὑπὸ τῶν ἀρχαίων ἄξιον ἱστορίας ὑπείληφεν, αὐταῖς λέξεσιν οὕτω γράφων.

ead. l. 4. Τούτων non ad Historiae ante Thucydidem scriptores, sed ad ἃ ἐπῆλθον οἱ Ἀθην. μετὰ τὰ Μηδικὰ, refert interpres Germ. ut constructio sit: Ἑλλάνικος δὲ, ὅστερ καὶ ἤρξατο τούτων (qui haec ipsa *sane* attigit) ἐν τῇ A. ξ. &c.

ead. l. 5. Ἑλλάνικος &c.) Hellanici duo exstiterunt: unus Lesbius, sive Mitylenaeus, alter Milesius. nisi Mitylenaeus per errorem, ut videtur nonnullis, dictus fuerit Milesius. Ille (quem citat Thucydides) videtur esse Mitylenaeus, duodecim annis (ut constat ex Pamphila apud Gellium, l. 15, c. 23) ante Herodotum natus. Praeter alia conscripsit Ἀτθίδα, sive Historiam Atticam, ab Harpocrat. memoratam in voce Ἀλόπη. cuius Historiae conclusio videtur fuisse brevis congeries gestorum ab Athenienſibus post victoriam Marathoniam usque ad tempora Thucydidis. HUDS.

ead. l. 8. Ἱόνα) Ita Mss. Stephanum, Scholiasten, & Eustathium reprehendit Holsten. & unam huiusce nominis urbem tantum agnoscit. In Olymp. LXXVII, 3. Diodor.

Digitized by Google

pag. 272 d. Xenoph. 442. Thucydid. IV, 7, 50, 102, 104, 106. Voſſ. ad Scylacem p. 37. Pauſan. 614. Plutarch. Vit. 482. Herodot. VII, 25 & 113. Polyaen. VII, 24. Pyrrhi Ligorii numus cum urna & urceo apud Harduin. 572 HIONEΩN. Cantacuzeno Ἀνακτορόπολις. WASS. Ad ea, quae contra Stephanum, Scholiaſten Thucydid. & Euſtathium diſputat Holſtenius, add. Berkel. ad Stephan. in Ἠιών.

ibid. Ἠιόνα τὴν ἐπὶ Στρυμόνι) Sic & Pauſanias VIII, 8: Ἠιόνα τὴν ἐπὶ Στρυμόνι. SPANH.

ead. l. 10. Σκύρον) Κλῆσιν ἔχει διὰ τὸ σκληρὸν, καὶ οἷον σκυρώδες, ἤτοι λιθῶδες. σκύρος γὰρ ἡ λατύπη, inquit Euſtathius. Eadem fere Heſychius, & Schol. Pindari Pyth. V, 124: σκυρωτὴ ἀντὶ τοῦ λιθόστρωτος. Ibi Mſ. Emman. Οἰχνέοντες pro Ἰχνέοντες. Confer Etymologum in Ἀργενοῦσαι, & Suidam v. Ἀρχὴ Κυρ. *Scopuloſam* recte vocat Statius. Vid. & Ariſtotelem Hiſt. Anim. I, 9, p. 277. Inſula ab antiquitate, & lapide Scyrio perinde memorabilis eſt. Eam enim in belli ſocietatem aſſumſit Minos. v. Ovid. M. VII, 464. Rex eius Lycomedes ante bellum Troianum ſatis opinor notus, ob Achillis affinitatem. Conſule Statium & Apollodorum III, 12, 8. Pelaſgi olim & Cares habuerunt, ut ex Nicolao apud Steph. conſtat. Poſtea Dolopes praedones tenuere; ſed hanc gentem expulit Cimon, cuius acta & expeditionem tradunt Diodorus, Plutarchus, Pauſanias. Hinc Dicaearcho Πελασγία Σκῦρος. Theſſaliae attributam ſcribere videtur Catullus in Epithalam. Pel. & Thet. *Domum tota frequentat Theſſalia.* — *Deſeritur Scyros.* Chalcidenſes item poſſediſſe, ex numis ibi effoſſis cum hac inſcriptione ΧΑΛΚΙΔΕΩΝ, de quibus adi Tournefort. I, 35. Idem tradit M. Heracleota. Demoſthenis tempore Athenienſes obtinuere, ut ex eius in Callippum oratione, & Strabone poſtea ſatis conſtat. In Philippi poteſtatem veniſſe credo circa Olymp. CX. Dein bello Macedonico Ol. CXLVII Athenienſibus reſtitutam a Romanis prodidit Valerius Antias. Neronem iuvenem ibi haeſiſſe, nos certiores facit Diodorus Sardianus in Epig. quod ſic ſe habet:

Αἰγιβότου Σκύροιο λιπὼν πέδον, Ἴλιον ἔπλω
Οἷος Ἀχιλλείδης πρόσθε Νεοπτόλεμος,
Τοῖος ἐν Αἰνεάδησι ΝΕΡΩΝ ἀγὸς ἔστυ Ῥέμοιο
Νεῖται, ἐπ' ὠκυρόην Θύμβριν ἀμειψάμενος,

Digitized by Google

Κοῦρος, ἔτ' ἀρτιγένειον ἔχων χνόον. ἀλλ' ὁ μὲν, ἔγχει
Θῦεν· ὁ δ' ἀμφοτέροις, καὶ δορὶ καὶ σοφίῃ.

Quod ad vocem αἰγιβότου ſpectat, notandum eſt, Scyrum abundaſſe optimae notae capris. Ita Strabo, Aelianus de Animal. III, 33, aliique: ſed nec iis hodie deſtitui, affirmant nupera itinerantium ſcripta. Vide Paraemiographos in *Capra Scyria*, & *Scyrius principatus*. Auctor Sibyllinorum: Τλήμων Ἀντιόχεια, σὲ δὲ πόλιν οὐκ ἔτ' ἐροῦσιν, Εἵνεκεν ἀφροσύνης Ἰταλοῖς ὑπὸ δούρασι πίπτεις. Καὶ ΣΚΥΡΟΣ ΤΟΤΕ λοιμὸς ἔλοι, καὶ φύλοπις αἰνή. & paulo poſt: Καὶ τότε γιγνώσκειν θεὸν οὐκέτι πρὴν ἐόντα, Ἀλλὰ χρόνῳ κραίνοντα, καὶ ἐξολέκοντα γενεὰν Ἀνθρώπων μάλα πᾶσαν. Si ulla hic connexio, nec Sibyllina plane folia ſint hi verſus, reſpexiſſe putem ad annum Chriſti CXCIV, quo Nigrum Conſulem ad imperium evexerunt Antiochenſes. Illico enim ſtultitiae ſuae poenas graviſſimas Severo dederunt, in decretorio illo ad Iſſum proelio. Herodian. III, 4: Ἐπὶ πολὺ δὲ αὐτῶν διαγωνισαμένων, πολλοῦ τε ἐργασθέντος φόνου, ὡς καὶ τὰ ῥεῖθρα τῶν διὰ τοῦ πεδίου ποταμῶν ῥεόντων αἵματος πλεῖον ἢ ὕδατος κατάγειν εἰς θάλασσαν, τροπὴ τῶν ἀνατολικῶν γίνεται. At Niger Antiochiam pervenit, καταλαβὼν δὲ φεύγοντα τὸν λοιπὸν δῆμον εἴ τις ΚΑΤΑΛΕΛΕΙΠΤΟ, οἰκτρῶς τε καὶ πένθος ἐν τῇ πόλει, παῖδάς τε καὶ ἀδελφοὺς θρηνούντων, γενόμενος ἐν ἀπογνώσει καὶ αὐτὸς ἀποδιδράσκει &c. Ὁ δὲ Σεβῆρος καθελὼν τὸν Νίγρον, τοὺς μὲν ΦΙΛΟΥΣ αὐτοῦ, καὶ εἴ τινες οὐ μόνον ἐκ προαιρέσεως, ἀλλὰ δι' ἀνάγκης προσέθεντο αὐτῷ, πάντας ΑΦΕΙΔΩΣ ἐκόλασε. Pro γενεὰν in Sibyll. legerim γενέθλην. Reliquam Scyri hiſtoriam contexuit Du Cangius Hiſt. Conſtant. WASS.

ead. l. 12. Ὤκισαν) Non dubito, quin ᾤκησαν, non ᾤκισαν ſcribendum ſit, & male apud Scholiaſten quoque hoc pro illo ſcriptum ſit. Vel illud certe ᾤκουν, quod praecedit, fidem nobis de lectione illa facere videtur. Sic autem cap. 114: Ἑστιαίας δὲ (aut Ἑατιαιέας δὲ) ἐξοικίσαντες αὐτοὶ τὴν γῆν ἔσχον. Ubi tamen dici poſſunt γῆν ἔχειν, qui eam non incolunt. Ceterum quae in eo, de quo nunc agitur, loco eſt ſcripturae diverſitas, eadem & alibi occurrit: nam ſupra c. 8 cum ita in textu legatur, οὗτοι γὰρ δὴ τὰς πλείστας τῶν νήσων ᾤκησαν, in margine ex aliis libris ᾤκισαν tibi datur: ſed ibi quoque ᾤκησαν ab οἰκῶ retinendum eſſe dico. STEPH. Nihil mu-

Digitized by Google

tandum videtur. Diodor. Sicul. XI, 272: Σκύρον δὲ, Πελασγῶν ἐνοικούντων καὶ Δολόπων, ἐξεπολιόρκησε· καὶ κτίστην Ἀθηναῖον κατασήσας, κατεκληρούχησε τὴν χώραν. Corn. Nep. Cim. 2: *Scyrum — vacuefecit; ſeſſores veteres urbe inſulaque eiecit: agros civibus diviſit.* Hoc eſt, quod Thucydides dicit, Σκύρον ᾤκισαν Athenienſes, duce Cimone.

Pag. 138. *l.* 6. Ἔνδειαι) Quamvis alia exemplaria ἔνδειαι, alia ἔνδειαι habeant, Scholiaſtes tamen magnum inter haec duo diſcrimen ſtatuit: ſed de quo illi non aſſentior, ut apud eum dixi. STEPH. Altera interpretatio Scholiaſtae, ἀπολείψεις, ἀτέλειαι huic loco convenit. Ἔνδεια, *inopia, penuria*, hic locum non habet. Ἔνδεια autem eſt, cum quis non totum ſolvit, quam reliquationem vocant. Vid. Suid. in ἔνδεια, Valeſ. ad Harpocrat. h. v. & Salmaſ. de Mod. Uſur. p. 713. Cur Steph. & Port. verterint *eiurationes tributorum & navium*, non intelligo. Valla ſecutus eſt alteram ſcripturam: nam vertit, *tributorum penuria navigiumque*. De λειποστρατίῳ Poll. VIII, 40. Herodoto V, 27 eſt λειποστρατία. vid. Thom. Mag. in λειποτάξιον.

ead. l. 14. Ἀπ' οἴκου) Malim ἄπ' hic ſcribi, ut vel haec ſcriptura vocem illam non pro ἀπὸ, ſed pro ἄπο eſſe poſitam teſtetur. Ut autem hic pro militandi immunitate, ita & pro navigandi pecuniae pendunturſupra c. 27. STEPH.

Pag. 139. *l.* 6 ſqq. Ἐγένετο — διακοσίας) Dion. Hal. pag. 142. WASS.

ibid. Εὐρυμέδοντι) Locum memorat & res geſtas Harpocration. retulit ad annum IV Artaxerxis Euſeb. Olymp. LXXIX, 4. IDEM.

ead. l. 11. Χρόνῳ δὲ ὕστ.) Diodorus non convenit cum Thucydide de tempore huius Thaſiorum defectionis, quam Thucydides ponit antequam Sparta terrae motibus concuteretur, Diodorus autem poſt terrae motum. Palmerius Exercitationib. p. 109. HUDS.

ead. l. 12. Θασίους) Vid. Syncellum 4064. Ariſtot. Hiſtor. An. 136. Motrayii numus Tab. XXIX ΘΑΣΙΟΝ. Ita ſcribunt Herodot. Strabo, Archeſtratus Γαστερονομία, Hegemon Thaſius, qui Cratini tempore floruit, Scylax, Hippocr. Pauſan. Apollodor. M. Heracleota, Diodor. Polyaenus, Ariſtophanes, Pl. Galenus Tom. II, 358, Plutarchus Bruto, Dionyſ. Perieg. Schol. Homeri Od. κ', 235, Chron. Paſchale, Clemens Alex. Zenobius apud Suidam, Heſychius Θάσιος παῖς Ἀγλαοφῶντος; ſed ibi legendum

Digitized by Google

γένος Ἀγ. pars est Epig. Simonidis, vid. Pausan. Phocic. cap. 27. Ex Latinis Virg. Statius, Varro, Cloatius Verus apud Macrob. Mela, Nepos. geminant Xenophon Histor. Gr. I, 432, Ptolemaeus: at uterque insulam intelligit. Urbem Xenophon alibi Θάσον vocat. Livii exemplaria, & Excerpta Polybii variant. Plinius IV, 12, 23, *Thassus*, opinor male. De urbis excidio sub Lysandro consule Diodorum XIII, p. 388. WASS.

Pag. 140. *l.* 4. Καλουμένας Ἐννέα ὁδοὺς) Appellationis originem indicat Hyginus Fab. LIX, cum ait, novies Phyllidem eo die, quo Demophoontis reditum praestolabatur, litus versus cucurrisse: indicatque id Coluthus lib. de raptu Helenae. Vide Meursium de Regn. Athen. l. 3, cap. 7. HUDS. Errorem Stephani, qui in Ἀμφίπολις etiam Μυρίκην & Ἠιόνα dictam scribit, redarguunt ibi interpretes, & Voss. ad Scylac. p. 64 ed. Gron.

ead. l. 7. Δραβήσκῳ) Stephanus Δραβῆσκος. Geogr. Ms. Vatic. Δράβησκος, teste Holstenio. vid. Appianum B. Civil. IV, 650. Strabonis Epit. Lib. VII in fin. male Δραβίσκος. Latini scriptores haud memorant. Vid. nostrum IV, 102. Campi cuiusdam nomen esse videtur. WASS. Apud Appian. quoque l. d. Δραβίσκος. Stephano χωρίον, id est, locus, vel campus, non oppidum, ut Cellar. II Geogr. 13, qui hoc etiam non obscure ex Thucydidis verbis coniici putat. Si hoc coniicere voluit ex his διεφθάρησαν ἐν Δραβήσκῳ, non firma est illius coniectura. Nam ἐν nominibus urbium additum saepe notat τὴν περίχωρον. Steph. Ἰσσὸς — ἐν ᾗ Ἀλέξανδρος Δαρεῖον ἐνίκησε. Lucian. de conscrib. Histor. p. 621: τὰς ἐν Εὐρώπῃ γιγνομένας σφαγάς. Vid. Perizon. ad Aelian. II V. H. 25. Straboni in Epit. l. d. est πόλις, & Ms. Vatic. apud Holsten. ad Stephan. Δράβησκος Ἡδωνῶν πόλις ἐν Θράκῃ. Idem colligi potest ex Appiano de situ Philipporum: ἐκ δὲ τῆς δύσεως πεδίον μέχρι Μυρκίνου τε καὶ Δραβίσκου. Add. infr. ad c. 113.

ibid. Ἡδωνικῇ) Ms. Ar. Ἰδωνικῇ. Error ex adsc. ι ΗΙΔΩΝΗ. WASS. Potius putem ex eo ortum, quod η & ι eodem sono proferebantur, ut Δράβησκος & Δράβισκος, & infinita alia huius generis. Nam nusquam hoc nomen cum diphthongo in prima syllaba inveni.

ead. l. 8. Ξυμπάντων) ξυστάντων malit Heilman. Ita VI, 21: εἰ ξυστῶσιν αἱ πόλεις φοβηθεῖσαι.

Pag. 141. *l.* 1. Θουριᾶται) Scribitur Θουριᾶται & Θου-

Digitized by Google

ρεᾶται. HUDS. Paulo ante, post ἔμελλον, restitui distinctionem maiorem, quae in Cass. Gr. Vasc. & Bas. pro minima, quam tres postremae edd. habent.

ibid. Αἰθεσῆς) Non ita gentile ab Αἰθαία secundum Stephanum Byzant. formari debet, neque ita apud Thucydidem legisse videtur. Quis autem veram servaverit lectionem, tute ipse iudicabis. HUDS. Situm huius populi ignorat Cellarius pag. 767. urbs Αἰθαία Stephano, qui Philochorum exscribit. Apud eum Αἰθαία, & inde gentile Αἰθαιεύς. Suidas, Αἰθες, ἐθνικόν. Antiqui omnes, quam Graeci, quam Latini, hac in re plane silent. De seceſſione vid. Pausan. Mess. IX. Gr. mox δὲ καὶ τῶν Εἰλ. sed praecedit. WASS.

ead. l. 9. Τολοιπὸν) C. Reg. Cass. & I, 56 Cass. Vasc. τὸ λοιπὸν, sine casu. Hippocrates § III, p. 12, at coniunctim, mendose 56. Contra, de Morb. Mul. divisim 177; quomodo fere in Nov. Test. (vid. Thucydid. Indic.) & apud Thucydidem Mss. IV, 64, 126, VII, 7. Ita Sophocles Oedip. Tyr. 815, 1297, eiusque Scholiasta; Dinarchus Orat. II; Polybius III, p. 317, 343, V, p. 615; Xenophon 276, 300, 343, 548, 487, 338. At ter coniunctim 350, 351, 411. τὸ λοιπὸν etiam Demosthenes Funebr. 155; & in Conon. apud. D. Halicarn. p. 278. de falsa Leg. 238. Utroque modo Herodotus IV, 3, VII, 120. iunctim Plato Alcibiad. 429. τοῦ λοιποῦ Iosephus Antiq. V, 5, 2, Thucydides IV, 98, Xenophon 465, 666. WASS.

Pag. 142. *l.* 2. Ἐνδεᾶ) Miretur quis hoc adiectivum ἐνδεᾶ, absque ullo, quocum iungatur, substantivo: & fortasse scribendum ἔνδεια suspicetur: at ego illum adiectivi usum tanquam Thucydideum, ex collatione cum quibusdam aliis agnosco. STEPH.

Pag. 143. *l.* 7. Ἐξίασιν) Sicut in quodam c. 46 loco, male ἐξίησι pro ἔξεισι antea legebatur, ita hic male ἐξιᾶσιν: cum hoc quoque sit ab ἐξίημι, quod, ne huic quidem loco convenit, sed ἔξειμι: a quo scribendum est ἐξίασιν. Habet autem futuri significationem: adeo ut perinde sit, ac si ἐξελεύσονται scriptum esset. Atque hic futuri usus post ἐφ' ᾧ, id est, quod Scholiastes idioma Thucydidis appellat. Ita enim & c. 113, σπονδὰς ποιησάμενοι ἐφ' ᾧ τοὺς ἄνδρας κομιοῦνται. Alii enim potius hic quidem ἐπὶ τῷ κομίζεσθαι, illic autem, ἐπὶ τῷ ἐξιέναι dicerent. STEPH.

Digitized by Google

Add. quae idem ſcribit Append. Theſ. pag. 130. Nec tamen neceſſe eſt, ἐφ' ᾧ τε mutare his ἐπὶ τῷ: nam non minus ἐφ' ᾧ τε cum infinitivo dicitur. vid. Dion. Halic. X, 18. Cteſ. in Excerpt. Perſic. c. XXXIV & XXXVIII.

ibid. Μηδέποτε) Gr. Ar. Marg. μηκέτι, ut apud Hom. Il. β', 261, & noſtrum IV, 34. Sed minus placet ob vicinitatem οὐκέτι. WASS. De Iove Ithomete vid. quos laudat Holſten. ad Stephan. in Ἰθώμη. Scholiaſtes ait Ἰθωμήτα Dorice dici, pro Ἰθωμήτου ſcilicet. Si Thucydides poſtremam ſyllabam Dorice extulit, credibile eſt, eum idem ſecutum in illa, quae praecedit, & ſcripſiſſe Ἰθωμάτα. Nam hoc eſt Doricum. Steph. Ἰθωμήτης — καὶ Δωρικῷ τρόπῳ, Ἰθωμάτας. Et ſic Pauſan. Meſſen. cap. 26 & 33.

Pag. 144. *l.* 1. Μεγαρῆς) Haec eſt Attica terminatio, ut Ἀχαρνῆς, Πλαταιῆς, & alia huiuſmodi. vid. Stephan. Append. Theſ. p. 13 & 30. De Pegis & Niſaea Holſten. ad Steph. Quae hic & ap. Herod. I, 59 Νίσαια, Stephano & aliis eſt Νισαία, de quo monet Sylburg. ad Pauſan. Attic. c. 39. Scholiaſtae Theocr. XII Id. 29, Νίσα, quod ibi emendat Heinſius. Ab hac Megarenſes Graeciae cognomine Niſaeorum a Megarenſibus Siciliae diſtingui annotat Caſaub. ad Athen. XIV, 22. Ovid. tamen Epiſt. XV, 54, Niſiades dicit de Megarenſibus Siciliae.

ead. l. 9. Ἰνάρως &c.) De defectione Aegyptiorum a Perſarum rege vide Diodorum Siculum, l. 11, pag. 279 ed. Steph. HUDS. Cteſias c. 32 Lydium vocat perperam. vid. Herodot. III, 12, 15, VII, 7, & Montefalconii Palaeograph. II, 4. WASS. In Herodoto quoque eſt Ἰνάρως, in Diodoro Ἰναρὼς, ap. Schol. Ariſtoph. Plut. 178 Ἴναρως, in Cteſia apud Photium Biblioth. Cod. LXXII Ἴναρος. Ibi perperam legi Ἰνάρου Λυδίου ἀνδρὸς, etiam obſervarunt Caſaubon. ad Baron. Exercitat. XVI § 77, & Uſſerius in Annalib. ad A. P. I, 4254. Nam Herodotus III, 12 dicit ἀπὸ Ἰνάρω τοῦ Λίβυος, & VII, 7 Ἰνάρως ἀνὴρ Λίβυς, ut hic Thucydides, & infra cap. 110, Ἰνάρως ὁ τῶν Λιβύων βασιλεύς. Errorem illum ſecuti ſunt omnes, qui haec Excerpta Photii e Cteſia, vel ſeparatim, vel una cum Herodoto ediderunt. Sed non tam Cteſiae, aut Photii, quam, ut recte poſt Caſaubonum Hudſonus in Var. Lect. ad c. 110, librariorum vitium eſt, qui in Photio e Λιβύων fecerunt Λυδίων, quemadmodum e Λιβύων ſcriba Cod. Gr. infra l. d. Λυβίων. Ψαμμίτιχος, ut hic quidam ſcripti, ſaepe

Digitized by Google

etiam Herodot. Diodor. Sicul. I, 42, IV, 415, & Schol. Ariſtoph. Plut. l. d. At idem Nubib. 397, Ψαμμήτιχος. Montfaucon. l. d. exhibet partem vetuſtae inſcriptionis, qua continentur nomina Athenienſium, qui bellis, quae hic memorat Thucydides, interierunt.

Pag. 145. *l.* 7. Ἐς Ἁλιὰς) Strabo VIII, 373: Ἑρμιόνη ἐστὶ τῶν οὐκ ἀσήμων πόλεων· ἧς τὴν παραλίαν ἔχουσιν Ἁλιεῖς λεγόμενοι, θαλαττουργοί τινες ἄνδρες. vid. Diodor. XI, pag. 282. Euſtath. Ἁλιὶς perperam ſcribit. vid. Steph. & Heſych. in ἁλική. Scylax pag. 20: Μετὰ τὴν Ἐπιδαυρείαν χώραν, Ἁλία, καὶ λιμήν. Pauſan. II, 36: ἡ Ἁλίκη τὰ μὲν ἐφ' ἡμῶν ἐστιν ἔρημος. vid. Xenoph. Hiſtor. Graec. 515 b. 624 d. Ἁλεὺς etiam Δῆμος τῆς Κῶ Schol. Theocr. Confer noſtrum II, 56. Demoſth. in Olymp. pag. 691 ΑΛΑΙΕΥΣ. Inſc. Vet. in Bacchi Theat. Athen. ΝΙΚΩΝ ΛΥΣΙΟΥ ΑΛΙΕΥΣ Wheler 366. vid. Pauſan. VI, 334. Wass. Inſcriptio haec pertinet ad Halaeenſes ex δήμῳ Attico, cui Ἁλαὶ nomen erat. De quo Meurſ. de Populis Attic.

ead. l. 8. Καὶ ἐνίκων Κορ.) Cum Thucydide pugnat Diodorus Sic. qui victoriam adiudicat Athenienſibus pag. 282 ed. Steph. Cum Thucydide tamen conſentit Trogus. & cum Athenienſis fuerit Thucydides, plus fidei meretur, quam Diodorus. Palmerius. Huds. Eſt in Palmer. Exercit. p. 45, qui reſpicit ad ea, quae leguntur in Iuſtin. III, 6, ubi etiam interpretes annotant, tum Athenienſes a Peloponneſiis ad Halias victos eſſe. Sed ſi de hac pugna ſenſit, nonnulla aliter ac Thucydides, & perperam, ſcribit.

ead. l. 9. Κεκρυφαλείᾳ) Cum Ar. C. ſcribit Diodor. p. 282 d. κεκρύφαλίᾳ male. Κεκρυφάλιον eſt reticulum muliebre, unde ad retis & ſtomachi cavitatem transfertur. vid. Ariſtot. Hiſt. An. II ult. Heſych. Schol. Nicandri pag. 30 Aldin. Unus opinor Plinius hanc inſulam agnoſcit. Κεκρυφαλία etiam cum Diodoro Ariſtides I, 269. Wass. Praeter Plinium IV, H. N. 12 princ. etiam Schol. ad h. l. Thucydid. & alii apud Stephanum inſulam eſſe dixerunt. Locum Ariſtidis deſcripſit Photius in Biblioth. qui itidem habet Κεκρυφαλίᾳ. Annotavit Harduin. ad Plin. Errorem Stephani in hiſtoria obſervant ad eum interpretes.

ead. l. 14. Ἑβδομήκοντα) Ita libri, quibus accedit etiam Lyſias in Orat. Funebri pag. 510. De numero conſentit etiam Diodor. XI, 282 d. Infra pag. ſq. lin. 13 μάχης ἰσορ. γ. C. meliore ordine. Wass.

Digitized by Google

Pag. 146. *l.* 7. Ἔν τε Αἰγίνῃ) Expungenda, quae poſt Αἰγίνῃ eſt, interpunctio, cum haec verba ἔν τε Αἰγίνῃ ad participium ἀπούσης ferantur. Nam brevitatis cauſa ἀπούσης ἐν Αἰγίνῃ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ dixit, pro eo, quod eſt ἀπούσης ἐκείθεν, vel ἀπούσης ἀπ' αὐτῶν, καὶ ἔν τε Αἰγίνῃ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ οὔσης. Ceterum vocabuli πολλῆς interpretationem &c. ut in Var. Lect. Poteris autem ita hunc defectum ſupplere, *Abſente tum apud Aeginam, tum apud Aegyptum, multo exercitu.* Quod ſi non πολλῆς tantum, ſed praefixo articulo τῆς πολλῆς ſcriptum foret, verterem, *magna parte exercitus.* Eius porro, qui in Aegypto erat, exercitus mentionem facit c. 109. STEPH. Haec dictinctio, accedente auctoritate Mſſ. videtur recipienda.

Pag. 147. *l.* 6. Ἐκβοήσαντες) Ex Scholiaſtae expoſitione colligi non poteſt, (ut ad eum docebo) illum ἐκβοήσαντες legiſſe: verum etiamſi pro hoc illius expoſitio aperte faceret, alterum tamen ἐκβοηθήσαντες potius recipiendum cenſerem: praeſertim cum hoc & alibi eodem modo utatur: quod de illo haud ſcio an dici itidem poſſit. STEPH. Ἐκβοήσαντες, quod habent quidam Mſſ. agnoſcit Schol. Nōſter c. 107 eodem ſignificatu ἐβοήθησαν. De hac voce ampliandum puto, quia apud Homerum βοὴν ἀγαθὸς, & apud Aeſchylum in Supplic. εἰ βραδύνοιμεν βοῆ. ubi βοὴ pugna, & auxilium. Apud noſtrum alioſque αὐτοβοεὶ primo incurſu valet: alibi quidem plenius, ἐμβοήσαντες, ἀθρόοι ὥρμησαν. vid. Galaeum ad Herodot. II, 62. WASS. Galaeus ibi nihil de hac voce habet. ad I, 62, ubi eſt βοηθέουσιν, annotat, *mallem ad Ionicam formam* βωθέουσιν; quod nihil huc facit. Ἐκβοηθεῖν, ἐπιβοηθεῖν, & alia cum βοηθέω & praepoſitione compoſita, ſatis uſitata ſunt. Sed vix credo vel ſimplex βοάω, vel alia ex hoc & praepoſitione compoſita, ea ſignificatione, quam hic locus poſtulat, apud probatos ſcriptores inveniri. Nec magis puto huic loco convenire ἐκβοήσαντες, quam ſi quis c. 107 prō ἐβοήθησαν ἐπ' αὐτοὺς velit dicere ἐβόησαν ἐπ' αὐτούς.

ead. l. 11. Ἐς του) Si ἔς του legas, ita dictum erit του pro τινὸς, ut ſaepe τῳ (reiecto itidem in praecedentem accentu) occurrit pro τινί. Interiici autem vocabulum inter hoſce duos genitivos minime novum eſt apud Thucydidem. STEPH.

ead. l. 14. Κατέλευσαν) Vid. Herodot. I, 167. WASS.

Pag. 148. *l.* 7. Ἐς Δωριὰς τὴν Λακ. μητρ.) Lacedae-

Digitized by Google

monii, qui a Dorienſibus traxerunt originem, initio urbes tantum tres tenebant, Boeum, Cytinium, & Erineum: hinc progreſſi, auctis viribus, Graeciae imperium obtinuerunt. Vide Meurſii Miſcell. Lacon. l. 3, c. 9. HUDS. Δώριον infr. III, 92. WASS. Hudſonus, cum hic ſcribit Δωριᾶς, videtur probare ſententiam Stephani & Porti: quam etiam confirmant quidam libri ſcripti. Et ſane, ſi eſt a nominativo Δωριεὺς, ut videtur e Diodor. Sic. XI, 283, accuſativus plur. non eſt Δωριὰς, ſed Δωριᾶς, Attice, ut Πλαταιᾶς. Vid. Euſtath. in Homer. Il. β, p. 269, & Steph. Append. ad Theſaur. p. 57.

ead. l. 8. Βοιὸν) Vid. Heſychium in Λιμοδωριεῖς, Strabon. & Steph. Ἐρινεόν. Steph. aliquando Ἐρίνειος. Sic ſane Plato p. 106. confer Philochorum, apud D. Halic. p. 198. Ariſtides Leuctr. Κοιτινίου, male. WASS. In Diodor. l. XI, p. 283, perperam Κυντίνιον, Ἐρίβυον, καὶ Ἐριναιόν.

ead. l. 9. Νικομήδους τοῦ Κλ.) Diodorus Sic. pag. 273 habet Νικομ. Κλεομένους. procul dubio librarii errore. HUDS.

ead. l. 10. Τοῦ Παυσανίου βασιλέως.) Minus proprie Thucydides eum ſemel iterumque, qui regnum pro pupillo gubernabat, regem vocat. Pauſanias enim non erat rex, ſed tutelam gerebat regis Pliſtarchi: qui cum diem obierit vixdum annos pubertatis atque regnum conſecutus, ei ſucceſſit Pliſtoanax, Pauſaniae tutoris filius. Vide Meurſium de Regno Laced. c. 12. IDEM. Regem Lacedaemoniorum vocant etiam Plutarch. Conſol. ad Apollon. pag. 182 ed. Stephan. Suidas in Παυσανίας, & Schol. Ariſtoph. Equit. 84. Hic βασιλέως ad Πλειστοάνακτος referri poteſt.

Pag. 149. *l.* 1. Κρισσαίου) Reg. Κρισαίου. Sic Steph. & alii, ſed plerique Κρίσσα, & Κρισσαῖος. vid. Holſten. ad Steph. Palmer. Graec. Antiqu. VI, 4, & Muncker. ad Antonin. Liber. c. VIII.

ead. l. 2. Κωλύσειν) Quidam κωλύειν. Utroque modo Homerus, ſed cum futuro inf. frequentius. Herodot. II, 150, ἔμελλε διαχέειν. vid. II, 12. Gronov. ad Herodot. p. 918. lin. 5 ἀεὶ addunt Ar. C. ſed immediate ſequitur. WASS.

ead. l. 4. Δύσοδός τε γὰρ ἡ Γεράνεια) Thom. Mag. Δυσπρόσοδον χωρίον, ὃ δύσκλον περὶ τὴν εἴσοδον, & addit e Thucyd. V, 65, χωρίον ἐρυμνὸν καὶ δυσπρόσοδον. Pergit, λέγει δὲ πάλιν καὶ δύσοδος χώρα, ἐπὶ τῆς αὐτῆς σημασίας — οἷον — δύσοδος γὰρ ἡ Γεράνεια. κάλλιον δὲ τοῦτου τὸ δυσπρόσοδος. Neſcio, quid dicat. Nam neque δύσοδος

Digitized by Google

hic idem significat, quod δυσπρόσοδος in altero illo loco; nec apparet, cur δυσπρόσοδος rectius aut elegantius dicatur, quam δύσοδος.

ead. l. 12. Καὶ τῶν ἄλλων ξυμμάχων) Vel aliam lectionem secutus est, vel, quod verisimilius est, Thucydidem non intellexit Valla, cum ita hunc locum est interpretatus, *exque omnibus fere aliis sociis, numero quatuordecim millia.* Neque enim tantum sociorum fuisse numerum Thucydides dicit, sed Athenienses & Argivos (quos fuisse mille scripsit) additis etiam sociis, hunc numerum effeciſſe. Anim. advertendum autem, & vocem ξύμπαντες male ab eo cum praecedentibus iungi. STEPH.

Pag. 150. *l.* 5. Ταναγρᾳ) Vid. Diodor. 284 b. Olymp. LXXX, 4, ubi οἰνοφύτοις vinetis vertit Rhodoman. Steph. Pausan. Strabo non agn. vid. Plutarch. Tom. II, p. 345, & Platonem p. 435 in Epitaph. Οἱ Λακεδαιμόνιοι Gr. ut 39, 19. WASS. Quod Thucydides ἐν τῷ ἔργῳ, id Diodorus ἐν τῇ μάχῃ, & Ulpian. in Demosth. Olynth. 1, p. 8, ἐν αὐτῇ τῇ παρατάξει dicunt. Sunt autem Thessali ab hac re a quibusdam notati tanquam perfidi, ut Ulpianus scribit.

ead. l. 6. Ἐνίκων Λακ.) Pugnam ancipitem fuisse tradit Diodorus l. XI, p. 284. HUDS.

Pag. 151. *l.* 5. Τολμίδου) Ar. C. Τολμίδου στρατηγ. τοῦ T. ordine venustiore. & pro τῶν Gr. τὸ, an τὸ τῶν? immo nihil mutandum. WASS. Τολμίδα in Gr. pro varia lectione, a recto Τολμίδας. In Plutarcho & Diodoro quidem est Τολμίδης: sed tamen etiam alteram terminationem in usu fuisse, indicat hoc corruptum apud Plutarch. de Glor. Athen. princ. Καὶ Τολμίαν Πελοποννησον περιπλέοντα, pro Τολμίδαν.

ead. l. 15. Καὶ ἀπ') Καὶ abest a quibusdam Mss. & edd. & pag. 152 lin. 3 ἐκομίσθη haud recte, pro ἀνεκομίσθη. WASS.

Pag. 152. *l.* 3. Ἀνεκομίσθη) Semel de hoc quoque te monebo, cum saepenumero lectiones occurrant in eo diversae, quod aliae vocabula simplicia, aliae composita habeant, (quae diversitas in tribus huius paginae locis cernitur) plerumque eas Thucydideas potius videri, quae composita, quam quae simplicia habent: cum alioqui in magna earum parte sensum inde aut parum, aut nihil immutari videamus. Ut autem hic διεσώθησαν & ἐσώθησαν habes, sic etiam c. 63 & σώσας & διασώσας. Verum ad

Digitized by Google

illud ἀνεκομίσθη quod attinet, pro ἐκομίσθη, ſicut in illo redundare dici poteſt praepoſitio, quod praecedat πάλιν, ita & in pleriſque aliis verbis tali pleonaſmo praepoſitionis gaudere Thucydidem ſciendum eſt, cuius antea exempla fuerunt a me allata. STEPH.

ibid. Μεγάβαζον) Ariſtoph. & Schol. Avib. 484 Μεγάβυζον. Schol. ibi om. δὲ, & habet πολλῆς στρατιᾶς. abeſt etiam ab eo μάχῃ & τῆς. male. Vid. Uſſer. in Annalib. Per. Iul. 4256. WASS. Μεγάβυζος etiam Diodor. & Photius in Excerptis Cteſiae, ut in Caſſ. & Gr. Et ſic plerumque apud alios hoc nomen ſcribitur. Interdum, ſed rarius, Μεγάβαζος, ut Ἀρτάβαζος, Φαρνάβαζος; & apud Aeſchylum, Μεγαβάζης. Vid. Reland. Diſſertat. II, 8, ubi etiam quaerit, utrum hoc nomen proprium, an muneris ac dignitatis fuerit apud Perſas; de quo plura Turnebus XVIII Adverſar. 31; Caſaub. & Menag. ad Laërt. II, 51; & interpretes Aeliani II V. H. 2.

ead. l. 13. Οὕτω μὲν) Marg. οὕτω μὲν οὖν. bene. lin. 16 Cl. Gr. al. βασιλέως. perperam. WASS. Ὑπὸ βασιλέα, quod eſt in Caſſ. puto ſic dici poſſe, ut ὑπό τινα εἶναι, ὑφ' ἑαυτὸν ποιεῖσθαι, apud Xenophontem, & alios in Theſ. Stephan. Theophr. Charact. c. XXIV: Τῶν ὑφ' αὑτόν τινι συντάξαι. Aelian. VI V. H. 11: πᾶσαν ὑφ' ἑαυτὸν τὴν Σικελίαν ἐποιήσατο. Amyrtaeum Saiten, regem Aegypti memorat Chronic. Euſeb. n. MDCIV. ſed in Olymp. XCI. At Diodor. Sicul. hanc cladem Athenienſium in Aegypto confert Olymp. LXXX.

ead. l. 14. Πολεμήσαντα) Cum valde durum hoc ſit, πράγματα ἔξ ἔτη πολεμήσαντα, videndum ne veram lectionem eſſe dicendum ſit πολεμησάντων, quod iungatur cum Ἑλλήνων. STEPH.

Pag. 153. *l.* 3. Καὶ ἅμα μαχιμ.) Apud alium affirmari poſſet, deeſſe ὅτι ante μαχιμώτατοι, ſed apud hunc de ea re dubitationi locus relinquitur. Quin etiam ſervata eadem orationis forma plerique ex aliis dixiſſent, καὶ ἅμα διὰ τὸ μαχιμωτάτους εἶναι τῶν Αἰγυπτίων τοὺς ἐλείους. IDEM.

ead. l. 5. Ἀνεσταυρώθη) Aegypti cruces in uſu fuiſſe, teſtari videtur Iuſtinus l. 30, cap. 2. Vide Lipſium I de Cruce, c. 11. HUDS. Add. quae de h. l. diſputat Caſaubon. ad Baron. Exercit. XVI § 77.

ead. l. 7. Τριήρεις — κέρας) Suidas in ἔσχε exponit κατε-

Digitized by Google

πᾶνται. Hesych. κατήχθησαν, κατεσχέθησαν, ἐπαύσαντο. absolute etiam apud Hippocratem ἔχειν, pro ἐν γαστρὶ ἔχειν IV Epidem. & Aristot. Polit. Aristoph. Ἐχ' ἀτρέμας. Ἐχ' ἥσυχος. Confer Diodor. XI, p. 280 d. WASS. Ἔσχον, κατέσχον, προσέσχον, verba nautica. Vid. Cam. ad Act. Apost. XXVII, 40. Suid. in Ποῦ e Ranis Aristoph. v. 190: Ποῦ σχήσειν δοκεῖς; ἀντὶ τοῦ, ποῦ ἀπάξαι (an ἀπάξειν?) τὴν ναῦν; Add. Thom. Magist. in ἐπέσχον & προσέσχον, ubi h. l. descripsit, & ἔσχον exponit προσωρμίσαντο, pro quo leg. προσωρμίσαντο, ut & apud Phot. Biblioth. Cod. CLXXXVI, in Cononis Narrat. VIII, pro προσορμησαμένων τῇ γῇ, προσορμισαμένων. Nam προσορμᾶν aliud est.

cap. l. 11. Τὰ μὲν) Malim τὰ μὲν δὴ κατὰ τήν. Mire enim usu particulae δὴ gaudet hic scriptor. STEPH. Gr. καὶ τά. alterutrum reponendum. WASS.

Pag. 154. *l.* 14. Διαπλεύσαντες πέραν) Scholiastes post πέραν iubet interpungere. STEPH. In Bas. male posita erat distinctio post Ἀκαρνανίας. De Periclis expeditionibus in Acarnaniam & Oeniadas Diodor. Sic. L. XI, pag. 286, 287. ubi interpres non recte *Oeniades insulas* vertit. Vid. Palmer. III Graec. Ant. 8, & interpretes Stephani in Οἰνειάδαι.

Pag. 155. *l.* 3. Ὕστερον δὲ) Cum Thucydide rursus pugnat Diodorus Siculus circa tempora. Vide Palmerii Exercit. ad Gr. Auct. pag. 111. HUDS.

eod. l. 5. Ἔσχον) Laudat h. l. Thom. Mag. in ἐπέσχον, & eadem significatione ἐπέσχον & ἔσχον dici auctor est, pro ἀπέσχοντο; per ellipsin scil. τοῦ ἑαυτούς.

eod. l. 6. Κύπρον) Vid. Diodor. XII, 292 b. in Olymp. LXXXII, 3, 4. Suidam in Κίμων. Plutarch. Aelian. V Var. Hist. 10. & Isocratem περὶ εἰρ. p. 276. Κίτιον, Citium, Κύπρου πόλισμα Laërt. VII § 1. vid. Abulpharaiium pag. 116. Hieron. vita Hil. Cutium, & Vatic. apud Iosephum I Archaeol. 6 Κήτιος mendose. A receptâ scriptura stant Diodor. Strabo, Plutarch. Concil. Constantinop. 1. In Notitia vet. Κίτιν, sed in Cod. Reg. recte pag. 51. ubi pro Ἀρσεναῖ omnino rescribendum Ἀρσινόη. His accedit Nepos; nam codex Danielis, qui Cythio obtrudit, dignus non est, cuius ratio habeatur. Pro nobis facit etiam gentile Κιτιεὺς apud Laërtium, non Κιττιεὺς, quod ex Flor. depromsit Meibomius. Confer Diodor. XII, 3, XX,

Digitized by Google

50 & Plutarch. Cimone p. 491. WASS. Κίττιον, quod hic habet Cod. Reg. & Κιττιεὺς, etiam alii interdum. vid. Casaub. & Menag. ad Laërt. l. d. & sic quoque Suidam scripsisse puto, pro eo, quod editur, ἐν Κυττίῳ δὲ τῆς Κύπρου. Plura de Citio habet Meurs. I Cypr. 10.

Pag. 156. *l.* 2. Πόλεμον) Πόλεμον ἐπολέμησαν Ar. C. ut apud Homerum, & Demosthenem & Xenoph. Ἑλλ. V. Unde Ennius, *magnam pugnavimus pugnam.* Sic ἐστρατευμένος στρατείας Demosth. in Mid. Polybius, Plutarchus. At noster nunquam alibi sic loquitur, & libri potiores illud alterum servant. Denique sequitur κρατήσαντες, & auctor de bello suscepto intelligi debet. WASS.

ead. l. 10. Ὡς ἑκάστοις) Ita hic dictum est τῶν δὲ ξυμμάχων ὡς ἑκάστοις post ἑαυτῶν μὲν χιλίοις ὁπλίταις, ut c. 107 καὶ τῶν ἄλλων ξυμμάχων ὡς ἕκαστοι, post illa verba, καὶ Ἀργείων χίλιοι. STEPH.

ead. l. 13. Ἐν Κορωνείᾳ) Pausanias habet ἐν Ἀλιαρτίᾳ, quae Coroneae vicina erat urbs: Plutarchus in Pericle habet περὶ Κορώνειαν. melius quidem dixisset Thucydides in Κορωνιάτιδι. Palmer. HUDS. Male Κωρωνείᾳ Ar. ut ex Demosthene, Platone, & Aristide Tom. II, pag. 97 patet. WASS. Addit Palmer. Exercit. pag. 46, Thucydidem ideo minus bene dixisse ἐν Κορωνείᾳ, quia non in ipsa urbe commissum sit proelium. Sed hoc nullius momenti est. vid. supra ad cap. 100.

Pag. 157. *l.* 3. Διέφθειραν) Inter quos & ipse Tolmides Diodor. XII, 293 d. In eo proelio cecidit Alcibiadis pater. Plato 435. WASS. Th. Mag. usum formulae ἐφ' ᾧ ostendens, laudat haec ἐφ' ᾧ τοὺς ἄνδρας κομιοῦνται. Defectio Euboeae ab Athenienſibus etiam annotata est in Chron. Euseb. ad Num. MDCVI. ubi Scaliger eo refert, quae princ. cap. seq. de ea defectione scribit Thucydides. Sed lapsus est per incuriam vir summus. Nam quae hic referuntur, multis annis ante bellum Peloponnesiacum, cuius initium in annum primum Olymp. LXXXVII incidit, gesta sunt, & quidem auctore Diodoro Siculo XII, 293, Ol. LXXXIII. At Eusebii Chron. defectionem Euboeae confert in Olymp. XCII. Itaque haec alia est ab ea, quam hic narrat Thucydides, & posterior defectio, quam etiam in Olymp. XCII memorat Diodor. XIII, 355, & Thucydid. VIII, 95, ubi res anni XXI belli Peloponnesiaci exponit. Nec magnus ille Spanhemius videtur animum val-

Digitized by Google

de intentum rationibus Chronologicis habuiſſe, cum ad Ariſtoph. Nub. v. 212 ſcribebat, Euboeam, quae *ab initio belli Peloponneſiaci* ab Athenienſibus defecerat, mox a Pericle ſubactam.

ead. l. 10. Περικλέους) Vid. Diodor. 293 d. & Ariſtoph. Acharn. 525. WASS.

ead. l. 12. Διεφθαρμένοι) Huius victoriae cauſa Apollinis λυχνοφόρου imaginem poſuerunt Delphis, ut narrat Plutarchus in lib. de Oraculis Pythiae. Palmer. HUDS.

Pag. 158. *l.* 4. Τοῦ Παυσανίου) Vide quae annotavimus ad pag. 148 lin. 10. IDEM. Hic quoque βασιλ. Λακ. coniungi poteſt cum Πλειστοάνακτος.

ead. l. 6 ſqq. Καὶ Ἀθηναῖοι — ἔσχον) Dion. Hal. pag. 143. Diverſitatem ſcripturae apud illum annotavit Hudſonus in Var. Lect.

ead. l. 7. Κατεστρέψαντο) Vid. Ariſtophan. Nub. 213. WASS.

ead. l. 8. Ὁμολογίᾳ κατεστήσαντο) Παρεστήσαντο, quod habet Cod. Ar. ſatis uſitatum eſt Thucydidi. Supra c. 98 πολιορκίᾳ παρεστήσαντο. III, 35 τήν τε Πύῤῥαν καὶ Ἔρεσον παρεστήσατο. Lucianus Contemplant. pag. 348 de Cyro, καὶ Βαβυλῶνα παρεστήσατο. Dionyſius Halicarn. II, 36 οὐς ἐκ παρατάξεως καὶ τειχομαχίας παραστησάμενος. quem fortaſſis in hoc genere loquendi Thucydidem imitari ſcribit H. Stephanus cap. XVI Operar. in Dionyſium. Et ſic alii ſaepe.

ibid. Ἑστιαίας) Ab Ἑστιαία Stephanus ἐθνικὸν habet Ἑστιαιεὺς, ſed tamen ita, ut τρισυλλάβως etiam efferri dicat: quod mirum videri poſſit. STEPH. Dionyſ. Halicarn. Ἑστιαιεῖς, Diodor. Ἑστιαιέων, Athenaeus Ἰστιαιεῖς, forma Ionica. Stephanus tamen Ἑστιαιεὺς etiam τρισυλλάβως efferri ſcribit, nempe Ἑστιεὺς, ut Suidas, Ptolem. Themiſt. corrupte opinor, vel Ἑσταιεῖς. Unum hic gentile agnoſcit Euſtath. p. 212. male. Gens haec iuxta Heſych. & Phavorin. olim Παλαντία. lege ex Schol. Homeri Ταλαντία. WASS. Confer interpretes Stephani ad Ἑστίαια, & Ἰστίαια. Ἑστιαίας, accuſativus, a quo recto formari poſſit non intelligo.

ead. l. 12. Τριακοντούτεις) Agnoſcunt Suidas & Etymologus in Τριακοντούτης. Mox Νίσαιαν. vid. Herodot. I, 59. WASS. & ſupr. ad cap. 103.

ead. l. 13. Ἀχαΐαν &c.) Haec rurſus repetuntur IV,

Digitized by Google

21. Attamen quae fuerit illa Achaia, iuxta cum ignariſſimis ignoro. Nam de tota provincia, quae Achaia dicitur, locum intelligere, abſurdum foret. Sed ſi liceret aliquid mutare, libenter reponerem Χαλκίδα, de qua ſupra Thucydid. cap. 108, & Euſtathius ad Iliad. β, pag. 537. Ea Chalcis Corinthiorum fuit procul dubio eadem, quae in Aetolia ponitur, prope Molycriam, opportune Corinthiis per mare Corinthium navigantibus. Nullam aliam in Corinthiorum regione invenire eſt. Stephanus & Euſtathius male ex una duas faciunt. Palmerius. HUDS.

ead. l. 15. Πριήνης) Ad Olymp. LXXXIV, 4 retulit Diodor. lib. XII, pag. 301. Ante C. N. 440. WASS. Add. Schol. Ariſtoph. Veſp. v. 283.

Pag. 159. *l.* 12. Σάρδεις) Schol. Σάρδις οἱ πολίτας. Huc pertinet Epig. Stratonis ineditum:

Ῥίμφα δ' ἀπὸ Σμύρνης ἐπὶ ΣΑΡΔΙΑΣ ἔδραμεν ἄγγελος
Ὕστερον ἢ Ζήτης ἔτρεχεν, ἢ Κάλαϊς.

Qua forma vix alibi. Σάρδις pro Σάρδιες Herodot. vid. Nonnum Dionyſ. XLI, 28. WASS.

Pag. 160. *l.* 10. Περικλέους &c.) Strabo lib. 4 narrat, Athenienſes, miſſo Pericle Praetore & una Sophocle poëta, rebellantes Samios obſidione gravi affixiſſe. HUDS. Confer omnino Plutarchum p. 167, γενομένης δὲ καρτερᾶς ναυμαχίας περὶ νῆσον ἣν Τραγίας καλοῦσι. Libri Pliniani habent *Aegeas*, unde Harduinus *Tragias*. At forte apud Plutarch. & Plin. reſcribendum Τραγίαν, Tragiam. WASS.

Pag. 161. *l.* 1. Ἐς τὴν γῆν) Non agnoſcunt Gr. Cl. At v. VI, 52. Apud Homerum ἐπὶ χθόνα. Xenophon Hel. 1, περιπλεύσας ἀπέβη ἐς τὴν γῆν. Atque ita Thucydid. Lib. II. IDEM. Utique recte dicitur ἀποβάντες ἐς τὴν γῆν. Sed non minus recte ἀποβάντες ſolum, ut ſupr. cap. 3, & lib. VI, 52 in Nota cl. Waſſ. Et ſic Homer. Od. ξ, 346, & Lucian. ſaepiſſime in vera Hiſtor. Eodemque modo etiam ἀπόβασις τῆς γῆς, vel εἰς τὴν γῆν, & ἀπόβασις ſolum dicitur. Sed cum verba illa ἐς τὴν γῆν hic ab aliquot bonae notae Mſſ. abſint, mihi veroſimilius videtur, ea primum ab alio explicationis cauſa in margine ſcripta, deinde in textum veniſſe, quam a Thucydide profecta eſſe. Idque eo magis mihi perſuadeo, quod ea in Caſſ. inter verſus pro ſcholio ita adſcripta ſunt, εἰς τὴν γῆν δηλονότι. Idem ſentio de voc. τάγματι poſt πεζῷ in eodem Caſſ.

ead. l. 2. Ἐπολιόρκουν τρισὶ τείχεσι) Caſaub. ad Polyb.

Digitized by Google

p. 178, *triplis castris oppidum obsident.* Sic enim, ait, interpretari malo, quam de triplici muro, quo fuerit urbs cincta.

ead. l. 10. Προφυλακίδας) De his Scheffer. de Milit. Nav. II, 2, pag. 101, & III, 4, p. 208.

Pag. 162. *l.* 2. Θουκυδίδου &c.) Hic Thucydides Milesiae fil. Alopecensis, Periclis adversarius, de quo Plutarchus in Pericle. HUDS. Add. Flor. Christian. ad Aristoph. Vesp. v. 941.

ead. l. 6. Ἐννάτῳ μηνὶ) Firmat, lucemque huic loco infundit Plutarchus in Pericl. p. 129. WASS. Ἔνατος, quod habet Cass. scribendum volebant multi veterum, non ἔννατος: de quo vid. Eustath. ad Homer. Il. β, p. 223. Suidas quoque, ἔνατος καὶ ἐνάτη δι' ἑνός. vid. & Etymol. M. in ἐννέα v.

ead. l. 12. Μετὰ — πόλεμον) D. Halic. 141. Vim τοῦ μεταξὺ Aeschyl. in Suppl. ita exprimit: ὡς ὠκύπτεροι Ἥκουσι, μῆκος δ' οὐδὲν ἐν ΜΕΣΩΙ χρόνου. WASS. lin. 9 ταξάμενοι κ. χ. α. etiam Th. Mag. in βούλομαι.

Pag. 163. *l.* 5. Ἐγκρατεστέραν) Ar. ἐγκρατεστάτην. Suidas in ἐγκρατέστερος, ἐγκρατεστέραν ἐποίησαν, καὶ κατ, & δύναμιν ἐχώρησαν. IDEM.

ead. l. 10. Πολέμοις) Πολεμίοις Ar. At illud elegantius, & procul dubio a Thucydide. IDEM.

Pag. 164. *l.* 4. Ἀνεῖλεν) Corrige hinc Plutarch. Moral. 403, qui ἀνεῖλε νίκην καὶ κράτος, & pro ἄκλητος, ἀπαράκλητος. Eodemque loco, ut id obiter moneam, supple auctoris nobilissimi lacunam: ἀργυρέᾳ εὐλάκᾳ εὐλάξειν. Priore loco rescribe, ἀνεῖλε νίκην κατὰ κράτος πολεμοῦσι. καὶ βοηθήσειν. Flaccus: *Hic levare functum pauperem laboribus*, vocatus, *atque* non vocatus *audit.* Asclepiades in Epig. inedito: ΚΑΛΘΕΙΣ, οὐκ ΑΚΛΗΤΟΣ ἐλήλυθα. Ita fere ludit Aeschylus in Ἑπτ.

Θεοῦ τε γὰρ θέλοντος ἐκπέρσειν πόλιν,
Καὶ μὴ θέλοντος φησίν.

& Δράτω πόλις, καὶ μὴ δράτω — Ἡμεῖς μὲν ἴμεν.

& Agam. Μαθοῦσιν αὐδῶ, κ' οὐ μαθοῦσι λήθομαι. Χοηφ. Ἥκω μὲν οὐκ ΑΚΛΗΤΟΣ ἀλλ' ὑπάγγελος. Euripid. Orest. 612. IDEM. Lacuna illa in Plutarcho recte expletur e Thucydid. V, 16.

ead. l. 10. Τῶν πρέσβεων ἀπὸ τῆς ξυμμαχίας) Scholiastes ἀπὸ τῆς ξυμμαχίας exponit ἀπὸ τῶν ξυμμάχων, (quod ita dictum fuerit, ut πρεσβεία pro πρέσβεις.) Valla autem

Digitized by Google

non ſecus vertit, quam ſi legiſſet, τῶν πρέσβεων τῆς ξυμμαχίας, abſque praepoſitione ἀπό: manente tamen eodem ſenſu. STEPH. Add. quae idem annotat ad cap. 35.

Pag. 165. *l.* 6. Τοὺς ἡγεμόνας) Alludit ad Sarpedonis Orat. apud Homer. Il. μ', 310. WASS.

ead. l. 8. Ἡμῶν — ἐνηλλάγησαν) Dion. Hal. pag. 134 pro συνήλλαξαν. IDEM. Oſtendit ibi Dionyſ. paſſiva pro activis a Thucydide uſurpari; ut mox quoque κατῳκημένους, pro κατῳκηκότας. Ἐν τῇ μεσογείᾳ fortaſſis in ſuo exemplari invenit Dionyſius: nam haec etiam alibi in libris ſcriptis permutantur. Vid. ſupr. ad cap. 18. Scriptura Cod. Dan. μεσόγαιαν non eſt ſine exemplo aliorum. Τοὺς κάτω οἰκοῦντας etiam ſupr. c. 7 dicit pro iis, qui maritimas regiones habent. Contra οἱ ἄνω, qui mediterraneas colunt. infr. cap. 137. & ἄνωθεν, e locis mediterraneis, ſupr. cap. 59. Vid. Bernard. ad Ioſeph. I. B. I. prooem. & Salmaſ. ad Solin. pag. 432. Et ſic opponuntur ἀναβαίνειν & καταβαίνειν.

ead. l. 10. Τὴν μεσόγειαν) Stephanus praeter ea, quae ex annotatione illius deſcripſit Hudſon. in Var. Lect. etiam haec habet: Non μεσόγειαν autem, ſed μεσόγειον alibi apud hunc ipſum ſcriptorem legimus. Unde autem Stephanus ſuſpicari potuerit, Thucydidem hic potius ſcripſiſſe κατὰ τὴν μεσόγειον, quam τὴν μεσόγειαν, non poſſum ſcire. Nam infinita ſunt exempla verbi κατοικεῖν cum accuſativo ſine praepoſitione poſiti, ut κατοικεῖν χώραν, νῆσον, πόλιν, ἤπειρον: quorum & ipſe nonnulla in Theſaro protulit.

Pag. 166. *l.* 5 ſqq. Ἀνδρῶν γὰρ — ἐλλείπομεν) Stobaeus pag. 353, & ξυμβῆναι cum noſtris agnoſcit. In eandem ſententiam Cyrus ad Laced. apud Herodot. I, 153: ἢν ἐγὼ ὑγιαίνω, οὐ τὰ Ἰώνων πάθεα ἔσται ἄλεσχα, ἀλλὰ τὰ οἰκήια. WASS.

ead. l. 12. Πλεονάζων) Liv. III: *Caſtris ſe pavidus tenebat. Quod ubi ſenſerunt hoſtes, CREVIT ex METU alieno, ut fit, audacia.* IDEM.

Pag. 167. *l.* 6. Ἐγείρομεν) Homerum ſequitur, qui Il. λ', 213: ἔγειρε δὲ φύλοπιν αἰνήν. Hinc etiam Heſiodus Minervam vocat ἐγρεκύδοιμον. IDEM.

ead. l. 9. Ἔπειτα ὁμ.) Unum ex iis, de quibus ſemel admoneri lectorem oportet, iſtud quoque eſt; ſaepe apud Thucydidem poſt πρῶτον μὲν, ſequi ἔπειτα, non adiecta

Digitized by Google

particula δὲ, quae ab aliis ἀνταποδοτικῶς adiici consuevit. STEPH.

ead. l. 13. Ὀλυμπία) Cl. in Marg. Ὀλυμπιάσι. corrupte. WASS.

Pag. 168. *l.* 6. Ἐς τὸ ἴσον) Male ἧσσον. Iucunda autem tibi fuerit collatio huius loci cum iis, quae dicit Hermocrates in fine suae concionis, quam habet pag. 391: τὴν δὲ εὐψυχίαν, αὐτὴν ἑαυτῆς, μετὰ τοῦ πιστοῦ τῆς ἐπιστήμης, θαρσαλεωτέραν ἔσεσθαι. STEPH.

ead. l. 11. Ἐπὶ δουλείᾳ) De Scaeva in hanc sententiam Lucanus: *Infelix, quanta dominum virtute parasti!* WASS.

Pag. 169. *l.* 5. Ἐπιτειχισμὸς) Infr. cap. 142 ἐπιτείχισις. Alibi ἐπιτείχισμα. Vid. Schol. ad cap. 142, Harpocrat. & ex eo Suidam in ἐπιτείχισμα, Ulpian. ad Demosth. 1 Philipp. pag. 31, & Chersonesi. pag. 63, & Casaub. ad Polyb. p. 178. Huiusmodi munitionem ad infestandos hostes structam φρούριον vocat Thucydid. I, 142, & Diodor. Sicul. XIII, p. 335, Δεκέλειαν φρούριον ἐποίησαν κατὰ τῆς Ἀττικῆς: quod Plutarcho Alcib. pag. 369 est ἐπιτειχίσαι. Cornel. Nepos Alcib. cap. 4 Latine ita effert: *Deceliam in Attica munierunt, praesidioque perpetuo ibi posito, in obsidione Athenas tenuerunt.*

ead. l. 6 sqq. Ἀλλά τε — πταίει) Stobaeus p. 372, ubi ἐφ' αὑτοῦ & ἐλάσσω cum nostris, non ἐλάττω. WASS. Suidas in εὐοργήτως describit Schol.

Pag. 170. *l.* 10. Πόλιν) H. Stephanus ita ad h. v. annotat: Scribendum esse πόλιν, non πόλει, doceo in iis, quae ex adverso interpretationis Vallae margini adscripsi. Sic autem & pag. 173 τὴν καθ. cet. quae in Var. Lect. contulit Hudſ. In Marg. edit. suae sec. haec scribit: Cum nos ne nobis quidem ipsis hanc rem (libertatem videlicet) stabiliamus, sed urbem, quae tyrannidem occupet, in Graecia esse sinamus. Omnino enim τύραννον πόλιν, non τύραννον πόλει, scribendum est, ut etiam ex paulo post sequentibus apparet. Haec ille. Sic populum *regem*, equum *bellatorem* post Ebraeos, Latini dicunt, & *aratorem* bovem utriusque linguae scriptores, ut hic annotarat cl. Wasse.

ead. l. 11. Τριῶν) Hanc amat formulam noster. vid. supra cap. 74, 76, & III, 40, 66. Proverb. XXV, 3. Lucret. V:

Principio, maria ac terras, coelumque tuere:
Horum naturam triplicem, tria *corpora, Memmi,*

Digitized by Google

Treis *ſpecies tam diſſimiles*, tria *talia texta*,
Una *dies dabit exitio.*

1 Cor. XIII, 13: Νυνὶ δὲ μένει πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη; τὰ ΤΡΙΑ ΤΑΥΤΑ. Noſter VI, 73: Στρατηγὸν αὐτόν τε εἵλοντο τὸν Ἑρμοκράτην καὶ Η. καὶ Σ. ΤΟΥΤΟΥΣ ΤΡΕΙΣ. Ariſtoph. Nub. Τὸ χάος τουτὶ καὶ τὰς νεφέλας, καὶ τὴν γλῶτταν, τρία ταυτί. Demoſthenes de Coron. 344: Καίτοι τρία ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ πᾶσιν ἀνθρώποις ἔδειξαν ἐγκώμια &c. ἓν μὲν ἀνδρείας, ἕτερον δὲ, δικαιοσύνης, τρίτον δὲ, σωφροσύνης. WASS.

ead. l. 14. Καταφρόνησιν) Suidas exponit φρόνησιν, & Scholia corradit. IDEM.

Pag. 171. *l.* 4. Πάτριον γὰρ ἡμῖν) Cum haec verba, καὶ μὴ μεταβάλλειν τὸ ἔθος, ad praecedentia referantur, & quod dixit πάτριον, ibi vocet ἔθος, magis commodum habitura fuiſſe locum videntur poſt ἐπιταλαιπωρεῖν: hoc modo, περὶ δὲ τῶν ἔπειτα μελλόντων τοῖς παροῦσι βοηθοῦντας χρὴ ἐπιταλαιπωρεῖν, καὶ μὴ μεταβάλλειν τὸ ἔθος· (πάτριον γὰρ ἡμῖν ἐκ τῶν πόνων τὰς ἀρετὰς κτᾶσθαι) εἰ ἄρα πλούτῳ &c. Ut autem nunc collocata ſunt huius orationis membra, ſi verba iſta, πάτριον γὰρ ἡμῖν ἐκ τῶν πόνων τὰς ἀρετὰς κτᾶσθαι, parentheſis notis includantur, verba haec, καὶ μὴ μεταβάλλειν τὸ ἔθος, cum ad ea referantur, tamen per illam ſeparabuntur. STEPH.

ead. l. 13. Παραβεβάσθαι) Suidas, παραβεβάσθαι τὰς σπονδάς. τὸ παθητικὸν τοῦ παραβεβηκέναι. πάνυ ἀκολούθως Θουκυδίδης. Poſtrema haec Portus vertit: *Thucydides* ita loquitur, *admodum apte vim verborum ſequens*, addito illo ſuo ſolemni N. L. Non intelligo, quae ſit ſententia verborum Suidae. Kuſterum quoque ignoraſſe, quid ea ſibi vellent, ex eò apparet, quod omiſſa verſione Porti aliam non ſubſtituit.

Pag. 172. *l.* 2. Ἰδιώταις) Huc fortaſſis reſpexit Suidas h. v. Ἰδιῶται, ἀντὶ τοῦ πολῖται. οὕτως Θουκυδίδης.

ead. l. 6. Περιμένοντας) De hoc participio vide, quae apud Scholiaſtem annotavi STEPH.

ead. l. 13. Ἐκ πολέμου — ἀκίνδυνον.) Stobaeus. p. 360. WASS.

Pag. 173. *l.* 2. Πόλιν. τύραννον) Vel hic locus omnem tollere nobis poteſt dubitationem de lectione illa, quae p. 170 τύραννον πόλιν nobis exhibet, cum altera dativum πόλει exhibeat. Alibi tamen, cum dicere poſſet ἀνδρὶ δὲ ἢ

Digitized by Google

πόλει τυράννῳ, dicere maluit, ἀνδρὶ δὲ τυράννῳ, ἢ πόλει ἀρχὴν ἐχούσῃ. vid. VI, 85. STEPH.

ead. l. 3. Τῶν δὲ διανοεῖσθαι) Vid. Steph. ſupr. ad c. 1.

ead. l. 10. Δεδυγμένον) Perperam quidam libri δεδογμένου, ex ignoratione Atticiſmi; de quo Budaeus in Commentar. H. Steph. Append. ad Theſaur. pag. 160, & Camerar. ad Act. Apoſt. II, 29. Sic cap. praeced. καλῶς ὑπάρχον ὑμῖν πολεμεῖν; cap. 120, εὖ δὲ παρασχόν. Nec melius corrector Codicis Graev. mox ἀδύνατον, pro ἀδύνατα. Vid. ad c. 1.

Pag. 174. *l.* 7. Τῆς θεοῦ) Quidam libri τοῦ θεοῦ. At vid. p. 176 lin. 14. WASS.

ibid. Κύλων ἦν) Vide Herodotum, l. 5, c. 7, Meurſii Solonem, & Marshami Chronicon. HUDS.

ead. l. 8. Ἀνὴρ Ὀλυμπιονίκης) Retulit etiam Diauli coronam Olympiade 35, ſi fides eſt Olympionicorum recenſioni. Sed mirum eſt, quod in eadem recenſione ponitur Olympiade 49, eundem Cylonem acropolin Athenarum occupaviſſe. Non eſt tamen impoſſibile, nam curſus victoria iuveni maxime convenit; acropolis occupatio, licet non videatur convenire homini ſexagenario, ut nec nuptiae cum Megaclis filia, non eſt tamen ἀσύστατον. Palmerius Exercitat. pag. 47. IDEM. Tangit hiſtoriam hanc Laërt. in Epimenide, & Heſych. in Κυλώνιον, apud quem paulo ſupra pro Κυλλὰς τὶς, leg. Κυλλαστίς. Sic enim Cod. Lambeth. apud Herodotum II, 77. Baroc. Κολλήστις, ut in contextu. Idem & Suidas in ἄγος, qui πεμφθεὶς Λ. πρέσβεις legit. vid. Pauſan. I, 28; Plutarch. Solone p. 84. Victor fuiſſe videtur Olymp. XXXV, A. M. 3310, Ἄρχοντος Δαμασίου. Vid. etiam de eo Herodot. V, 71, Mox Marg. & Cam. bene Μεγαρέως ἀνδρὸς Θεαγένους θυγατέρα. WASS. De Cylone add. Scholiaſt. Ariſtophanis Equit. v. 443.

Pag. 175. *l.* 1. Τὰ ἐν Πελοποννήσῳ) Nam & alibi agebantur, ut hic Scholiaſtes, & Spanhem. ad Morell. Ep. I, pag. 14, 82; & Ep. V, pag. 308. Sed pro Thucydide, quem hoc ſcribere dicit, ponendum eſt nomen Scholiaſtae.

ead. l. 7. Μειλιχίου) Coniectura Pii, quam hic in Var. Lect. ponit Hudſon. eſt in illius Annotation. poſterior. c. LXXIV. Ea hoc uno, ſed plane infirmo fundamento nititur, quod Pauſanias, Strabo, aliique ſaepe Munychiam Piraeeo vicinam memorant. Iovis Μειλιχίου crebra eſt apud

Digitized by Google

veteres mentio. Ad hunc locum pertinent, quae Schol. Ariſtoph. Nubib. 407, & ex eo Suidas, habet: Διάσια Ἀθήνησιν ἑορτὴ Μειλιχίου Διός. Nec Athenis ſolum, ſed alibi quoque cultum fuiſſe Iovem Μειλίχιον conſtat ex iis, quae in Hiſtor. Deor. Syntagm. II congeſſit Giraldus. Sed & aliis Diis idem cognomen tribuitur, de quo vid. Brod. ad Anthol. Graec. I, 1, 4. Apollonius Acharnenſis, Grammaticus opinor, apud Schol. Ariſtoph. l. d. Diaſia a die feſto Iovis Milichii diverſa eſſe dicebat. Quas huius ſententiae rationes habuerit, non addit Scholiaſtes. Sed ego in his rebus Thucydidi tutius, quam Apollonio illi, credi arbitror.

ead. l. 8. Οὐχ ἱερεῖα, ἀλλὰ θύματα) Vid. Kuhnium ad Polluc. I, 26. WASS. Caſtellanus in lib. de Feſtis Graec. de Diaſiis agens non obſcure ſignificat, ſibi falſum videri, quod hic ſcribit Thucydid. in Diaſiis non immolatas fuiſſe hoſtias animales. Hoc primum putat oſtendi e Xenoph. extremo lib VII Ἀναβ. ubi ſcriptum eſt, Athenienſes Iovi Milichio more patrio victimas ὁλοκαυτεῖν, & Xenophontem ex hoc more Deo illi ſolidos porcos cremaſſe. Verum Thucydides de Diaſiis Iovis Milichii, quae Athenis agebantur, non de omnibus illius ſacris, quae vel Athenis, vel alibi fiebant, loquitur. Nec ex eo, quod illi aliis locis ac temporibus hoſtiae mactabantur, ſequitur, idem in Diaſiis factum fuiſſe. Deinde profert locum Ariſtophanis, qui Nubib. 407 Strepſiadem inducit dicentem, Διασίοισιν ὤπτων γαστέρα τοῖς συγγενέσι, & ex eo conficit, Athenienſes Iovi Milichio Diaſiis *non tantum libamentis feciſſe, ſed victimas quoque immolaſſe videri.* Sed non firma eſt haec argumentatio: Strepſiades propinquos ſuos Diaſiis convivio excepit, iiſque ventrem aſſum appoſuit; ergo Diaſiis Iovi Milichio ἱερεῖα & victimae immolabantur. Nec eſt, quod quis dicat, veteres poſt rem divinam convivia de partibus victimarum inſtruere, & cognatos amicoſque ad ea vocare ſolitos fuiſſe. Neque enim ideo affirmari poteſt, omnes, qui diebus feſtis convivia agitabant, vel ipſos iis diebus ſacra feciſſe, vel convivia illa de partibus victimarum apparaſſe. Ne dicam, nihil obſtare, quo minus iiſdem illis Diaſiis, quamquam ea praecipue Iovi Milichio ſacra erant, tamen etiam aliis Diis ſacra hoſtiis fieri potuerint. Suidas quidem in Διὸς κώδιον memorat pelles victimarum Iovi Μειλιχίῳ & Κτησίῳ immolatarum,

Digitized by Google

quas ad ſacra quaedam adhibebant Athenienſes. Sed non dicit, victimas illas Diaſiis immolatas fuiſſe. Itaque niſi hoc diſertioribus idoneorum ſcriptorum teſtimoniis demonſtratum fuerit, non poſſum aſſentiri Caſtellano, nec unum Codicem Thucydideum, quem ſibi inſpectum eſſe teſtatur Giraldus l. d. tot aliis, qui omnes in receptam ſcripturam conſpirant, praeferre.

Pag. 176. *l.* 2. Αὐτοκράτορσι) Spanhemius, quantum ex iis intelligere poſſum, quae de ſignificatione huius vocabuli Diſſertat. VII de Uſu & Praeſtant. Numiſmat. p. 444 diſſerit, videtur putaſſe, eos ἀνυπευθύνους fuiſſe. Sed Perizon. ad Aelian. V Var. Hiſt. 13 populo ὑπευθύνους fuiſſe ſcribit, & ibidem oſtendit, Thucydidem ideo τότε dicere, quod res deinde aliter ſe habuit, poteſtate Archontum a Solone multis partibus imminuta.

ead. l. 6. Ἐκδιδράσκουσιν) De Cylone idem prodit Schol. Ariſtoph. Equit. 443. Et Thucydidi potius fidem habendam puto, quam Suidae in κυλώνειον ἄγος ſcribenti, eum, cum in templum Furiarum fugiſſet, inde abſtractum & interfectum eſſe.

ead. l. 10. Ἐπιτετραμμένοι) Homer. Ὧῖ λαοί τ' ἐπιτετράφαται. WASS.

ead. l. 11. Ἐφ' ᾧ μηδὲν κακὸν) Quamvis hic eodem, quo ſupra, modo utatur voculis ἐφ' ᾧ ſequente infinitivo, non tamen idem genus loquendi eſt: cum his verbis ἐφ' ᾧ μηδὲν κακὸν ποιήσουσιν ſignificetur ἵνα μηδὲν κακὸν ποιήσωσι. De altero autem talium verborum uſu (quem Scholiaſt. inter idiomata huius ſcriptoris numerat) ad c. 103 dictum fuit. STEPH. Non video, cur ἐφ' ᾧ hic non poſſit eandem ſignificationem obtinere, quam in multis aliis huiuſmodi loquendi generibus. Nam ἀναστήσαντες αὐτοὺς ἐφ' ᾧ μηδὲν κακὸν ποιήσουσιν αὐτοὺς (quod pronomen ſupplendum eſt) recte poteſt accipi ea ſignificatione, quam expreſſit Portus. Vel, *cum perſuaſiſſent iis, ut ſurgerent, cum induxiſſent eos ad ſurgendum, hac conditione, ut nullo malo illos afficerent.* Significat Thucydides, eos non voluiſſe ſurgere, niſi accepta fide de incolumitate: eam autem violatam fuiſſe. Plutarchus quidem in Solone nihil aliud ſcribit, quam Megaclem Archontem iis perſuaſiſſe ἐπὶ δίκῃ κατελθεῖν, *ut ſe iudicio ſiſterent*, nec pactum illud de incolumitate memorat. Sed id interceſſiſſe etiam Herodotus docet V, 71: Τούτους ἀνιστέασι μὲν οἱ Πρύτανις τῶν Ναυκράρων, οἵ-

Digitized by Google

πες ἐνέρωντο τότε τὰς Ἀθήνας ὑπεγγύους, πλὴν θανάτου, i. e. ut Valla vertit, *data fide puniendi eos citra mortem.* Nam ὑπεγγύους ibi referendum est ad τούτους, non ad τὰς Ἀθήνας, ut volebat Portus, qui hanc sententiam esse putat: *qui Athenas suae potestati subiectas habebant, excepta capitali poena.* Turbavit eum, quod post Ἀθήνας in vulg. edd. Herodoti non est ὑποστιγμὴ, quam tamen sententia postulat. Ea posita, Herodotus scribens τούτους ἀνιστέασι — ὑπεγγύους, idem dicet, quod Plutarchus, Μεγακλῆς ἐπὶ δίκῃ κατελθεῖν ἔπεισεν. (αὐτούς.) Quamquam hic de exceptione illa, vitam iis salvam fore, nihil addit.

ead. l. 12. Σεμνῶν θεῶν) Εὐμενίδες a Sicyoniis, σεμναὶ θεαὶ ab Athenienſibus dicebantur, teste Pausania in Corinthiacis. Antiqui (ut inquit Helladius in Chrestomathia) solliciti fuerunt, ne male ominosa dicerent, ideo ἐριννύας *Eumenides* vel *venerandas Deas*, μῦσος *sceleratum* vocabant ἄγος. Sed Grammatici illa per Antiphrasin nominant. Vide Meursii Attic. Lect. l. 4, c. 1. HUDS.

ead. l. 13. Διεχρήσαντο) Suidas in ἀνεχρήσαντο. Hesych. WASS. Suidas, ἀνεχρήσαντο, διέφθειραν, οὕτω Θουκυδίδης. Sed vid. ibi Kuster.

ead. l. 14. Ἐναγεῖς καὶ ἀλιτήριοι) Vid. Herodot. Plutarch. Schol. Aristophan. locis dd. & Pausan. Achaicor. XXV. Notandum esse, quod etiam posteri eorum sic fuerint dicti, monet Spanhem. Dissert. IX de Praest. & Usu Numism. pag. 670. Et hinc Aristophan. Equitib. 443: Ἐκ τῶν ἀλιτηρίων σε φημὶ γεγονέναι τῆς θεοῦ. Quae mox de Cleomene dicit, ea pluribus exsequitur Herodot. V, 70 seqq. De ossibus mortuorum extra fines iectis Plutarch. in Solone.

Pag. 177. *l.* 4. Τῶν τεθ. — ἐξέβαλον) Th. Magister semel tantum in ἀνεῖλεν. WASS.

ead. l. 8. Δῆθεν τοῖς θεοῖς) Stephanus ad Annotationem, cuius partem in Var. Lect. descripsit Hudsonus, addit, δῆθεν ad participium tendere, eo sensu, quem in Marg. adscripserit. Ibi autem haec scribit: Deorum ante omnia vicem ulciscentes scilicet: sed scientes Pericl. q. d. *hoc quidem praetexentes, se Deorum vicem velle ulcisci.*

ibid. Εἰδότες δὲ) Non placet hic particula δὴ, cum tam parvo intervallo praecesserit. at vero particulam δὲ perinde hic positam dicemus, ac si μὲν praecederet, cum τιμωροῦντες: hoc sensu, *illud quidem certe praetexentes, se velle*

Digitized by Google

Deorum vicem ulciſci, ſed revera, quod ſcirent, Periclem huic piaculo eſſe affinem, (niſi potius alio vocabulo utendum eſt) *& putarent* &c. STEPH. Plutarch. Pericl. p. 309: ἐκέλευον αὐτοῖς τὸ ἄγος ἐλαύνειν, ᾧ τὸ μητρόθεν γένος τοῦ Περικλέους ἔνοχον ἦν, ὡς Θουκυδίδης εἰρηκεν. ubi interpr. *quo erat ex materno genere contactus Pericles.*

ead. l. 11. Προχωρήσειν) Talem uſum alibi verbo προσχωρεῖν dari videmus: ideoque hic προχωρήσειν, quam προσχωρήσειν, libentius legerim. STEPH.

ead. l. 13. Ξυμφορὰν) Agnoſcit, & ſcholia in librum ſuum tranſmovit Suidas in ξυμφορὰν. WASS.

Pag. 178. *l.* 7. Τοὺς ἱκέτας ἀπαγαγόντες, διέφθειραν) Malim interpungere poſt ἱκέτας, quam poſt ἀπαγαγόντες: ut haec duo participia, quae nullius coniunctionis vinculo connectuntur, non aliter accipiantur, quam ſi ita ſcriptum eſſet, πρῶτον μὲν ἀνέστησαν, ἔπειτα δὲ ἀπαγαγόντες διέφθειραν. Ceterum quod margini adſcriptum eſt ἀπέκτειναν, alicuius illud διέφθειραν exponentis eſſe arbitror. aut certe ex ſimili, quam pag. 176 habet, narratione ſumtum eſt: ubi etiam ἀναστήσαντες & ἀπαγαγόντες. STEPH. Utique rectius diſtinctio ponitur poſt ἱκέτας, quam poſt ἀπαγαγόντες, & ſic Reg. De terrae motu, quem paulo poſt memorat Thucydides, vid. Pauſan. VII, 25.

Pag. 179. *l.* 1. Λαβὼν Ἑρμ.) Graeci ſolebant cognomenta indere navibus, & etiam ad proram affigere: ſic & Ἑρμιονὶς e loco quodam in Laconia (vel potius in Argia.) Vide Bayfium de Re navali. HUDS.

ead. l. 4. Βουλόμενος) Abeſt Cl. Gr. non bene. WASS. Sedes huius vocabuli in libris, qui id habent, variat. Unde ſuſpicio oriri poteſt, ab aliquo, qui orationem ita ſupplendam putabat, in margine ſcriptum, eoque factum fuiſſe, ut ſcribae ei pro arbitrio locum aſſignaverint. Accedit, quo haec ſuſpicio confirmatur, quod phraſis Graeca ἀφικνεῖται πράσσειν, *venit ad agendum*, hoc ſupplementum non deſiderat.

ead. l. 5. Ἐπεχείρησεν) Cl. ἐνεχείρησεν. utroque modo auctor. WASS. In Var. Lect. Hudſ. fortaſſis vitio operarum editum eſt ἐνεχείρησαν.

ead. l. 7. Βυζάντιον) Suidas in παρουσία. Βυζάντιον γὰρ ἑλεῖν τῇ πρωτ. π. lege ἑλὼν, & verte *priore* adventu, non ut Kuſterus, *primo*. WASS. Paulo poſt in Caſſ. & Gr. diſtinctio poſita eſt poſt τότε, non poſt αὐτῷ.

Digitized by Google

ead. l. 13. Γογγύλου) Vid. Diodor. pag. 265 a. WASS.

Pag. 180. *l.* 4. Γνώμην ποιοῦμαι &c.) Hic tertia perſona utitur Corn. Nepos, qui totam hanc Epiſtolam & reliqua, quae ſpectant ad Pauſaniam & Themiſtoclem, ex Thucydide deſcripſit, & ad verbum fere vertit. HUDS. Stephanus praeter ea, quae ex illius Annotatione de ἀποπέμπει in Var. Lect. deſcribit Hudſ. haec quoque habet: Neque tamen mutationis perſonae tertiae in primam exempla inveniri ignoro, ſed talibus in locis eam permitti non puto.

ead. l. 7. Εἰ οὖν τι σὲ τούτων ἀρέσκει) Sic Euripides Hippol. v. 184, οὐδέ σ' ἀρέσκει τὸ παρόν. Oreſt. v. 210, οὐ γάρ μ' ἀρέσκει. Et cum dativo, ἐμοὶ ἀρέσκει Heraclid. v. 372. SPANHEM.

ead. l. 8. Θάλασσαν) Θάλατταν Schol. Ariſtoph. Plut. 69. at hac forma noſter vix ullibi. WASS. Thucydidem neque in hoc, neque in aliis quibuſdam vocabulis, gemino τ uti, annotat e vetuſtis Grammaticis Euſtath. ad Homer. Il. κ', p. 813. Add. Stephan. ſupr. ad cap. 20. Σὲ ἀρέσκει, pro σοὶ, Atticorum eſſe annotat Schol. Ariſtophan. Plut. 353. Ran. 103. Scholiaſt. Theocr. ad I Idyll. 61, & Corinth. in libello de Dialectis. Vid. Spanhem. ad Ariſtoph. Plut. 353.

ead. l. 12. Δασκυλῖτιν) Δασκυλείτιν, quod eſt in Reg. fortaſſis poteſt eſſe a Δασκύλειον, quemadmodum Ptolemaeus, Strabo, & Steph. in Βρύλλιον hanc urbem vocant. Sed frequentius eſt Δασκύλιον, unde gentilia Δασκυλίτις & Δασκυλῖτις. Vid. quae annotantur ad Stephan. v. Δασκύλιον.

Pag. 181. *l.* 7. Κείσεταί σοι εὐεργ.) Hoc idem eſt, ac ſi dixiſſet, εὐεργέτης ἀναγραφθήσῃ καὶ κληθήσῃ ἐν τῷ ἡμετέρῳ οἴκῳ. Nam qui de rege & regno Perſarum bene meriti erant, Ὀροσάγγαι ab iis dicebantur (εὐεργέται Graeci vertere) & eorum nomina codicibus regiis inſerebantur; ut nos ſacri & profani ſcriptores docent. Vide Herodotum, l. 5, & 8, & c. 6 lib. Eſtherae. HUDS. Pro κείσεται Th. Mag. κεῖται v. ἀεί. bene. Mſſ. & Schol. a textu ſtant, ut ex κληθήσῃ patet. WASS. Ad ea, quae hic annotat Hudſ. add. Briſſon. Lib. I de Regno Perſar. p. 93; Herald. I Adverſar. 9; & Grot. ad Eſther. VI, 1.

Pag. 182. *l.* 3. Πολλῷ τότε μᾶλλον) Antea edebatur πολλῷ μᾶλλον τότε. WASS. Πλαταιᾶσιν, quod eſt in Reg. & Caſſ. non reiiciendum videtur. Nam adverbia a nominibus

Digitized by Google

facta retinere tonum nominis sui docent Grammatici, ut Θήβησι, Περγασῆσι. Πλαταιᾶσι est etiam in Plutarch. de Herodoti malignit. sub fin. In Pausan. variat scriptura. Vid. Kuhn. ad illius Lacon. C. V. qui Πλαταιάσιν praefert.

ead. l. 8. Περσικὴν) Veram lectionem esse puto Περσικὴν, non Μηδικήν. etiamsi alioqui Persae a veteribus Athenienſibus Medi vocarentur: & τὰ Περσικὰ appellatione τῶν Μηδικῶν ab hoc scriptore intelligi videamus. Notum est illud, *Persicos odi puer apparatus.* STEPH.

ead. l. 10. Δυσπρόσοδόν τε — πάντας) Thom. Magister. WASS. Thomas χαλεπῶς legit, non χαλεπῇ. Ὀργὴν Casaub. ad Dion. Halicarn. IV, 244 hic accipit pro ingenio ac moribus, ut in illo Dionysii l. d. βαρὺς καὶ χαλεπὸς ὀργήν. Ita saepe sumitur. Vid. Schol. ad cap. 122 & 140 huius lib. Aristoph. Equit. 41. Sophocl. Aiac. 646. & ad utrumque Schol. nec non Casaub. ad Aristoph. l. d. Add. Wass. infr. ad cap. 140.

ead. l. 14. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι) Vid. Aristotel. Polit. VII, 14. Mox puto legendum ἀνεκαλέσαντο. Ita certe Th. Magister. WASS. Est apud Thomam in ἀνακαλοῦμαι, qui & τότε legit, ut Cass. & Gr. non τό, τε.

Pag. 183. *l.* 3. Ἐκ τοῦ Βυζαντίου — ἐκπολιορκηθεὶς) i. e. *ab Athenienſibus Byzantio vi ejectus.* Schol. fallitur, qui interpretatur τῇ πολιορκίᾳ ἐκβληθείς. Neque enim tum bellum fuit Athenienſibus cum Lacedaemoniis, neque exercitui praefuit Pausanias. Cum Scholiaste tamen faciunt interpretes fere omnes. Sed cf. infra c. 134 ἐξεπολιόρκησαν (αὐτὸν) λιμῷ. HEILMAN.

ead. l. 5. Ἱδρυθεὶς) Ἱδρυνθεὶς reponunt Schol. IV. at illud frequentius apud Thucyd. & sic ubique scripsisse autumant Magister, alii. Vid. II, 49. Ἱδρύνθησαν bis apud Homerum. Clem. Alex. VII, 5. Dion. Hal. 603, 15, v. 17. quidam Mss. πρὸς τοὺς βαρβ. quod verum puto. WASS.

ead. l. 12. Τὴν διαβολὴν) Undecunque lectio haec τὴν παραβολὴν irrepserit, supposititiam esse puto: praesertim cum etiam verbum διαλύσειν, cum altero accusativo τὴν διαβολὴν iungi solere sciamus. Interim tamen, enarratorem utramque agnoscere lectionem non ignoro: nisi potius duo duorum enarratorum scholia in unum confusa esse credendum est. Addo etiam verbum παραβάλοιτο, quod pag. 187 legitur, pro lectione illa τὴν παραβολὴν minime face-

Digitized by Google

re: etiamsi alioqui hanc vocem esse verbale nomen ab eo profectam constet. STEPH.

ead. l. 14. Ἔξεστι δὲ τοῖς Ἐφ.) Plato lib. 3 de Legibus ait, Ephororum potestatem tanquam frenum iniectum esse regum imperio. Vide Nic. Cragium de Rep. Laced. l. 2, cap. 4. HUDS.

Pag. 184. *l.* 8. Ἐπετρόπευεν) Ita scribendum puto, potius quam ἐπετρόπευσεν: quoniam praecedit, καὶ ἐν τῷ παρόντι τιμὴν ἔχοντα. STEPH. Et sic edi voluit clar. Wasse.

ead. l. 14. Ἐλεγεῖον) Vid. aliud Epig. apud Athenaeum XII, 9. confer Plutarch. de Herodoti mal. 873, qui v. ἐξεκόλαψαν usus est, & pro ἐπέγραψαν habet ἐνεχάραξαν, ad hunc respiciens locum. WASS.

Pag. 185. *l.* 1. Ὤλεσε) Eleganter Stephanus. Sed ita, ut hic, ab aliis citatur. IDEM.

Pag. 186. *l.* 6. Ἐνδύμησιν) Observat hanc vocem e Thucydide Pollux II, 231. Idem VIII, 27 scribit, Thucydidem παρασημηνάμενος dicere ἐπὶ τῷ παρατυπώσασθαι τὴν σφραγίδα. Puto veram esse suspicionem Iungermanni, eum memoriae vitio labi.

Pag. 187. *l.* 4. Ἐντὸς) Recte abest Cl. WASS.

ead. l. 9. Παραβάλοιτο) Huc quidam putant respexisse Suidam in παραβαλέσθαι: παραβαλέσθαι, τὸ ἐξαπατῆσαι. Θουκυδίδης ά. οὕτω καὶ Ὅμηρος παραβλήδην ἀγορεύειν. Eadem habet Thom. Magister in παραβάλλω, & παραβλήδην, quod est apud Homer. Il. δ', v. 6. exponit ἀπατητικῶς καὶ παραλογιστικῶς. Sed hoc non placet H. Stephano in Thesauro, qui παραβαλέσθαι hic putat esse *in dispectum coniicere*, ut alibi apud Thucydidem, & alios scriptores. Budaeus quoque in Commentar. p. 452 non magnopere videtur eam significationem huius vocis probasse. Tamen etiam Hesych. παραβαλλόμεναι exponit ἐξαπατῶσαι. Et Eustath. in Odyss. ά, pag. 1406, Suidae explicationem τοῦ παραβαλέσθαι memorans addit, inde παραβαλέταιρος dici, pro ὁ ἀπατῶν τοὺς φίλους. Credo, Suidam haec, ut pleraque alia, e vetustioribus Grammaticis descripsisse. Nec sententia loci respuit hanc interpretationem, *se nulla re ipsum decepisse*: quod est, quasi dicat, *se omnia ab eo iniuncta cum fide obiisse*.

ead. l. 13. Ἀναστάσεως) Hoc immerito suspectum est Stephano. Mos supplicum erat καθίζεσθαι ἐπὶ τῆς Ἑστίας. quando aram relinquebant, surrexerunt; & hoc est ἀνά-

Digitized by Google

στασιν facere. quo fere ſenſu Sophocles. Noſter infra cap. 136: Ὁ δὲ ἀκούσας ἀνίστησί τε αὐτὸν μετὰ τοῦ ἑαυτοῦ υἱέος. III, 28: Ἐπὶ τοὺς βωμοὺς καθίζουσι. Πάχης δ' ΑΝΑΣΤΗΣΑΣ αὐτοὺς, ὥστε μὴ ἀδικῆσαι, κατατίθεται ἐς Τένεδον. & alibi: Καθίζουσιν ἐς τὸ Ἡραῖον ἱκέται. — ὁ δὲ δῆμος ΑΝΙΣΤΗΣΙΝ αὐτούς. WASS.

Pag. 188. *l.* 12. Ὄροφον) Quaſi Gloſſam ex noſtro adducit Pollux, VII, 120. ſed pro calami aquatilis genere apud Homerum invenitur. Vid. Euſtath. pag. 1495. Apud noſtrum alibi ὀροφὴ, Herodoto στέγη placuit. ὀρόφους habes in Ariſtophan. Lyſiſtr. v. 229. ὀροφὴ Veſp. 1210. WASS. Verba haec λέγεται δηλονότι, quae paulo ante in Graev. poſt προκαταφυγεῖν leguntur, ſunt ex interpretatione ab aliquo in margine ſcripta, qui ſignificare voluit, hic ἀπὸ κοινοῦ repetendum eſſe λέγεται, quod eſt in principio capitis, λέγεται δ' αὐτόν. Liquet e Schol. ad lin. 7.

ead. l. 13. Ἀπολαβόντες εἰσω) Perperam Thom. Magiſter in εἴσω, Θουκυδίδης ἐν πρώτῃ· ἐντὸς αὐτὸν ἀπολαβόντες.

ibid. Ἀποκλήσαντες) Vid. Scholiaſt. ad lin. 8. Tzetzes Chil. XII:

πάντων δ' ἀπορουμένων
Τί δέον πράττειν ἐπ' αὐτῷ, ἐξάγειν, μὴ ἐξάγειν,
Ἡ τούτου μήτηρ ἄραρα τοῦ Παυσανίου, λίθον,
Τοῦ ἱροῦ ἐνέθηκε τοῦτον ἐν τοῖς προθύροις.
Ὃ γνόντες Λάκωνες ἀνέκτισαν τὰς πύλας &c.
Καὶ σχοίνοις ἐξ ὀρόφου
Μικρὸν κοπέντος μέρος τι, ἀνάγεται καὶ ἀνήσκει.

Vid. Diodor. XI, pag. 265. & Plutarch. de his, qui ſero &c. 560. e. & Chryſermum apud Stob. p. 228. WASS.

Pag. 189. *l.* 1. Ἀποψύχειν) Agn. Suidas h. v. IDEM.

ead. l. 3. Καὶ αὐτὸν ἐμέλλησαν) Hunc locum ita ſcribendum ac diſtinguendum puto: καὶ αὐτὸν ἐμέλλησαν μὲν ἐς τὸν Καιάδαν, οὗπερ τοὺς κακούργους (nempe ἐμβάλλειν) εἰώθεσαν, ἐμβάλλειν. Et ſic plane Caſſ. praeterquam quod diſtinctionem ante ἐμβάλλειν non habet, qua poſita apertior eſt oratio, quam in eo, quod editum eſt, ἐμβάλλειν εἰώθεισαν. Eademque eſt poſitura verborum in Cam. & Gr. Εἰώθεσαν recte probat Stephanus e ſuo Cod. Mſ. cui etiam Clar. & Caſſ. accedunt, & uſitatior eſt Atticis haec terminatio, in tertia perſ. plur. huius temporis, quam εισαν.

ead. l. 4. Ἐς τὸν Καιάδαν) Καιάδας ſive Κεάδας (nam utroque modo ſcribitur) id ipſum fuit, quod Graecorum

Digitized by Google

aliis Καίετον vel Καιετὸς, *locus effossus*, vel *terrae dehiscentis ruptura*. Huiusmodi rupturae cum frequentes fuerint in agro Laconico, sunt qui Lacedaemona inde ab Homero (Il. β, v. 581.) καιετάεσσαν (non ut vulgo scribitur κητωέσσαν) dici statuunt. Sc. ὅτι οἱ ἀπὸ τῶν σεισμῶν ῥωχμοὶ (ut ait Strabo) καιετοὶ λέγονται. Vide Strabonem l. 8 p. 367 ed. Par. & Eustath. ad Homeri Od. δ', v. 1. HUDS. De voce Κεάδας vid. Paul. Leopard. XIII Emend. 14, & Meursii Miscellanea Laconica III, 7. WASS. Non solum Καιάδας, & Κεάδας, verum etiam Καιάτας & Καιέτας scribitur. Vid. quos laudant Leopard. & Meursius. Suidam in βάραθρον, Κεάδας, & Καιάδας, Eustath. in Il. β, p. 294, Casaub. ad Strab. III, 233, & VIII, 367, & Bochart. Hieroz. I, 3, 13. Quod autem Leopard. apud Ammonium in βάραθρον, pro εἰς τὸν Κεάδα emendat εἰς τὸν Καιάδαν, id propius ad scripturam vulgatam corrigi poterat εἰς τὸν Κεάδαν. Schol. Cassell. hic quoque Κεάδας, non Καιάδας, ut editus.

Pag. 190. *l.* 4. Ἔτυχε γὰρ ἀστρακισμ.) De Ostracismo vide Plutarchi Aristiden, Diodorum Siculum lib. XI, & Meursii Attic. Lect. l. 5, c. 13. HUDS. Vid. Diodorum p. 269 d. Plutarch. Apophth. 185. WASS.

Pag. 191. *l.* 1. Οἳ χωροῖν) Mss. quidam ᾗ, ut supra c. 74. vid. Aristophan. A. 836. Noster alibi & Demosthenes οἷ. WASS.

ead. l. 3. Καταλῦσαι) Suidas h. v. agn. scholia more suo furtim sublegens, omissa voce κυρίως. Etymol. minus accurate καταλύω, τελῶ τὴν ὁδόν. Glossae, καταλύω εἰς πανδοχεῖον deverto. Vid. Pollucem I, 73. IDEM.

ead. l. 6. Καθίζεσθαι ἐπὶ τὴν ἑστίαν) Hoc non erat tam *sedere ad focum*, (ut nonnulli putant) quam *haerere illi arulae* vel *lari*, quod ad focum excitari solitum erat, ubi ius esset ἀσυλίας, id est, *unde avelli nefas esset*. Nam & καθίζεσθαι Hesychius explicat προσάπτεσθαι, *arripere, tenere*, ut solebant, qui ad aras confugiebant. Vide Casauboni Animadvers. in Dionysium Halicarnasseum, l. 8, p. 481. HUDS. Scriptura librorum, qui habent ἐπὶ τῆς ἑστίας, defendi potest auctoritate Dionys. Halic. l. d. ἱκέτης τοῦ ἀνδρὸς γίνεται καθεζόμενος ἐπὶ τῆς ἑστίας. Nam videri potest haec scribens ante oculos habuisse verba Thucydidis Admetum inimicum fuisse Themistocli, etiam Aristides scribit Tom. III, p. 385.

Digitized by Google

ead. l. 10. Ἀσθενεστέρου) Ἀσθενέστερος Gr. ex emend. cum editis Schol. recte. WASS. Vallam legisse ἀσθενέστερον, quod est in Flor. annotat in marg. ed. 2 Stephanus. Nec improbandum videtur.

ead. l. 12. Καὶ οὐκ ἐς τὸ σῶμα σώζεσθαι) Non male, ut opinor, post articulum τὸ hypostigme ponetur. neque enim iungi cum nomine σῶμα existimo, sed cum infinitivo σώζεσθαι. Perinde est autem, ac si dixisset, καὶ οὐ περὶ τῆς τοῦ σώματος σωτηρίας. Atque ut hic σώματος, ita illic σῶμα omitti posset. STEPH.

Pag. 192. *l.* 2. Ἔχων ἑαυτὸν) Αὐτὸν, quod nec Scholiastes legisse videtur, aut inducendum, aut mutandum in αὑτοῦ, censebat Heilman.

ead. l. 3. Μέγιστον ἦν ἐπέτευμα) Apud Molossos scilicet, ut Plutarch. Themist.

ead. l. 7. Ἑτέραν θάλασσαν) Ita & Plutarch. Vit. 124, qui ἑαυτὸν ait ostendisse τῷ τε ναυκλήρῳ καὶ τῷ κυβερνήτῃ, hunc citans locum, neque discrepant Codices. vid. Diodor. p. 270 d. WASS. In Plutarch. l. d. μέχρις οὗ ἀναδείξειεν εἰς Νάξον ἑαυτὸν τῷ τ. ν. κ. τ. κ. verba illa εἰς Νάξον nullum bonum sensum habent. Videntur irrepsisse e praecedentibus, τῆς ὁλκάδος εἰς Νάξον καταφερομένης. Et interpretes in versione Latina ea non expresserunt.

ead. l. 15. Χάριν ἀπομνήσεσθαι) Gr. χάριν μνημονεύσαντα ἀποδοῦναι ἀξίαν. ex interprete. WASS.

Pag. 193. *l.* 1. Ἀποσαλεύσας) Habet Suidas & Schol. exscripsit. ἐπιτηρήσας exponunt Hesych. Etymol. & Phavorinus. Glossae, ἀποσαλεύω, *amoveo*, vid. Pollucem I, 103. Demosthenes, ἀποσαλεύειν ἐπ' ἀγκύρᾳ. Diodor. XX: Τὰς ἀγκύρας ἀφέντες, ὡς ἂν δυσὶ σταδίοις ἀπὸ τῆς γῆς ἀποσαλεύειν. absolute, uti noster, Aristot. Hist. An. & Dio, & Dion. Halicarn. VII, 37. Simile quid, & ad hoc exemplum fecit apud Appian. Civ. IV, p. 617 Rebulus. IDEM. Add. Steph. Thesaur. Corn. Nepos vertit, *procul ab insula in salo navem tenuit in ancoris.* Quod in Gloss. exponitur *amoveo*, fortassis κατ' ἔλλειψιν dictum est, pro *amoveo a portu.*

ead. l. 7. Ἀρταξέρξην τὸν Ξέρξου) Sic quoque Nepos, Plutarchus, & alii apud eum. Item Cicero X ad Attic. 8. Diodorus tamen, & eo antiquiores quidam, quos memorat Plutarchus, ad Xerxem venisse tradiderunt. Hos sequitur Petav. Ration. Temp. I, 3, 6, II, 3, 10, & X

Digitized by Google

de Doctrin. Temp. 26. Sed vid. quae adversus hanc sententiam accuratissime disputat van Alphen Part. III, cap. 6 Comment. in Danielis cap. 9. Unum hoc addo: si quidquam veri est in eo, quod de hac epistola, a Themistocle ad regem Persarum scripta, prodit Thucydides, non potuisse eum ad Xerxem venisse; nam hoc non patiuntur verba illa, ὅσον χρόνον τὴν σὴν πατέρα ἐπιόντα ἐμοὶ ἀνάγκη ἡμυνόμην. Thucydidem autem hoc de suo commentum esse, non facile cuiquam erit ostendere.

ead. l. 9. Θεμιστοκλῆς ἦκω παρά σε) Ita legit Priscianus 1071, apud quem licentiae huius exempla proftant. Confer Plutarch. in Themist. 125 ed. Francof. qui hunc locum diligenter expendit. Aem. Probum in Them. Haec fere verba usurpat Libanius Demosth. Apolog. 463. Wass. Priscianus dicit, Graecos solita licentia utentes verbis primae & secundae personae coniungere nomina, cum tamen nomina tertiae personae sint, eamque licentiam etiam Latinos imitari. At quomodo in his loquendi generibus nomina possunt dici tertiae personae esse, cum ipse tradat in his omnibus deesse *Ego?* Vid. Sanct. Minerv. in Ellipsi v. *Ens*, & Perizon. ad Sanct. I, 12, 2. Idem supplementum in Graecis locum habet, ut hic Scholiastes.

ibid. Ὅσ κακὰ &c.) Themistocles mala fatetur & damna, quae Persis invexerat; sed ea beneficiorum commemoratione obliterare tentat: nec frustra. siquidem laudabilem hunc morem observabant Persae, ut hominem legemultandum, si obsequia praestita plura compererint, quam peccata commissa, suffragiis omnibus liberarent. Vide Herodot. l. 1, c. 137. Huds. Vid. Herald. I Adversar. 9. Οἶκον pro *regno*, vel *regia*, hic & apud alios Graecos dici docet Casaubon. Exercitat. XIII ad Baron. C. III. Corn. Nepos in Themistocle ἐς τὸν ὑμέτερον οἶκον vertit, *in domum tuam.*

Pag. 194. *l.* 1. Τὴν τῶν γεφυρῶν — οὐ διάλυσιν) Thucydides & eius exemplo alii saepe particulam negativam praeponunt substantivis. Sic ἡ οὐ περιτείχισις, quod e Thucydide affert Eustath. ad Homer. Il. ά, p. 111, pro τὸ ἀτείχιστον, ut ille dicit. Rurs. Thucyd. V, 50: ἡ οὐκ ἐξουσία τῆς ἀγωνίσεως, quod Schol. exponit τὸ μὴ ἐξεῖναι ἀγωνίζεσθαι. Et Euripid. Hippol. v. 196 οὐκ ἀπόδειξις. Haec & plura huius generis annotarunt Scaliger ad Catull. Carm. LXV, v. 83; Casaubon. ad Dionys. Hal. X,

Digitized by Google

669; & Henr. Steph. ad Corinth. de Dialect. Art. XL. Sed quod ibi e Thucyd. III, 10 tanquam exemplum huius Atticismi proponit Corinthus, ξύμμαχοι μέντοι ἐγενόμεθα οὐκ ἐπὶ καταδουλώσει τῶν Ἑλλήνων Ἀθηναίοις, ἀλλ' ἐπ' ἐλευθερώσει, id ἀπροσδιόνυσον est: etsi hoc etiam in hanc sententiam laudat e Corintho Ach. Statius Observat. c. 19. Vid. de hoc genere loquendi etiam Dion. Hal. p. 134.

cad. l. 7. Βασιλεὺς δὲ) Haec diffusius, & paulo etiam aliter narrat, Diodor. pag. 271 c. d. v. & Plutarch. Themist. pag. 125. Γλώσσης non γλώττης noster, Aeschylus, Sophocles, Euripides. WASS. Vid. ad cap. 128.

Pag. 195. *l.* 1. Αὐτῷ δουλώσειν) Cum δουλώσειν subaudiendum erit αὐτὸ, vel ἐκεῖνο, videlicet τὸ Ἑλληνικόν. Non absimile tamen vero fuerit, scriptum fuisse ἢν ὑπετίθει αὐτὸ δουλώσειν. STEPH.

cad. l. 2. Ἦν γὰρ ὁ Θ. — δηλώσας) Schol. in Hermogenem inepte γὰρ δὴ Θ. hinc ergo emendandus est. Eadem ad θαυμάσαι adducit Dion. Halic. p. 133, & p. 136 ad ἐγένετο, ubi exemplaria eius μάλιστα omittunt, & ἐπὶ πλεῖστον divisim exhibent. WASS. Dionys. Halic. hoc totum ab ἦν γὰρ, usque ad τὰ δέοντα ἐγένετο, proponit tanquam exemplum tortuosae, implicatae, & explicatu difficilis enthymematum constructionis.

Pag. 196. *l.* 1. Φαρνάκου) Cum Scholiaste Diodor. pag. 272 a. Vid. ibi eius elogium. Euseb. ad Olymp. LXXVIII. WASS. In Diodoro nihil est, unde intelligi possit, eum pro vero habuisse id, quod de sanguine taurino a Themistocle hausto circumferebatur. Nam cum primum dixisset, καὶ τελευτήσαι ἐν τῇ Μαγνησίᾳ — mox addit, ἔνιοι δὲ τῶν συγγραφέων φασὶ, ut hic Thucydides. Cicero in Bruto c. 11 a Clitarcho & Stratocle fictum putat. *Hanc enim mortem*, inquit, *rhetorice & tragice ornare potuerunt: illa mors vulgaris nullam praebebat materiam ad ornatum.* Symmachus, vetus interpres Aristophanis, fabulam e male intellectis Sophoclis versibus in Helena ortam dicit apud Schol. Aristoph. Equit. v. 84. vid. ibi Küster.

cad. l. 2. Μνημεῖον) Pro μνῆμα agnoscit Pollux IX, 15, ut huic peculiare. illud passim apud Demosth. Xenophon. Pausan. Plutarch. & ipsummet Herodotum VII, 167. qui & μνημήιον pro memoriali posuit I, 26. Sic enim ibi ex Baroc. Mss. legendum, uti & Sophocl. Elect. 938. Nam figurate loquitur Isocrates, non proprie, quando in Orat.

Digitized by Google

in Philip. dicit, τρόπαιον μὲν τῶν Βαρβάρων, μνημεῖον δὲ τῆς ἀρετῆς αὐτῶν. hoc ſenſu imagines apud Dion. Halic. Antiq. VIII, 59, & etiam μνημαὶ audiunt. Hinc fortaſſe decepti Suidas in voce μνημεῖον, & Euſtath. ad Iliad. ζ'. Haec de profanis vera aut veris proxima; de Eccleſiaſticis alia res eſt. Seniores inprimis Gen. XXIII, 6 ἐν τοῖς ἐκλεκτοῖς μνημείοις ἡμῶν θάψον. Noſter illa poëtae ob oculos habuit, Πατρόκλοιο τάφου ΜΝΗΜ' ἔμμεναι. Quod ad Pollucem attinet, habes πολυάνδριον Strabonis IX, 4. ἠρῶον Pauſan. II, 17. WASS. Pollux ſolum inter probatos auctores Thucydidem μνημεῖον pro μνῆμα dixiſſe aſſeverat; & Ammonius diſcrimen ſtatuit inter μνῆμα & μνημεῖον: nam μνῆμα, inquit, eſt τάφος, μνημεῖον eſt μνημόσυνον. Hoc diſcrimen etiam Euſtathius ad Homerum non uno loco annotat; & tamen, quemadmodum μνῆμα etiam idem ſignificat, quod μνημόσυνον, ſic itidem μνημεῖον pro μνῆμα apud τοὺς μεθ' Ὅμηρον dici auctor eſt. Vid. in Il. ζ', pag. 634; & Il. λ', pag. 1673. Salmaſius quoque ad Solin. pag. 859 Ammonii ſententiam uſu ipſo refutatam ſcribit. Hoc certum eſt, ſcriptores recentiores, Diodorum Siculum, Plutarchum, Dionem, Artemidorum, & alios, promiſcue μνῆμα, μνημεῖον & τάφον de eadem re dicere. Et ſic μνημεῖον Sardanapali dixit Ariſtobulus comes & ſcriptor rerum geſtarum Alexandri M. apud Athen. XII, 7.

ead. l. 6. Λάμψακον) Hinc eius ad ſervulos dictum, Ὦ παῖδες ἀπολώμεθα ἂν εἰ μὴ ἀπολώμεθα. l. ἀπολώλειμεν, Plutarch. p. 328. Similis Antonii munificentia in Moneſem. vid. Appian. B. Parth. p. 270. duas praeterea addunt quidam ex Troade civitates. v. Athenaeum I, 23. Canibus regiis quatuor vicos attributos tradit Herodot. I, 192. Πολυοινότατον ex hoc loco habet Pollux VI, 22. WASS. Confer huc, quae de urbibus, Themiſtocli a rege Perſarum donatis, congeſſit Briſſon. I de Regn. Perſar. p. 101.

ead. l. 7. Μυοῦντα δὲ ὄψον) Diodorus Sicul. dicit, Myuntem illi ceſſiſſe εἰς ὄψον, ἔχουσαν θάλατταν εὐιχθυν. De ſignificatione vocis ὄψον vide Bochartum de Animalibus ſacris. HUDS. Hieroz. I, 1, 6. ubi multis oſtendit, ὄψον Graecis eſſe piſcem: quod & alii dudum docuerant. Vid. Scripta contentioſa Rob. Titii & Yvonis Villiomari IV, 14; Caſaub. ad Athen. VII, 2, & VIII, 5; Voſſ. in Etymolog. & Menag. ad Diog. Laërt. VII, 21. cui add. locum Aeliani I, V. H. 28. Scholiaſten Thucydidis, qui

Digitized by Google

Myunta urbem Cariae facit, reprehendit Briſſon. l. d. p. 102. at tuetur Lederlin. Quod mox hic legitur, τὰ δὲ ὀστᾶ φασὶ κομισθῆναι αὐτοῦ οἱ προσήκοντες οἴκαδε, aliorum narrationi adverſari recte annotat Portus. Nam hi ipſos Themiſtoclis propinquos oſſa illius in Atticam reportaſſe tradiderunt. Vid. Pauſan. Attic. cap. 1, & Cornel. Nep. Themiſt. c. 10, ibique interpretes.

ead. l. 9. Καὶ τεθῆναι) Confer Whelerum Itinerar. pag. 419. WASS.

ead. l. 10. Οὐ γὰρ ἐξῆν θάπτειν &c.) Vide Pauſaniam in initio Atticorum; Petiti leges Atticas p. 562; & Meurſii Them. Attic. l. 2, c. 2. HUDS. Add. Kirchmann. de Funeribus Rom. Append. c. 7, & interpretes Aeliani IV, V. H. 7. Valeſius ad Notas Mauſſaci in Harpocration. v. Ὀργὰς, ſcribit, ſacrilegos & proditores, quos in Attica ſepeliri fas non erat, in Ὀργάδα, inter Atticam & Megaridem, proiectos fuiſſe. Non ſcio, quo auctore hoc prodiderit. Nam neque ab iis, quos ibi laudat, neque ab aliis, qui de hac poena proditorum egerunt, quidquam huiuſmodi traditum invenio. Ex eo autem, quod e Telete deſcripſit Stobaeus Serm. XL, p. 233, τοὺς ἀσεβεῖς τῶν Ἀθηναίων in Megaride ſepeliri, non ſatis liquet, eos in Orgadem, quem locum Deabus ſacrum fuiſſe dicit Helladius, de quo ad cap. ſeq. abiectos fuiſſe. Nec credo de eodem loco agere Helladium & Teletem.

Pag. 197. *l.* 10. Ἐπ' ἐργασίαν) Non dubito, quin ἐπεργασίαν coniuncte ſcribere oporteat, vel ea de cauſa, quod vox ἐπικαλοῦντες (utitur autem & alibi Thucydides verbo ἐπικαλεῖν pro ἐγκαλεῖν) conſtructionem hanc non admittat. Nec vero adverſum me facit, quod a Scholiaſte dicitur περιττὴν, id eſt, ſupervacaneam eſſe praepoſitionem: cum ſupervacaneae plerumque ſint in compoſitione potius, quam ſeorſim poſitae: & quidem paulo poſt huius rei exemplum habeamus, ubi in participio ἀναπειθομένους vacare ἀνὰ ſcribit. Nec vero movere nos hoc debet, quod lectio altera ἐπ' ἐργασίαν verbis Scholiaſtae praefixa ſit, cum & alibi aliam verbis praefigi videamus, quam eam, quae ab ipſo agnoſcitur. STEPH. Add. quae idem in Theſ. v. ἐπεργασία ſcribit. Non dubium eſt, quin Stephanus & Portus recte emendent ἐπεργασίαν, quod eſt etiam in Caſſ. & Gr. Idem mendum e Poll. VII, 147 ſuſtulerunt Iungerm. & Kuhnius. Thom. Magiſter in ἐγκαλῶ

Digitized by Google

habet ἐπικαλοῦντες ἐπ' ἐργασίᾳ τοῖς Μεγαρεῦσι. Sed non habeo auctoritatem probatorum ſcriptorum, qui ἐγκαλῶ, vel ἐπικαλῶ σοι ἐπὶ τούτῳ dixerint: quae etſi eſſet, tamen propter conſenſum librorum retinendus foret accuſativus. Quam autem Thucydides hic γῆν ἱερὰν, eam Plutarch. Pericl. p. 306 ed. Steph. ἱερὰν ὀργάδα vocat, & Periclem decreto adverſus Megarenſes hanc cauſam praetexuiſſe dicit, τὴν ἱερὰν ὀργάδα eos ἀποτέμνεσθαι, *intervertiſſe agrum ſacrum*, ut bene Cruſerius, non, *quod ſacrum lucum caecidiſſent*, ut Xylander: qui non animadvertit, ἀποτέμνεσθαι apud Plutarchum & alios ſaepe eſſe, *ſibi aliquid vindicare, auferre, & intervertere.* Idem ager etiam Helladio lib. IV Chreſtomath. apud Phot. in Biblioth. eſt Ὀργάς. Ὀργὰς μὲν κοινῶς πᾶσα ἡ γῆ, ὅση ἐπιτηδεία πρὸς καρπῶν γονάς. Ὀργάδα δὲ ἰδίως ἐκάλουν οἱ Ἀθηναῖοι τὴν τεῖν θεῖν ἀνειμένην, τῆς Ἀττικῆς μεταξὺ καὶ τῆς Μεγαρίδος. Τὰ θεὰ apud illum ſunt αἱ θεαὶ Ἐλευσίνιαι, ut hic Scholiaſtes, id eſt, Ceres & Proſerpina, quibus ſacra erant Eleuſinia. Lucian. Reviviſcent. pag. 408 ed. Amſtel. ἴν' τινα καὶ τῶν μεμυημένων ἰδὼν ἐξαγορεύοντα τῶν θείων τὰ ἀπόῤῥητα. Lyſis Pythagoreus apud Iamblich. de Vit. Pythag. cap. 17, βεβήλοις τὰ τεῖν Ἐλευσινίαιν θεῶν μυστήρια διαγείσθαι. Atticis τὰ θεά. Euſtath. in Il. Β, pag. 723, & Caſaub. ad Athen. V, 14.

ead. l. 11. Ἀνδραπόδων) Aſpaſiae ſervos. v. Athenaeum pag. 570, & Ariſtoph. Acharn. 525, & Schol. Vide & Ariſtotelem Ethic. pag. 189 Sylburg. Οὐκέτι γιγνώσκουσιν Ἀθηναῖοι Μεγαρῆας. WASS.

Pag. 198. *l.* 12. Τῆς μὲν γνώμης) Laudat hanc orationem, ſeque eam admirari ſcribit Dionyſius Halicarn. Iudic. de Thucydid. pag. 157. Add. Ariſtid. Tom. III, pag. 226. Vir magnus non ſatis apte videtur componere phraſin Ariſtoph. Nubib. 157 ὀπότερα τὴν γνώμην ἔχοι, cum hac Thucydidea, quaſi idem ſignificantem. Nam aliud eſt in Ariſtophane ἔχω γνώμην, aliud hic ἔχομαι γνώμης: illud, *ſum in ſententia*, hoc, *perſto in ſententia.*

ead. l. 14. Ὀργῇ) Hunc locum innuit Suidas in εὐοργήτως. ὀργὴ, inquit, ὁ τρόπος, ita Schol. Thucydid. & Sch. Nicandri pag. 71 Ald. in ed. Sophocles Aiace pro ſtudio: ἐμφερὴς ἐμοὶ, ΟΡΓΗΝ δ' ὅμοιος. Clare Theognis:

Κύρνε φίλους κατὰ πάντας ἐπίστρεφε ποικίλον ΗΘΟΣ,
ΟΡΓΗΝ συμμίσγων ἣν τῳ' ἕκαστος ἔχει.

Digitized by Google

Πουλύπου ΟΡΓΗΝ ἴσχε πολυπλόκου, ὃς ποτὶ πέτρῃ
Τῇ προσομιλήσει τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη.

vid. Indicem. Alcman. apud Schol. in Hippocr. ὀργὰς τοὺς τρόπους ἐκάλουν, ut Alcman. ἐν μὲν ἀνθρώπῳ ΟΡΓΑΙ βεβρι-μέναι μυρίαι. Pindarus Pyth. Υ:

Καὶ γάρ σε —
Ἔτραπε μείλιχος ΟΡΓΑ
Παρφάμεν τοῦτον λόγον.

Suidas iterum in ὀργὴ, pro διανοίᾳ, τρόπῳ, σκοπῷ. Confer Diodor. XII, 307 a. & Ariſtophan. Εἰρ. 602, 608. WASS. Suidas in ὀργὴ deſcripſit Schol. ad h. l. in εὐοργήτως ad cap. 130, ubi vid.

Pag. 199. *l.* 10. Δίκας — δέχεσθαι) Thom. Magiſter in δίδωμι. Mox πω male abeſt a Gr. WASS.

Pag. 200. *l.* 6. Εἰ τὸ Μεγαρέων) Suidas in προὔχοντο, εἰ τὸ M. ϕ. μὴ καθέλοιεν ὕπ. μ. προὔχονται. ἀντὶ προβάλ-λονται, προτείνουσι. WASS. Add. Th. Mag. in προίσχω.

Pag. 201. *l.* 6. Δικαίωσις) Hoc inter poëtica apud Thucydidem refert D. Halicarn. περὶ τῶν Θουκυδίδου ἰδιωμά-των p. 133. Ipſum tamen eo plus ſemel in Hiſtoria uſum annotat Sylburgius.

ead. l. 9. Αὐτουργοὶ) Qui proprie ita dicantur, oſtendit Perizon. ad Aelian. I Var. Hiſtor. 31, VII, 5, & XII, 43. Quos hic αὐτουργοὺς, cap. 142 γεωργοὺς vocat.

Pag. 202. *l.* 3. Ἀνέχουσι) Pro βαστάζουσι Suidas v. ἀνέχει. WASS.

ead. l. 12. Ἰσόψηφοι) Huc ſpectat Pollux VIII, 15. IDEM.

Pag. 203. *l.* 1. Ἐν βραχεῖ μὲν μορίῳ) Quod de Sche-diaſmatibus dicit Stephanus in Annotatione ad haec ver-ba, quam in varias Lectiones contulit Hudſonus, qui de ſe addidit *fuſe*, id de ineditis accipiendum eſt. Nam in edi-tis nihil, quod huc pertineat, legitur. Habuiſſe autem illum in animo, ſex illis Schediaſmatum libris, quos publi-cavit, etiam alios addere, ex Praefatione libri primi intel-ligi poteſt. In Theſauro v. μορίου putat, deeſſe χρόνου. In Caſſ. pro ſupplemento ſcriptum eſt ſcholion ἡμέρας. Et ſic Thucydid. ſupra cap. 85 ἐν βραχεῖ μορίῳ ἡμέρας: quod cur huic loco non ſatis convenire exiſtimaverit Stephanus l. d. non ſcio.

ead. l. 9. Τοῦ δὲ —— μενετοὶ) Magiſter voc. μενετός. WASS.

Digitized by Google

Pag. 204. *l.* 15. Ἐν τῷ μὴ μελετῶντι) Sententiam Scholiastae, participium hic pro infinitivo poni existimantis, probat H. Stephan. Append. ad Ioann. Grammat. & Corinth. de Dialectis, pag. 164. Ναῦς, quod lin. 13 abest a Reg. & Cass. merito suspectum esse potest.

Pag. 205. *l.* 2. Ὅταν τύχῃ, ἐκ παρέργου) Nihil magis eleganter, nihil magis significanter ad eandem rem exprimendam dici potuisse arbitror: cum non contentus dixisse ἐκ παρέργου, addat & alterum illud loquendi genus minus usitatum, in eodem tamen vocabulo insistens: sed aut fallor, aut scripsit, ὅταν τύχῃ, καὶ ἐκ παρέργου. Stephan. Ὡς ἂν τύχῃ ταῦτα ἐκ π. μ. Aristides pro Rhet. p. 183 ed. Canterian. WASS.

ead. l. 11. Πᾶσα) Ἅπασα Ar. C. quomodo saepissime alibi. Hippocrates, Herodotus passim, & sic forte apud eum ex Mss. A. legendum III, 14. Plato, D. Halic. ἁ, hic ἀθροιστικὸν, significationem intendit. IDEM.

Pag. 206. *l.* 5. Πεζῇ) Quidam πεζοί. Sed nostri nunquam ita loquitur. IDEM.

ead. l. 10. Θαλάσσης) Nonnulli Θαλάττης. Ita vix nostri, neque Tragici veteres. IDEM. Vid. supr. ad c. 138.

Pag. 207. *l.* 4. Μὴ ἱκανῶν) Μὴ οὐχ ἱκανῶν Cl. eleganter. vid. c. 10 & 77. IDEM.

ead. l. 5. Ὀλόφυρσιν) Huc fortassis pertinet, quod annotat Dionys. Halicarn. Περὶ τῶν Θουκυδ. ἰδιωμάτων pag. 134, Thucydidem pro verbis nomina ponere, ut ὀλόφυρσιν pro ἀπολοφύρασθαι.

Pag. 208. *l.* 2. Τούτοις ἀποκρινάμενοι) Hudsonus ad particulam annotationis Stephani in Var. Lect. transcriptam in Notis haec eiusdem addidit: Alius certe ita verba collocasset, νῦν δὲ τούτους ἀποπέμψωμεν, ἀποκρινάμενοι, Μεγαρέας μὲν &c. Sed nostrum hunc scriptorem eodem dixisse modo videmus in iis, quae concioni Archidami proxime subiungit II, 12: Τοσόνδε εἰπὼν ἐπορεύετο ὅτι ἥδε ἡ ἡμέρα &c. ab alio enim hic itidem aliter collocata verba fuissent: hoc videlicet modo, ἐπορεύετο, τοσόνδε εἰπὼν, ὅτι ἥδε ἡ ἡμ. STEPH.

ead. l. 4. Ξενηλασίας) De ξενηλασίᾳ Lacedaemoniorum multa congesserunt Meurs. II Miscellan. Laconic. 9, & Crag. de Republ. Lacedaem. III, 3. Sed hic parum recte ex hoc loco Thucydidis scribit, Periclem mittendos censuisse legatos ad Lacedaemonios, petituros inter alia,

Digitized by Google

ne Athenienſibus, ſociiſque, ac peregrinis aliis uſu ſuae urbis interdicerent. Locus Dionyſ. Halic. ad lin. 5 a Stephano indicatus eſt d. pag. 134. De uſu activorum pro paſſivis Stephan. Animadverſ. ad Ioann. Gramm. de Dialectis artic. XXXI.

Pag. 209. *l.* 5. Ἐκλείποντες) Hoc efficacius, quam ἐκλιπόντες. WASS.

Pag. 210. *l.* 5. Αἰτίαι δὲ) Δὴ praefert Stephanus. Ita loquitur Dion. Hal. IDEM.

ead. l. 7. Ἐπεμίγνυντο) Suidas in ἀκηρυκτεὶ, ἐμίγνυντο. male. IDEM.

Digitized by Google

Digitized by Google

CATALOGUS AUCTORUM LATINORUM ET GRAECORUM

qui hactenus prodierunt Biponti ex typographia Societatis.

C. Corn. Taciti Opera, IV voll.

C. Crispi Sallustii Opera.

Eadem novissime recognita, emendata & illustrata. Editio secunda.

T. Livii Historiarum libri qui supersunt cum integris Jo. Freinshemii supplementis, XIII voll.

C. Suetonius Tranquillus.

L. Ann. Flori Epitome rerum Romanarum, & L. Ampelii liber memorialis.

Vellejus Paterculus.

C. Jul. Caesaris Opera, II voll.

Q. Curtii Rufi Historia Alexandri Magni, II voll.

Cornelii Nepotis Vitae excellentium Imperatorum.

Ammiani Marcellini rerum gestarum libri qui supersunt, II voll.

Scriptores historiae Augustae minores, II voll.

Iustini historiae Philippicae.

Valerii Maximi dictorum factorumque memorabilium libri novem.

Sex. Iulii Frontini Opera.

M. Accii Plauti Comoediae superstites viginti, IV voll.

Eaedem novissime recognitae & emendatae, III voll. Editio secunda.

Publii Terentii Comoediae, II voll.

L. Annaei Senecae Tragoediae.

T. Lucretii Cari de rerum natura libri sex.

P. Virgilii Maronis Opera, accedit Manilii Astronomicum, II voll.

P. Ovidii Nasonis Opera, III voll.

Q. Horatii Flacci Opera.

Digitized by Google

M. Valerii Martialis Epigrammata, II voll.

Cl. Claudiani Opera.

P. Papinii Statii Opera.

M. Annaei Lucani Pharsalia.

Catullus, Tibullus, Propertius, cum Galli fragmentis & Pervigilio Veneris.

C. Silii Italici Punicorum libri septemdecim.

C. Valerii Flacci Argonauticon libri octo.

A. Persii Flacci & Dec. Jun. Juvenalis Satirae, accedunt C. Lucilii fragmenta.

D. Magni Ausonii Opera.

Phaedri Fabulae Aesopiae, accedunt Publii Syri Sententiae, Aviani & Anonymi veteris Fabulae.

M. Tullii Ciceronis Opera, XIII voll.

M. Fabii Quintiliani Opera, IV voll.

M. Annaei Senecae Rhetoris Opera.

L. Annaei Senecae Philosophi Opera, IV voll.

L. Coelii Lactantii Firmiani Opera, II voll.

Aul. Gellii Noctium Atticarum libri viginti, II voll.

C. Plinii Secundi historiae naturalis libri XXXVII, V voll.

Scriptores rei rusticae veteres Latini, Cato, Varro, Columella, Palladius, quibus accedit Vegetius de Mulomedicina & Gargilii Martialis fragmentum, III voll.

M. Ter. Varronis de lingua Latina Libri qui supersunt, cum ejusdem Fragmentis. Accedunt notae Antonii Augustini, Adriani Turnebi, Josephi Scaligeri, & Ausonii Popmae, II voll.

Aur. Theodosii Macrobii Opera, II voll.

A. Corn. Celsi de Medicina libri octo.

ΠΛΑΤΩΝ, Platonis Philosophi Opera quae exstant, Graece ad editionem Henr. Stephani accurate expressa, cum Marsilii Ficini interpretatione, praemittitur L. III Laërtii de vita & dogm. Plat. cum notitia literaria; accedit varietas lectionis, XII voll. cum Dialogorum Platonis Argumentis expositis & illustratis a Diet. *Tiedemanno*.

ΘΟΥΚΥΔΙΔΗΣ, Thucydidis de bello Peloponnesiaco libri octo, Graece & Latine ad editionem Ios. Wasse & Car. Andr. Dukeri accurate expressi, cum varietate lectionis & annotationibus.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

NEW YORK PUBLIC LIBRARY
REFERENCE DEPARTMENT

This book is under no circumstances to be
taken from the Building

Digitized by Google